

Bibliothèque numérique

medic@

**Barchusen, Johann Conrad. De
Medicinae origine et progressu
dissertationes in quibus medicorum
sectae, institutiones, decreta...
traduntur. Johann Conrad Barchusen**

*Trajecti ad Rhenum , apud G. Paddenburg et G.
Croon, 1723.
Cote : 48732*

48732



48782

48732

171213

48732

JOH. CONR. BARCHUSEN

D E

MEDICINÆ

ORIGINE ET PROGRESSU

DISSERTATIONES.

IN QUIBUS

MEDICORUM

SECTÆ, INSTITUTIONES, DECRETA,
HYPOTHESES, PRÆCEPTIONES, &c.
AB INITIO MEDICINÆ

USQUE AD NOSTRA TEMPORA
TRADUNTUR.



48732.


48732

TRAJECTI AD RHENUM, *utrecht*

Apud { GYSBERTUM PADDENBURG,
ET
GUILIELMUM CROON. } Bibliopolas.

M. D. CC. XXIII.





NOBILISSIMIS AMPLISSIMIS
E T
AUCTORITATE GRAVIBUS VIRIS
CORNELIO QUINT JCTO.
E T
HADRIANO STRIK,
DOMINO IN LINSCHOTEN & POLANEN
INCLYTÆ URBIS TRAJECTINÆ
CONSULIBUS,
CÆTERISQUE EJUSDEM URBIS
SENATORIBUS
PIETATIS ET ÆQUI
SERVANTISSIMIS:
PATRIÆ EJUSDEMQUE LIBERTATIS
DEFENSORIBUS ET CUSTODIBUS
ACERRIMIS, FIDISSIMIS.
I N
CIVITATE ADMINISTRANDA
PRUDENTISSIMIS.
* 2 ARTIUM



ARTIUM DISCIPLINARUM QUARUMLIBET
FAUTORIBUS ATQUE AMPLIFICATORIBUS,
BENEVOLENTISSIMIS MUNIFICENTISSIMIS

S. P. D.

JOHANNES CONRADUS BARCHUSEN.



Medicinam, valetudinis artem, cuius utilitas, Tullio teste, Deorum immortalium inventioni est consecrata, ad integritatem corporis conservandam, atque ad vitium, ægrotationem, morbumque depellendum, maxime necessariam esse, omnibus ad unam nationibus & gentibus persuasissimum est. Hinc, quamvis ex his aliqua sine Medicis, nullæ tamen sine Medicina vitam degunt. Quid? quod agrestes & Barbaræ gentes, etsi cunctæ quædam morborum, aliarumque corporis læsionum, remedia noscant,

ut

D E D I C A T I O .

ut etiam mos est gentis humanæ & doctæ ; tamen , si quiddam mali insoliti ipsis acciderit , habent aliquos , qui ad multorum morborum curationem periti sunt : quos consulunt , ac quibus se ad medendum penitus commendant atque tradunt. Hi , quantumvis nomine Medici haud appellentur , at medico tamen officio funguntur. Quinetiam ab ultimis temporibus secum primorum conditionem hominum consideranti , nullo negotio hoc erit perspicuum , illis ipsis necesse fuisse Medicinam invenire ; qua læsiones , & affectus , ipsis quoquo modo illati , cito ac tuto tollerentur. Nam fieri non potuit , quin eorum corpora tum exterius casu , punctura , ictu morsive animalis venenati &c. tum interius ab aëre , cibo potuque aut nimio , aut depravato , aut ad digerendum haudquam apto &c. persæpe læderentur ac afficerentur. Fateor equidem rudimenta , & incunabula Medicinæ , fuisse obscura & tenuia ; Verum tantam ea deinceps progressionem fecit , tanto artificio , tantaque expolitione a posterioribus distincta est , ut videatur jam pene ab ipsis esse

ARTIUM DISCIPLINARUM QUARUMLIBET
FAUTORIBUS ATQUE AMPLIFICATORIBUS,
BENEVOLENTISSIMIS MUNIFICENTISSIMIS

S. P. D.

JOHANNES CONRADUS BARCHUSEN.



Medicinam, valetudinis artem, cuius utilitas, Tullio teste, Deorum immortalium inventioni est consecrata, ad integritatem corporis conservandam, atque ad vitium, ægrotationem, morbumque depellendum, maxime necessariam esse, omnibus ad usum nationibus & gentibus persuasissimum est. Hinc, quamvis ex his aliquæ sine Medicis, nullæ tamen sine Medicina vitam degunt. Quid? quod agrestes & Barbaræ gentes, etsi cunctæ quædam morborum, aliarumque corporis læsionum, remedia noscant,
ut

D E D I C A T I O .

ut etiam mos est gentis humanæ & doctæ ; tamen , si quiddam mali insoliti ipsis acciderit , habent aliquos , qui ad multorum morborum curationem periti sunt : quos consulunt , ac quibus se ad medendum penitus commendant atque tradunt. Hi , quantumvis nomine Medici haud appellentur , at medico tamen officio funguntur. Quinetiam ab ultimis temporibus secum primorum conditionem hominum consideranti , nullo negotio hoc erit perspicuum , illis ipsis necesse fuisse Medicinam invenire ; qua læsiones , & affectus , ipsis quoquo modo illati , cito ac tuto tollerentur. Nam fieri non potuit , quin eorum corpora tum exterius casu , punctura , ictu morsive animalis venenati &c. tum interius ab aëre , cibo potuque aut nimio , aut depravato , aut ad digerendum haudquam apto &c. persæpe læderentur ac afficerentur. Fateor equidem rudimenta , & incunabula Medicinæ , fuisse obscura & tenuia ; Verum tantam ea deinceps progressionem fecit , tanto artificio , tantaque expolitione a posterioribus distincta est , ut videatur jam pene ab ipsis

D E D I C A T I O.

esse perfecta. At vero, antequam Medicinæ professores usque eo artem perduxerint, sæpe sæpius instituta & dogmata, medendique præcepta mutarunt; aliis alias hypotheses habentibus, aliamque aliis sectam sequentibus. Hinc Medicina toties, ut ex ejus Scriptoribus apparet, interpolata & mutata, inque multas partes discerpta est; ac deinceps inde complures quasi familiarum, inter se dissentientes, profeminatæ sunt: postquam suam quisque Medicinæ doctor disciplinam & instituta, perinde quasi omnium politissima & perfectissima essent, laudibus efferret, discipulisque, ut eadem in omnibus tenerent, commendaret. Haec omnia, quomodocunque fuerint, e compluribus auctoribus collegi, atque in hoc volumen retuli, eorundemque summam breviter, quoad fieri potuit, exposui; ut ii, quibus nec otium est, nec facultas, tot libros pervolutandi, quot mihi subcisivis temporibus licuit, habeant, unde illa summatim percipiant & cognoscant. Hoc, qualecunque est, Vobis, NOBILISSIMI & AMPLISSIMI, qui me summo beneficio in perpetuum
de-

D E D I C A T I O .

devinxistis, consecrare & volui & debui. Etenim quibus potius id ipsum dedicarem, quam Vobis, summe omnium doctrinarum studiosis, qui omni cura providetis, ut quaevis studia & artes florentissima Vestra in Academia doceantur, illustrentur, exornentur. Quantam vero curam, praecipue de Medicina augenda, adhibeatis, cognovimus nuper, Viri NOB. & A M P L. cum nostro Medicorum ordini benigne ac liberaliter consulistis & prospexistis; quandoquidem in eum non modo Virum Doctissimum Albinum, qui Anatomies vias tradat, cooptastis: Verum etiam hortum, in quo major arborum, stirpium herbarumque numerus potest feri, comparastis. Ex his & aliis Munificentiae Vestrae exemplis, quae praetereo, ne in re nota & pervulgata multus ac insolens sim, colligere possumus, quanto animo libenti prolixoque facere soleatis, ut ea, quae spectant ad amplificandam atque augendam valetudinis artem, quae ad corpus nostrum factum tectum ab omni periculo conservandum adeo necessaria est, abunde adsint. Sed eo jam, unde huc digressus sum, revertar. A Vobis igitur, Vi-
ri

D E D I C A T I O.

ri NOB. & AMPLISS. maximopere peto & quaeso, ut hoc parvi momenti munusculum, quod ego jam nunc suppliciter ac demisse offero, benevole recipiatis. Vile quidem utique, fateor, & non dignum esse donum, quod VIRIS tanta auctoritate gravibus dicetur. At enimvero Diis lacte, rustici multaeque gentes olim supplicabant, ut Plinius tradit, & mola tantum saltantabant, qui non habebant thura: nec ulli erat vitio Deos colere, quoquo modo posset. Proinde ego, qui nihil praeter me ipsum, & quod quantumcunque ingenio perfectum, & solertia elaboratum, habeo, haec Vobis subjectissime offero, ut erga Auctores salutis meae saltem gratus judicer. Nullus dubito, quin munus hocce gratum acceptumque habeatis.

DEUM O. M. cujus Numini parent omnia, imploro atque obtestor, ut Vos, PATRIÆ PATRES, ACADEMIÆ CURATORES, diutissime salvos & incolumes conservet.

Scribendam Trajecti ad Rhenum

XII. Kalend. Septembr. MD. DCC. XXIII.

PRÆ.

P R Æ F A T I O .



Libro de Origine & progressu Medicinæ, quem abhinc annos tredecim edidi, dubium titulum, Historiam Medicinæ, inscripsi ; ut mihi contra judiciorum varietates superesset ad veniam regressus, velut emendaturo quicquid desideretur, si labor non esset interceptus. Imitari in hoc volui Apellem & Polycletum, utrosque arte, in qua versabantur, longe celeberrimos ; quibus, ut a Plinio Hist. Nat. Libr. xxxv. cap. x. & Æliano Var. Hist. Libr. xiv. cap. viii. traditum est, eundem morem fuisse : ut perfecta opera transeuntibus proponerent, atque post ipsa latentes, vitia, quæ notarentur, auscultarent, vulgum diligentiorum judicem, quam se, præferentes. Postquam liber iste, quem divulgavi, venit, ita ut in officina libraria haberi vix possit, in animum induxi eum deintegro edere. At quia hoc interim spatio in multas multorum ! Homeromastigarum reprehensiones incurri ; quorum alii stylum scribendi, dialogos alii, more hominum invidentium in conviciis roserunt, in circulis vellicarunt, non illo inimico, sed hoc maledico dente carpsērunt : mearum itaque rerum multum interesse, judicavi, si me de istis, quæ mihi vitio dederunt, verbisque adeo exaggerarunt, Benevolo Lectori purgaverim. Et primo, quod ad eos, qui stylum reprehenserunt, attinet, fateor atque profiteor, me sæpenumero per errorem fuisse lapsū. Fieri enim vix posse, arbitror, quo minus ille, qui ex tam diversis inter se tam bonis quam malis Latinitatis auctoribus

* *

ex-

P R Æ F A T I O.

excerpsit , quod a me fieri oportebat , & opus erat ,
 polite atque apte scribat , & non interdum ex
 incuria delinquat in genere scribendi. Quid ? quod
 jampridem Cicero tradidit , libros mendose & scribi
 & venire. Si id temporis , cum Latinâ esset lingua
 vulgaris & popularis , libri mendis haud caruerint ,
 quid de nostris sperandum nullo negotio perspiciet ju-
 dex minime severus ; maxime vero , si secum reputa-
 verit imperitiam , negligentiamque hoc tempore ty-
 pographorum : qui persæpe errata , quæ auctores cor-
 rexerunt , aut relinquunt , aut aliud , quam a nobis
 indicatum est , verbum substituunt , aut id ipsum ,
 quod notavimus , in locum remotum transferunt. Fue-
 runt etiam aliqui de librorum censoribus , qui perhi-
 buerunt scriptis meis complures admistos esse Archæi-
 smos , Barbarismos , & Soloecismos. Sed vereor , ut
 isti vitiligatores de hujus Latini sermonis vitiis inter-
 roganti ex tempore , quid sint , respondere possint ,
 & , ubi sint , ostendere. Bene ac præclare , putant ,
 se causæ & officio suo satisfecisse , si modo aliquid ,
 quale quale fuerit , culpaverint. Verum ponamus ,
 ejusmodi vitia in scriptis meis deprehendi , nonne ea-
 dem sæpius in optimæ Latinitatis auctoribus reperiun-
 tur ; si dubitatis , inspiciatis , velim , Donati , Cha-
 risii , &c. institutiones Grammaticas : in quibus com-
 pluria admodum exempla , ex auctoribus prolata pro-
 batissimis , legetis : quibus fortassis & ego , quoniam
 mihi auctoritatem pleraque habere videbantur , ali-
 quando usus sum. Sed quid ego argumentor ? quid
 plura disputo ? Vos ipsos , tanquam judices , appello ,
 num verisimile censetis , istius seculi scriptores se Gram-
 mati-

P R Æ F A T I O.

maticorum legibus adstrinxisse? Quantum ad me pertinet, contrarium verosimile & probabile videtur; illos utpote eas neglexisse, secutos autem esse præcipue usum, optimum magistrum,

Quem penes arbitrium est, & jus & norma loquendi. Nonne idem mos est omnium gentium & nationum, ut Grammaticorum instituta & præcepta dicendi scribendique prætermittant, & negligant, aut potissimum communem consuetudinem institutumque majorum retineant. Sed satis de hoc: superest alterum vituperationis membrum infirmare ac diluere. Scilicet nonnulli mihi crimini dederunt, me in dialogorum scriptione, nec incipiendi, nec desinendi rationem, nec meum proprium, nec aliarum personarum, quas introduxi loquentes, decorum observasse. Atqui quatenus in his deliquerim, perlegenti Dissertationem de Dialogo conscribendo, quam collectis Medicinæ practicæ abhinc octo annis in lucem editis, subjunxi, apparebit. Quandoquidem vero mihi videor istorum vitiorum, quæ mihi exprobrarunt, purgationi abunde satisfecisse: ea re supervacuum habeo, iterum hoc loco ea scribere, de quibus copiose & abundanter in dicta Dissertatione disputavi. Verum enimvero mitto hujuscemodi leves ac nugatorias malevolorum criminationes, quas in me, non Grammaticum, sed Medicum, præ se ferentem, inepte odioseque effuderunt; malevolentia autem suæ potius morem gessissent, si indicassent, me auctorum, quorum dogmata tradidi, mentem minus recte percepisse, nec bona fide retulisse: etenim hæc, quia præcipue ad me spectant, tangere eos oportebat, & revera meam ignorantiam & malam

* * 2

fidem

P R Æ F A T I O.

fidem demonstrare, simul & illas ostendere. Tantum tamen abest, ut credam, quod nulla in re erraverim, ut persuasissimum potius habeam, cujusvis hominis esse errare; nullius autem, nisi insipientis, perseverare in errore. Sed hæc hætenus: nunc autem pergam ad reliqua. Historiam Medicinæ multi conscripserunt. De his aliqui Medicorum vitas: quidam Medicinæ originem & progressum: nonnulli vero utrumque argumentum, tractarunt. Siquidem vero ea historia pars, quæ in ortu & progressu artis valetudinis versatur, in primis mihi visa est ad Medicos pertinere: & ex multorum librorum lectione didici, non pauca ab illis præterita, quæ tamen cognitione Medicinæ studiosis digna judicavi; quinimo neminem hucusque fuisse, qui eam ad nostras ætates perduxit: Idcirco mihi dubium non est, quin id gratum acceptumque habendum sit, si, quod in hac parte deficit, supplevero. Applicavi autem me potissimum ad Theoriam scribendam: quippe hujus ex alia in aliam sæpenumero vicissitudo, atque mutatio erat, immo etiam nunc est. Nam eam Medicinæ partem, quæ Praxis vocatur, quæ non ratione, sed usu & exercitatione cum primis comparatur, quæque maxime in morborum per signa perque tempora cognitione, eorumdemque sponte Naturæ per *crisim*, aut per victus rationem, aut per remedia tum interius tum exterius adhibenda, solutione versatur, tam sæpe neque superiores, neque posteriores, artis antistites mutarunt & interpolarunt, quam ante dictam Theoriam. En causam, cur prætermisi veterum unaquæque scripta, morborum ac remediorum, quæ ipsis in usu erant, appellationes, chirurgorumque

P R Æ F A T I O.

que operationes, quæ vel Hippocrates, vel quisquam reliquorum superiorum, seu scripserunt, seu commemoraverunt, singillatim attingere, ac enumerare; namque trita hæc sunt, & communia, & pervagata; quin etiam auctores, qui ejusmodi literis mandarunt, plerisque Medicis in manu sunt: adeoque illa ab his, si modo majorum libros evolverint, facile cognosci & percipi possunt. Ut autem totam hujus libri scripturam in certas partes dividerem, conficeremque negotium ex sententia, putavi, me id gerere posse nec apertius nec commodius, quam si primo originem & progressum Medicinæ generatim atque univérse ostenderim. Postea vero quam Sapientiæ professores cœperant quoque Medicinæ, quæ ab ultimis temporibus per multa secula præcipue in Experientia erat sita, operam dare, affectareque ratiocinativum dicendi genus; illi sæpe versabant multis modis eandem rem, deque hac alii alias rationes proferebant. Siquidem vero quidam ex his, ut constat, non tot sectatores habuerint, ut familiam certam constituerent, placuit mihi eorum tam discrepantes de variis rebus opiniones summatim percensere: quod a me factum est Dissertatione secunda & deinceps usque ad decimam. At enimverò, exorientibus postea peculiaribus sectis, & auctoribus, æmulos atque imitatores studiorum suorum habentibus; adeo multa theoremata, placita, hypothesesque cœperunt tradi, ac divulgari, ut nesciamus, dum sua quisque non probabilia, sed certa esse credit, (in his enim eligendis aqua, ut ajunt, nobis hæret) quænam nos amplecti, aut quibus assentiri, debemus. Hæc itaque singulatim in sequentibus Dissertationibus pertractavi

* * 3

ctavi

P R Æ F A T I O.

ctavi ; in quibus ea primum , quæ ad Theoriam , deinde , quæ ad Praxin , spectant , suo quæque ordine presse atque enucleate , ut mihi videntur , exposui. Dialogos autem ideo sustuli , quia nonnullorum sermo increbuit , quosdam ex istis personis , quas introduxi loquentes , fuisse stomachatas , & moleste id scribendi genus tulisse , quasi vero earum ipsarum decorum , ut paulo ante indicavi , nonnunquam haud servaverim , neque istas , prout earum dignitas & amplitudo postulabant , fecerim colloquentes. Posthæc , quoniam ii , qui Dialogos scribunt , necesse habent multa persæpe afferre , quæ ad rem ipsam pertinere non videntur ; atque ideo compluria ab illis referuntur , quæ præter modum efficiunt volumen justo majus. Hanc ob causam , ne iterum in varias reprehensiones incurrerem , colloquia penitus e libro hocce removi ; horum autem loco institui Dissertationes conscribere , quarum scribendi ratio utique magis , quam illorum , concisa est : & eas , ut facili negotio possint percipi , in peculiare partes vel membra partitus sum. Neque vero in his solum substiti , verum perplura , quæ intra hoc tempus didici , huic libro inserui , quæ in priori editione desiderabantur : diem enim dies , ut in proverbio est , docet. Tam multa autem hæc sunt , ut liber hicce tertia fere parte auctus in lucem nunc prodeat : quæ si non omnia , pleraque ad minimum vel legisse vel scivisse neminem , ut spero , pœnitebit.

A R-

ARGUMENTA

Dissertationum , quæ in hoc Volumine continentur.

DISSERTATIO I.

De ortu & progressu Medicinæ generatim. Pag. 1.

DISSERTATIO II.

De elementis , Natura & causis. p. 27.

DISSERTATIO III.

*De Natura hominis , semine genitali , sede animæ , & sanitate
p. 41.*

DISSERTATIO IV.

De temperamentis & facultatibus p. 49.

DISSERTATIO V.

De morbo , symptomatibus , morborumque novitate p. 66.

DISSERTATIO VI.

De medicamentorum inventione , eorundemque facultatibus p. 77.

DISSERTATIO VII.

De Magia , & Astrologia p. 90.

DISSERTATIO VIII.

De arte Gymnastica , frictione & balneis p. 111.

DISSERTATIO IX.

De Anatome p. 123.

DISSERTATIO X.

De Secta Empiricorum p. 135.

DISSERTATIO XI.

De Secta Methodicorum p. 147.

DISSERTATIO XII.

De Doctrina Hippocratis p. 163.

DISSERTATIO XIII.

De quorundam veterum Dogmaticorum placitis p. 182.

DIS.

DISSERTATIO XIV.

De Philosophorum & Medicorum quorundam veterum decretis p. 194.

DISSERTATIO XV.

De placitis Asclepiadis, Celsi: de Pneumaticæ, & Episynteticæ, & Eclecticæ sectarum decretis, p. 217.

DISSERTATIO XVI.

De placitis Galeni p. 246.

DISSERTATIO XVII.

De Græcorum, Arabum Latinorumque Medicorum, qui post Galenum in Medicinâ celebres fuerunt, decretis. p. 276.

DISSERTATIO XVIII.

De Egyptiorum & Asiaticorum tum veterum tum recentiorum Medicorum placitis p. 319.

DISSERTATIO XIX.

De doctrina Paracelsi 364.

DISSERTATIO XX.

De Severini, Crollii, Scheunemanni & Helmontii hypothesis. p. 397.

DISSERTATIO XXI.

De Campanellæ & Robertsi doctrina p. 432.

DISSERTATIO XXII.

De Roberti Flud institutis Medicinæ p. 454.

DISSERTATIO XXIII.

De placitis Tackenii, Sylvii & Willistii p. 477.

DISSERTATIO XXIV.

De Medicis, qui ex institutis præceptisque Matheseos, quid in homine fieri soleat, ratiocinantur p. 500.

DISSERTATIO XXV.

De D. Andry, de Moor & Stablii placitis p. 558.

DISSERTATIO XXVI.

De Nopenthe Homeri p. 600.

DISSE-



DISSERTATIONUM MEDICARUM.

· P R I M A .

D E

Ortu & progressu Medicinæ generatim.

I. **R**eputanti secum corpus hominis fragile & caducum facile persuadebimus, necessarium esse homini invenire, quæ corpus ejus fartum & tectum, ut ajunt, ab omni detrimento conservent: vel, si morbo tenetur, hunc ipsum depellant. Artem, quæ in horum scientia versatur, Medicinam vocamus. Hæc quondam paucarum fuit scientia herbarum, quibus sisteretur fluens sanguis,

A

vul-

vulnera coirent paulatim. ¹ Nam primis terræ incolis, siquidem nudi incedebant, velut jam nunc ita mos apud quasdam gentes obtinet, facile usu venire poterat, ut, vel ab aculeata planta lapideve acuto, vel morfu bestię, vel ictu venenatorum insectorum, fauciantur: nec non per lubrica viarum euntibus, aut ad loca altiora ascendentibus, nullo negotio accidere poterat, ut cadendo os quoddam frangeret, vel e loco excideret. Igitur necesse erat adinvenire excogitareque aliquid, quo læsa corporis pars sanaretur; & si os quoddam fractum vel luxatum, ut id ipsum in suam sedem reponeretur. Hęc Medicinæ pars quam posteri Chirurgiam vocarunt, prima inventa, atque adeo vetustissima esse videtur. Et quamquam hęc longe ante diluvium universale, & excidium Trojæ, inclaruerit, Cicero tamen ² literis prodidit. Æsculapiorum primum, Apollinis, quem Arcades colunt, specillum invenisse, primumque vulnus obligasse. Hujus deinde duos filios Podalyrium & Machaonem bello Trojano ducem Agamemnonem secutos, non mediocrem opem commilitonibus suis attulisse, narrat Celsus. ³ Quos tamen Homerus non in pestilentia neque in variis generibus morborum aliquid attulisse auxilii, sed vulneribus tantummodo ferro & medicamentis mederi solitos esse proposuit. Ex quo confici scribit Celsus, has partes Medicinæ solas ab his esse tentatas, easque esse vetustissimas. Has magis tum ab illo parente omnis Medicinæ Hippocrate, quam a prioribus, excultas esse. Deinde, posteaquam diductæ ab aliis habere professores suos

[1] Seneca Epistol. xlv.
[2] Libro xii. de Divinat.

[3] Celsus in præfat. lib. i. & vii.

[4]

suos cœpisse, in Ægypto quoque increvisse, Philoxeno maxime auctore, quem pluribus voluminibus hanc medicinæ partem, quæ manu curat, diligentissime comprehendisse. Gorgiam quoque, & Sofstratum, & Hieronem, & Apollonios duos, & Hammonium Alexandrinum, multosque alios celebres viros, singulos quædam reperisse. Ac Romæ etiam non mediocres professores, maximeque Tryphonem patrem, & Evelpistum, & horum eruditissimum Megem, quibusdam in melius mutatis, aliquantum ei disciplinæ adjecisse. Quandoquidem vero primorum hominum corpora non modo extrinsecus, ut supra scripsi, sed etiam interius omnifariam vitio alimentorum, potulentorumve minus cognitorum, vel æris, &c. lædi poterant, necesse erat ipsis adinvenire quædam, quibus interius sumptis malum contractum depellerent. Equidem non diffiteor hanc Medicinæ partem, quæ Pharmacia vocatur, casu primum inventam, prout nempe aliquis in alicujus remedii administratione periculum fecerit, vel etiam ab ipsis brutis animalibus medicationem didicerit, vel quæ ei secundum quietem visa fuerint morbum, quo affligebatur, remotura: De quibus plura deinceps tradam.

II. Sed, ut ordine quodam originem progressumque Medicinæ pandam, enarrabo primum Medicinæ inventores de quibus auctores plurimi varias atque inter se diffidentes opiniones habent. Nam Ovidius Apollinem pro Medicinæ inventore habet; eum enim hoc pacto introduxit loquentem 4

[4] Metamorph. lib. 1, v. 521. Et Callimachus in hymno in Apollinem v. 45.
— ab ipso
Et medici didicere moras innectere morti.

In-
Hyginus. Fabul. Cap. 274. scribit Apollinem artem oculariam medicinam primum fecisse.

*Inventum Medicina meum est, opiferque per orbem
Dicor, & herbarum est subiecta potentia nobis.*

Parens Poësis, Homerum volo, ⁵ Pæonem: Æschylus
⁶ Prometheus: & Pindarus ⁷ Chironem: Ægyptii ve-
ro, teste Diodoro Siculo, ⁸ Isin credunt Medicinam
invenisse: alii vero volunt Apim, eandem deinceps
auxisse Æsculapium. ⁹ Artemidorus ¹⁰ e diverso ex
divinis curationibus, in Templis Pergami & Alexan-
driæ suspensis, perhibet, aliquos existimasse, Medi-
cinam originem suam cepisse. Chiron Centaurus di-
scipulos habuit Achillem ¹¹ atque Æsculapium.

¹² &c

[5] Iliad. Libr. 5. narrat Mattem a Diomede vulneratum, auxilio Pæonis, dolorem lenientis medicamina inspergentis, curatum fuisse.

[6] Cujus versus inveni apud *Natalem Comitem* lib. iv. C. 17. ubi poëta hoc modo Prometheus adducit de inventis suis narrantem. *Illudque primum, si quis aegritudinem sensisset, nullum non erat remedium, nulla unctio, nullum fuit potabile his pharmacum. Arcebant prius, quam ipsi ego commixtiones pharmacorum protuli, omnes quibus levantur aegritudines.*

[7] In Nemeis. Ode. 111. *Habeo autem hunc sermonem: qui dicebatur olim Chiron alti consilii vir educavit Jasonem intra tectum lapideum, & postea Æsculapium, quem medicamentorum docuit applicationem multifariam, qua sit molli manu.* Hyginus Fab. 274. scribit, Chironem Centaurum, Saturni filium, artem Medicinam Chirurgicam ex herbis primum instituisse. *Plinius* lib. 7. C. 56. & Suidas in voce *ἰατρικῶν*. Herbariam & medicamentariam, scribunt, a Chirone repertam. *Plutarchus* Sympof. 111.

Quæst. 1. monumentis prodidit, Tyrios Agenori, & Magnetes Chironi, primitias offerre, quod ii primi medicinam fecisse existimantur. Radices enim plantarum erant, quibus ægrotos sanaverunt. *Xenophon* libr. de venatione, memoriæ prodidit, Chironem Jovis fratrem ab eodem patre quidem genitum; verum hunc natum ex Rhea, & illum e Nympha Najade. Item *Donatus* in *Georgic.* libr. 111. scribit Chironem Saturni & Phillyræ filium Medicinæ inventorem esse.

[8] Lib. 1. Cap. xxv. tradunt, Isin scientiæ Medicæ fuisse peritissimam & multa pharmaca, inter hæc vero istud, quod Athanasia vocatur, invenisse: edocuisseque filium Horum, quem Apollinem interpretantur, medendi & vaticinandi artem. Imo ad Isidem ad Serapim homines vóta pro recuperanda Sanitate faciebant. Et *Plinius* Hist. N. lib. vii. cap. lvi. *Medicinam Ægyptii apud ipsos voluit repertam.*

[9] Ita Suidas in voce *Γραμμαται.*

[10] Libr. iv. Cap. xxiv.

[11] Vide *Ælianum* de animal. l. ii. C. xviii.

[12]

¹² & Jasonem ¹³ Achilles, teste Homero ¹⁴ primus causam luis, quæ Græcos invaserat, deprehendit: nimirum sentiens morbos, qui populum simul inficiunt, Epidemios vocant, ab Apolline esse, qui idem est Sol. ¹⁵ Achilles, Pelei filius, teste Æliano ¹⁶ Patroclum Menoetii filium, Medicinam docuit. Æsculapius autem filios Podalirium & Machaonem & Minoum quendam ¹⁷ Medicinam edocuit: & postquam Hippolytum, ab equis dilaniatum, sicut fabulosa finxit antiquitas, in vitam revocavit, fulmine tandem a Jove percussus, interiit. ¹⁸ Pausanias ¹⁹ My-

[12] Teste Laſtancio de falſ. relig. l. i. c. x.

[13] Tzetæ Hiſtor Chiliad vii. 96. &

94.

[14] Iliad. l. i.

[15] Eundem Solem, ut auctor eſt Plutarchus libro de Homero, adducere anni tempeſtates, quæ ubi inæquali temperie conſent, morbos gignere. Et in univerſum adeo ſalutem & exitium virorum Apollini, mulierum Dianæ, hoc eſt, Lunæ, Homerum adſcripſiſſe. Quin etiam idem Plutarchus libr. de aud. Poetis, hoc elogium Achilli poſuit. *Atque ut erat, ſcribit, rei medicæ peritus, poſt nonum diem, quo judicari talia natura fert, ſentiens morbum non eſſe vulgarem, aut ab uſitata aliqua cauſa proſectum, ſurgens dixit &c.* Vide etiam Heraclitum Ponticum, qui ſimiliter, ac Plutarchus, & auctor anonymus, qui vitam Homeri deſcripſit. Solem eundem eſſe cum Apolline: & peſtilentium morborum præcipuam corruptionis cauſam in Sole eſſe ſitam.

[16] De animalibus. l. i. xviii. Diſciplinæ nimirum heroes tantum & deorum filii exercebant, & radicem natu-

ram, varium herbarum uſum, pharmacorum temperationem, cautiones tum inflammationibus, tum reprimendo ſanguini propitias, &c.

[17] Teste Herbelot Bibl. or. pag. 209. ubi hæc. *Le premier Aſclepius eut pour diſciple Minous, lequel ſuivant la doctrine de ſon maître, joignit le raifonnement, & la Methode, à l'expérience, qui avoit été juſqu'alors en uſage dans la pratique de la Médecine.*

[18] Diſſentiant inter ſe auctores, quot fuerunt nomine Æſculapii nuncupati. Marſham Chron. ſec. i. Æſculapium Ægyptium mille annis Græco ſuperiorem. Cicero Lib. 3. de divinat. Tres, narrat, Æſculapios fuiſſe. Æſculapiorum primus, Apollinis, quem Arcades colunt, qui ſpecillum invenſiſſe, primusque vulnus obligaffe dicitur, Secundus, ſecundi Mercurii frater. *Is fulmine percuffus, dicitur humatus eſſe Cynoſyris; tertius, Arſippi, & Arſenoa: qui primus purgationem alvi, dentiſque evulſionem, ut ſerunt, invenit.* Cæteri auctores, qui de Æſculapio mentionem fecerunt, ut mihi videntur, per ſcripta ſua ſignificarunt Apol-

A 3

linis

linis filium, quem suscepit, Servio Æn. vi. viiata Coronide Phlegydæ filia. Is natus erat ex cæto matris ventre, & factus est Medicinæ peritus. Eodem Servio Æn. vii. teste. At *Julianus* vult Jovem in mentibus ex se Æsculapium genuisse, ut *Cyrrillus* contra Jul. libr. vi. hujus fabulam narrat, super terram autem per foecundi Solis vitam apparuisse. Eum, ubi ex cælo super terram prodierit, circa Epidaurum quidem in hominis specie uniformiter apparuisse: quum multiplicaretur autem inde progressionibus super omnem terram salutarem suam dexteram extendisse. Venisse in Pergama, deinde in Joniam, in Tarentum, posthæc iterum venisse Romam, abiisse in Con & inde in Ægas, postea in univrsam terram ac mare, non sigillatim nos invivisse, & quodammodo animas negligenter viventes & corpora infirma correxisset. Contra hanc fabulam *Cyrrillus* scribit. Hoc in ore ac fermone omnium esse, Æsculapium ex Coronide & Apolline natum, quam a sacerdotibus, ut verisimile est, in Apollinis templo vitatam fuisse. Apin Ægyptium non obscurum inter eos, qui illic erant, templi ministros, naturalis philosophici scientia insignem, ferunt primum artem Medicam exquisivisse, tradidisseque feliciter, quam eos, qui ipsum præcesserant: hunc peritiam suam cum Æsculapio communicasse. *Hic ubi proficerat in ea disciplina, pergit Cyrrillus, noluit ultra in Ægyptiorum civitatibus morari, sed lucri cupidus, & turpibus consiliis obnoxius, omnem, ut ita dicam, circumvit regionem, ab omnibus lucrum petens, & venale studium suum languentibus proponens. Inflatum autem ob scientiam, & superbiens etiam Deum si nominabat, & mortuos se suscitare posse delirans imaginabatur. Veniens autem ad Epidaurum & illic summam sibi gloriam arrogans, esse se Deum quendam, fulmine ictus est.* Hunc *Pin-*

darus Pyth. od. iii. appellat, heroem omnigenorum propulsores morborum, & *Ælianus* l. x. Cap. xlix. morborum depulsores: & *Plutarchus* sympos. ix. Quæst. xiv. Medicorum præfides. Hunc alendum, ut *Pindarus* dicta Ode, & *Apollodorus* Bibl. lib. 3. & *Lactantius* de fal. rel. l. i. & *Tzetzes* Hiftor. Chiliad. vii. 97. & x. 349. literis mandarunt, cum adhuc infans esset, a patre delatum ad Chironem Centaurum; a quo etiam Medicinam & vendi artem perdidicisse: quinimo ipse parens, teste *Galeno* introduct. C. i., hunc erudit ad Medicinam exercendam. Hunc, ut *Apollodorus* dicto loco narrat: cum jam Chirurgus evasisset, atque artem ejusmodi jam pridem exercuisset, non modo quosdam ab interitu liberasse; sed etiam præmortuos in vitam revocasse. Et *Pindarus* memorata ode canit, *Eos itaque quotquot venerunt ad ipsum, sponte natoꝝum bulcerum paricipes, aut corrusco ferro membra sauciati, aut saxo eminus misso, vel quibus astivus ignis depopulabatur corpus, aut frigus: liberans alium alius doloribus eripui: quosdam molibus incantationibus trahens, quosdam vero lenia bibentes, aut membris circumponens undique pharmaca, quosdam etiam sectionibus, stare fecit restor.* *Plato* dial. 3. de Repub. Æsculapium, arbitratur, eam ostendisse Medicinam, qua pharmacis & incisionibus infirmitas tolleretur. Corpora vero penitus interiori corruptione morbosa nequaquam aggressum fuisse. Contra, ac dixi, putat *Galenus* de val. tuend. lib. i. C. viii. qui posteaquam de curandis variis morbis, solo animi motu, ad debitum modum revocato, diseruit, suæ sententiæ testem citat patrium Numen, Æsculapium videlicet. Is multas scribi cantilenas, mimosque ridicularum rerum fieri, & melodias quasdam instituit iis, quibus vehementiores animose par-

partis motus, corporis temperamentum iusto calidius efficerent. Aliis quibusdam, nequeis paucis, venari, equitare atque armatos exercitari iussit, iisdemque statim tum motuum ipsorum speciem, utique quibus motus injunxit, tum armorum quibus armatis exerceri praecepit, desinuit. *Diodorus Siculus*. Biblioth. lib. iv. cap. xxxiii. monumentis prodidit. Hunc ingenio & vigore mentis excellentem, scientiæ Medicæ graviter incubuisse, multaque hominibus ad valetudinem salutaria invenisse, eoque gloriæ processisse, ut cum multos desperare ægrotantes non sine miraculo sanaret, multos etiam ab inferis in vitam restituere existimaretur. Pluto id ægre ferens, quoniam numerus mortuorum subinde decrederet, atque adeo regni inferni potentia diminueretur, eum apud Jovem accusasse. Quem ob talia facinora, ab Æsculapio perpetrata, irritatum, hunc fulminis ictu necasse. Eandem necis causam narrat *Pindarus*. Verum *Plinius* libr. 29. cap. 1. auctor est, Æsculapium fulmine ictum, quoniam Tyndaridem revocavisset ad vitam. Item *Servius* Æn. vi. narrat, Æsculapium fulminibus extinctum, quia Hippolytum ab inferis herbarum potentia revocaverat. Et *Sextus Empiricus* adversus grammaticos. cap. xii. varias rationes affert, quare Æsculapius enectus fuerit. En verba. *Scientia nostra primum auctorem Æsculapium dicunt fuisse fulmine percussum causa figmento non contenti, quod quidem varii transformant. Stenichorus quidem dicens, quod excitaverat aliquos, ex iis, qui Thebis ceciderant, Polyantbes autem, quoniam eos medicatus est, qui ira Junonis in filias furore erant perciti. Staphylus quod curavit Hippolythum fugientem ex Troezen. Philiarchus, quod filius Phinei excoecatis visum restituit, gratificans eorum matri Cleopatra Erechtes filio. Telepharchus demique, quod aggressus sit suscitare Orionem. Hunc Æsculapi-*

um, ut *Hyginus* fab. 274. auctor est, Clinicem reperivisse: & *Celsus* in præf. scribit, eum, quoniam adhuc rudem & vulgarem hanc, Medicinam puta, scientiam paulo subtilius excoluit in deorum numero receptum esse. Et in præfat. introd. *Galeno* adscript. memoriæ proditum est, perfectam Medicinam & omnibus numeris absolutam divinamque, Æsculapium solum invenisse. *Hæjus deinde duo filii*, pergit *Celsus*, *Podalyrius* & *Machaon* bello Trojano duces *Agamemnonem* secuti non mediocrem operam cum militonibus suis attulerunt. Quos tamen *Homerus* non in pestilentia, neque in variis generibus morborum aliquid attulisse auxilii, sed vulneribus tantummodo ferro & medicamentis moderi solitos esse, proposuit. Hos patenam edoctos artem multum apud Græcos gloriæ suis sibi meritis comparasse, auctor est *Diodor. Sic.* antedicto loco, adeo, ut a conflictibus aliisque publicis gravaminibus, propter eximiam Medicinæ, quam factitabant, utilitatem, immunes præ cæteris essent. *Phurnutus* de Nat. Deor. cap. xxxiiii. scribit Æsculapium dictum *ἄπο τῆς ἰσότητος καὶ ἀναβαλλοῦς*, id est, ab eo, quod incassetur, & in aliud tempus recipiatur mortis accessus: & veteres eundem ideo Apollinis filium dixisse, quod primus videatur medicam facultatem hominibus demonstrasse. Necessitas enim requirebat, ut numen aliquod eximie illi, & præclarissimæ facultati constitueretur, quod ipsi præcisset. Cæterum, quamvis auctores illic loci a me citati, nec non *Eratosthenes Cyrenæus Catasterism. 6.* memorent, Æsculapium fulmine a Jove percussum: *Heraclitus* tamen de Incredib. cap. xxvi. memoriæ prodidit, magis rationi consentaneum esse, si dicamus Æsculapium, celebrem in Medicina, Medicinæ dignitate aucta, febri correptum obiisse. Quare propter illum æstum fulminis tactum dicunt,

¹⁹ Mythologiam Æsculapii exhibens, scribit, Æsculapium aliud nihil, quam aërem esse, ex quo bona valetudo, quam Græci *ὕψιστος* appellant, tam homini, quam cunctis aliis animantibus, existat. Apollinem, qui is ipse Sol est, jure patrem Æsculapii perhiberi, quod anniversarias vicissitudines cursu suo conficiens, aëri salubritatem impertiat. Huic Æsculapio, ut Strabo, ²⁰ Pausanias, ²¹ & alii ²² perhibent, posteritas variis in regionibus templa dicavit, ut Epidauri, Coi, Tricæ, Mysæi, Romæ &c. in quibus mos erat suspendere tabulas, curationes ægrotorum continentes. Has curationes, quæ scili-

cunt. Æsculapium etiam maxime colebant veterinarii, ut colligimus e Ruellio de veterin. Medic. in præf. libr. 1. ubi Hierocles ita scribit. Porro nobis. *Neptunus equestris, & Æsculapius, quo coeptis adspirent, invocentur. Ille, quod ei prorsus equorum cura credita sit: hic, quod humani generis saluti præsit, ut si quid etiam Chirone Centauro vel Pelienfibus literarum ludis dignum proderet memoria fuerit opus, votis implorati subscribant.*

[19] In Achaicis, vel. libr. 7.

[20] Geogr. libr. 8. ubi de Epidaurum hoc modo scribit. *Hæc urbs non parum insignis, præsertim ex Æsculapii claritate nobilitata, quem varia morborum genera curasse somniasse homines. Erat vero templum egrotantium multitudine usque quaque refertum, pendentibusque tabellis, in quibus sanati languores erant inscripti. Quæmadmodum & in Coa insula fiebat pariter & Trica.*

[21] In Corinthiacis c. LXXIX. varia loca memorat, ubi Æsculapius ut Numen quoddam colebatur, & in Achaicis. cap. 135. *Medico a Mysæo intervallo,*

scribit, *surgit Æsculapii Templum, Cyros appellatur. Multa hic monstrantur morborum remedia.*

[22] Ut Q. Serenus in Præfat.

Qui colis Ægeas, qui Pergama, quique Epidaurum.

Ælianus l. 9. c. 33. de animal. narrat fabulam mulieris ex lumbrico laborantis, quam Epidaurum, ut ab hoc malo auxilio Æsculapii liberaretur, profectam. Hanc ministros, Deo absente, in loco, ubi is mederi solebat, quiescere primum jussisse: deinde capite eique resceto, unum eorum manu in ventrem immissa lumbricum, feram, fane ingentem, exemisse: cum vero ii & multum & diu, frustra tamen, caput pristinum in locum reponere conati fuissent, interim Deum revertisse, eosque increpasse, quod rem supra artem & vim humanam aggressi fuissent: ipsum autem divino & inefabili modo postea caput in antiquum corporis locum restituisse.

[23]

scilicet in Coö reservabantur ²³ Strabo & Plinius ²⁴ dicunt, Hippocratem exscripsisse, ac instituisse Medicinam, quæ Clinice vocatur. Eiusdem generis curæ erant passim in Ægypto, inque Græcia in Templis vel Æsculapio, vel Isidi vel Serapidi, dedicatis, asservatæ. ²⁵ Probabile itaque mihi

[23] Libr. XIV. Dicunt etiam, Hippocratem ex curis, ibi in Coö sc. dedicatis, exscripsisse, quæ ad victus rationem pertinent.

[24] Libr. XXIX. c. 1. Is cum fuisset mos, scribit, liberatos morbis scribere in Templo ejus Dei, quid auxiliatum esset, ut pestis similis: do proficeret exscripsisse ea traditur. Hippocratem puta, atque ut Varro apud nos credit, jam templo cremato, instituisse Medicinam hanc, quæ Clinice vocatur.

[25] Varia hujus generis curationum monumenta passim prostant. Ut apud Mercurialem de ait. Gymn. l. 1. c. 1. qui ea ex Maphæorum monumento, in Templo Æsculapii Romæ invento, exscripsit, & ex græco sermone in latinum vertit. En exempla aliquot. *Lucio affecto lateris dolore, & desperato a cunctis hominibus oraculum reddidit; veniret & ex ara tolleretur cinerem, & una cum vino misceret, & ponere supra latus: & convalescit & publice gratias egit Deo: & populus congratulatus est illi.* Aliud. *Sanguinem revomenti Juliano desperato ab omnibus hominibus ex oraculo respondit Deus, veniret & ex ara caperet nucleos pini, & comederet una cum melle per tres dies: & convalescit, & veniens publice gratias egit prasente populo,* Aliud. *Valerio Apio, militi cæco, oraculum reddidit Deus, veniret & acciperet sanguinem ex gallo albo, admiscens mel, & cellyrium conficeret, & tribus diebus uteretur supra oculos & vidit, & venit, & gratias egit*

publice Deo. Affolebant similiter in Templo Isidis tabulas suspendere. Testis est Tibullus l. 1. Eleg. 3.

Nunc Dea, nunc succurre mihi, nam posse melli, Picta docet templis multa tabella tuis,

Quin etiam legi apud Tomasinum c. XXXIV. de donariis, hanc Inscriptionem,

ISIDI, ET. SERAP
SACRUM
PRO EX VOTO
FILIOLI SALUTE
SUSCEPTA
SAURANA FECIT.

Ex qua apparet, confugisse olim ægros non modo ad Æsculapii, sed etiam ad opem seu Isidis seu Serapidis. Qui plura hujus generis monumenta desiderat, is adeat Gruteri inscriptiones. Cæterum non modo ex oraculo vel ore Sacerdotum addiscebant morborum remedia: verum etiam ex insomnio, quod in templo cujusdam Dei, vel apud se somniarunt. Ita leno, quem morbus agitabat hepaticus, apud Plautum in *Curcul. act. 2. scen. 1. & 2.* in fano Æsculapii in somnis videbat Deum longe a se sedentem, seque non magni pendentem &c. Ita *minister Dei Pergami,* teste Galeno de curandi rat. per Sang. miss. cap. ultimo, *diutino lateris cruciatus laborans, liberatus est arteria in summa*

B

ma-

mihi videtur, quod hujusmodi tabulæ, vel in Æsculapii vel Isis templis suspensæ, primam hominibus ansam dederint medicorum scholas illic extruendi, quo gentium scilicet ingens revalescentium memoria referretur: cum ad finem, ut Medicina, tot experimentorum subsidiis nixa, tandem aliquando artis formam indueret. Scholæ medicorum longe celeberrimæ fuere quondam in Coö, Cnidio, Pergamo inque aliis regionibus, ²⁶ ubi partim is ipse Æsculapius vitam degit, partim ejus in honorem templa constructa, ac memoratis curationum monumentis ornata, extiterunt. Alexandriæ inprimis schola medicorum tantam sortita famam est, Marcellino auctore, ²⁷ ut tunc temporis Me-

manu incisa, aggressum & ipse illud in somniis monitu. Ita etiam vir dives, e media Thracia Pergamum, somnio ita jubente profectus, ab Æsculapio admonebatur, ut medicamentum e viperis quotidie potaret, atque corpus forinsecus illiniret. Ac non multo postea evasit leprosus, deinde hac medicina, quam Deus docuerat, exquisite convaluit. Ut *Galenus* de subfig. Empir. cap. xii. memorie prodidit. Pater modo filii, a rabido cane morfi, mater, videbat in quiete, radicem sylvestris rosæ. Quo remedio servatus est ex insperato, & postea quisquis auxilium simile tentavit, ut auctor est *Plinius* Hist. n. lib. 25. c. 1. Et *Jamblichus* de Myster. Ægypti. in Æsculapii templo accipiuntur somnia, quibus morbi curantur, ipsaque ars medendi somniis est comparata divinis. Exercitus Alexandri morbis mox deperiturus evasit discrimen remediis adhibitis in somno a *Dionysio* Deo. Aliquando etiam, quod aliquispiam usu probatum habebat

remedium, Templo cujusdam Dei Deæve dicavit. Hujus generis est collyrium, ab Adriano Cæsare inventum, quod Aurifaber quidam moriens, ut testamentum reliquit, dicavitque templo Ephesio, quo ii, qui a medicis relictii essent, in templo sanitatem consequerentur. Descriptio ejus extat apud *Ætium* tetrabl. ii. Serm. iiii. cap. cxlii. Huc referenda etiam sunt emplastra Epigoni, & sacrum, quæ in Juleani templo juxta Memphim inventa sunt, quæ a *Galeno*, de Comp. Medic. per. gen. lib. v. cap. xi. describuntur.

[26] Harum medicorum scholarum mentionem fecerunt *Strabo* lib. xii. & *Galenus* meth. l. i. cap. 1.

[27] Lib. xxii. in fine fere. *Medicina autem scribit, cujus in hac vita nec parca nec sobria, desiderantur adminicula crebra; ita studia augentur in dies, ut licet opus ipsum redoleat, pro omni tamen experimento sufficiat Medico ad commendandam artis auctoritatem, si Alexandria*

Medico satis fuerit, si modo Alexandriae artem didicerit, pari modo, ut patrum nostrorum memoria, inclytus is medicus haberetur, qui artis fundamenta sive Paduæ, sive Monte Pessulo jecerit duntaxat.

III. Licet in Ægypto & Græcia jampridem medici nobilissimi atque optimi essent, Herodotus tamen auctor est ²⁸ Babylonios antiquos Medicis haud usos fuisse: Idem Plinius ²⁹ literis mandavit millia gentium sine medicis degere, velut a populo Romano ultra sexcentimum annum factum. Verum tamen utut hæc se habeant, narrat Herodotus, priscis Babylonis in usu fuisse, ut languentes in forum efferrent, prætereuntes consulendi gratia, an simili morbo laborarint? & ecquod remedium ipsis auxilio fuerit? Vero simile itaque mihi videtur, quod remedium usu sæpe sæpius probatum, ab ægris, id flagitantibus, fuerit quoque usurpatum. Eadem veterum Romanorum conditio est, quos, arbitror, remediis iisdem usos, quæ relatione, vel communicatione amicorum experta, antea didicerant. Namque is ipse Plinius attestatur, vixisse quidem quasdam gentes sine Medicis,

dris se dixerit eruditum.

[28] In Clione. Lege enim sancitum erat, ut languentes in forum efferrentur prætereuntes de languore consulendi gratia; an aliquis eodem morbo laboraret, an similem viderint, &c. Neque enim fas erat silentio languentes præterire, verum oportebat explorare, quo affectu aliquis ager esset. Et *Plutarchus* de occulte vivendo. Prisci ægros suos in publico proponebant, ut prætereuntes quivis, si quid vel ipse, eodem morbo confectus, vel similiter laboranti opitulatus,

medelæ nosset, id ægrotanti significaret, ajuntque artem hoc modo experientia adjuvante crevisse. Item *Strabo* Geogr. libr. 111. scribit apud Lusitanos moris esse, ægros vetusto ritu Ægyptiorum in plateis deponere, ut, qui eo morbi genere tentati sunt, commone facere eos valeant. Vide etiam *Max. Tyrii* Dissert. xl. qui hæc subjungit. *Atque ita similitudo morborum remedium, simul colligens memoriam paulatim in artem redegiturum.*

[29] Hist. nat. libr. xxxix. cap. 1.

B 2

[39]

cis, nec tamen sine Medicina: quod non mirum, siquidem credibile est, humanum genus tunc temporis æque ac nunc ægrotationi obnoxium, vehementerque desiderasse bonæ valetudinis recuperationem. Et quantumvis ægri medicorum, qui tunc ob carentiam præceptorum artis, non erant, auxilia non implorarent: amicorum tamen & prætereuntium flagitabant, qui ipsis in loco medicorum tunc inserviebant. Tandem solertia hominum, necessitate impellente, factum est, ut alius addisceret medicamenta, quæ crebriori usu probata fuerunt in capitis affectibus: alius, quæ experta in oculorum vitiis: alius iterum atque iterum alicujus partis medicationem sibi arrogaret. Nemo universum corpus, propter difficultatem operis, quia Medicina nondum erat in artis formam redacta, ad curandum suscipiebat. En causam, quapropter apud priscos Ægyptios, Herodoto auctore, 3^o totidem medici fere, quotquot sunt corporis humani partes. Alius oculis: alius capiti: alius occultis medebatur morbis &c.

IV. Sycophantæ quidam, ut medicorum existimationem violarent, dicta proferre solent, imo addunt Medicinam fuisse studium fœvis proprium, tantum abesse, ut apud liberales artes locum teneret. Verum enimvero, ut ordine quodam progrediar, sciendum est, primos medicos, quorum ab antiquissimis auctoribus mentio fit, homines ingenuos, & in summo honore a plerisque nationibus habitos. Exempli loco sint

Chi-

[30] In Euterpe. *Medicina apud eos hunc in modum distributa est, ut singulorum morborum singuli sint Medici & non plurimum. Itaque omnia referta sunt me-*

dicis: alii enim sunt ocularii curandis oculis constituti, alii capiti, alii dentibus, alii alvi partibus, alii morbis occultis.

[31]

Chiron, Æsculapius, Machaon, Melampus &c. ³¹ quorum memoria a vetustissimis auctoribus celebratur ³². Quid? quod Athenienses, teste Hygino ³³ Medicinam adeo honorificam existimarunt, ut lege sancitum esset, nequis servus aut foemina artem Medicinam disceret. Quotus quisque nescit? Hippocratem, Dioclem, Erasistratum &c. & apud ipsos Romanos, Asclepiadem, ³⁴ Celsum, Sextium Nigrum, Julium Bassum &c. non servos, sed liberos homines fuisse, & ab omnibus honorificentissime appellatos. Quid, Ctesias, quem, Xenophon auctor est, ³⁵ in exercitu Cyri medicum fuisse, certe non fuit servus. Item Democides Polycratis Samii tyranni medicus, qui deinde captivus factus, Herodoto auctore, ³⁶ Darius Hytaspin sanavit, qua de causa amplissimos & honores &

[31] Æsculapii filius medicorum maximus aut princeps aut muneris sui Serv. Æn. 11.

[32] Melampus dicitur teste Athenæo Deipn. lib. 11. primus vinum diluendi modum invenisse. Eundem Melampodem Amyntaonis filium καθαρῶν, purgatorum vocat Servius Georg. 111. quia mulieres furiosas & mente captas per totum agrum palantes teste Pausania lib. 11. in primis vero filiis Poeti purgavit, ad quas usus est veratro albo, ut habet Galenus de atra. B. 7. cap. VII. Plinius autem lib. XXIV. Elleborum nigrum ideo Melampodium vocari scribit. Et Herodotus lib. VIII. auctor est Argios necessitate coactos, ut furientes, quos ad salutem reverturus pollicebatur, curaret, Melampodi dimidium regni concessisse.

[33] Fab. c. 274. Videtur tamen mos in Græcia fuisse, ut medicorum

fervi, qui etiam medici plerumque appellabantur, servos potissimum curarent. vide Platonis lib. XXXIV. Dial. IV. ea enim, quæ a Dominis videbantur adhibita auxilia, imperiosi ægrotis servis injungebant.

[34] Cicero scribit lib. 1. de oratore, se Asclepiade medico amicoque usum fuisse. Et Epistol. lib. XII. 10. in qua Sulpicio commendat Ascleponem medicum, ita scribit. *Asclepone Patrensi medico utor valde familiariter, ejusque tum consuetudo mihi jucunda fuit, tum etiam ars, quam sum expertus in valetudine meorum. In qua mihi tum ipsa scientia, tum etiam fidelitate benevolentiaque satisfacit.* Hæc sane consule Romano non digna videntur de medico scripta, si servus fuisset.

[35] De Cyri minor. exped. lib. 1.

[36] In Thalia vel lib. 3. & Tzetzes hist. Chiliad. 111. 97.

& munera adeptus. Medici item, qui Alexandri Magni exercitui præerant, non magis merebantur servi vocari, quam alii, qui muniis militaribus fungebantur; quos quidem singulos, concedo, e ministerio vel servitio Regis fuisse, non tamen servos, multo minus mancipia Regis. Curtius ³⁷ de Philippo, natione Acarnan, narrat eum fuisse e numero medicorum nobilium, e Macedonia Regem sequentium, quem Philippum Alexander, ob peractam morbi, qui Regem derepente invadebat, medicationem, donis magnificentissimis adfecit, &, ut Diodorus ³⁸ narrat, in fidissimorum ordinem amicorum recepit. Neque ille Menecrates Syracusius, quamquam inflatus & insolens esset, quia compluribus ægrotis fauste feliciterque medicinam fecerat, non videtur servus fuisse. Verò enim simile est Philippum, Macedonia regem, Menacratem, Jovis nomen sibi arrogantem, cum suo Deorum nomine, ad cœnam haud invitaturum fuisse si ille suo jure libertateque non usus fuisset ³⁹ A Romanis ipsis anno. V. C. DXXXV, ut Plinius ⁴⁰ auctor est, Archagatho, Lyfania filio, e Peloponneso, oriundo jus Quiritum datum. Tempore Cæsarum plures medici in honore magno habebantur. Is ipse Julius, Sue-

[37] Histor. libr. III. cap. 6. & Plutarch. in Alex.

[38] Biblioth. hist. libr. XVII. cap. XXXI. & Arrianus de expedit. Alexand. libr. II. Alexandrum vi morbi levatum, benevolentiam in Philippum declarasse, & per verba significasse, se semper eum pro amico fido habuisse.

[39] Cujus de superbia scripserunt Ælianus. Var. Hist. libr. XII. cap. 21. & Athenæus Deipnos. lib. VII. Menecra-

tes adeo gloriosus & arrogans erat, ut ipsam non puderet scribere Philippo Macedonia Regi. *Tu quidem in Macedonia, at ego in Medicinâ regno. Tu benevalentes, si libet perdere potes, agris autem ego sanitatem reddere, & a morbo robustos vindicare, mihi si pareant, prestareque ut incolumes perveniant ad senectutem.* Eodem scripsit ad Archidamum Lacedæmoniorum Regem & ad alios.

[40] Libr. 29. cap. 1.

Suetonio auctore, ⁴¹ circa Pharmacusam Insulam a prædonibus captus, mansit apud eos non sine summa indignatione cum uno medico & cubiculariis duobus. Plutarchus in Cæs. scribit cum uno medico: quod & vero mihi simile videtur, quod Cæsar admodum charum habuerit medicum, quoniam comites servosque cæteros initio statim dimiserat. Hic Julius etiam, ut Suetonius scribit, omnes Medicinam Romæ professo, & liberalium artium doctores, ⁴² quo libentius & ipsi urbem incolerent, & cæteri appeterent, civitate donavit. Ex quo loco planum fit medicos antea, juxta ac advenas, urbem incoluisse. Nam, si omnes medici vel servi vel mancipia fuissent, servorum domini sine ullo dubio conquesturi essent, quod Cæsar, aliorum servos & libertate donasset, & civitate, & quoniam nemo, qui in servitute erat, poterat civis Romanus fieri, necesse itaque erat, ut sit prius liber,

[41] In Julio. cap. 1.

[42] In numero autem liberalium studiorum, quæ Græci *ἑλευθερία* appellant ponuntur rhetores, grammatici, geometræ. ff. lib. L. tit. XIII. Quare autem Medicina non in numero artium liberalium collocetur, Isidorus Orig. lib. 4. c. 13. has in medium affert rationes. Quia hæc singulares continent causas: illa vero omnia. Nam & Grammaticam medicus scire jubetur, ut intelligere vel exponere possit, quæ legit: similiter & Rhetoricam, ut veracibus argumentis valeat definire, quæ tractat: nec non Dialecticam propter infirmitatum causas ratione adhibita perferendas: sic & Arithmeticam propter numerum horarum in accessionibus & periodis dierum: non aliter Geometriam propter qualitates regionum & lo-

corum situs, in quibus doceat, quid quisque observare debeat. Porro Musica incognita illi non erit: nam multa sunt, quæ in Græcis hominibus per hanc disciplinam facta leguntur, sicut habetur de Davide, qui a spiritu immundo Saulem arte modulationis eripuit. Aesclepiades Medicus quoque phreniticum quendam, per symphoniam pristinae sanitati restituit. Postremo & Astronomiam notam habebit, per quam contempletur rationem astrorum & mutationem temporum. Nam sicut ait quidam medicorum; cum ipsorum qualitatibus & nostra corpora commutantur. Hinc est, quod Medicina secunda philosophia dicitur. Utraque enim disciplina totum hominem sibi vendicat. Nam sicut per illam anima, ita per hanc corpus, curatur.

[43]

liber, antequam civis. Efficitur itaque his rationibus, medicos, ut & liberalium artium doctores, liberos homines fuisse, cum eos Cæsar civitate donasset. Tacitus itidem de Eudemo medico scribit ⁴³ eundem amicum & Medicum Liviae Augusti uxoris fuisse. Tantum abest, ut persuadere mihi possim, Liviam adeo auctoritatis suæ negligentem, ut amicitiam cum servo contraheret. Ipse Augustus Antonium Musam, cujus consilio & opera e graviore morbo evasit, in honore habuit, ac dedit ei non modo magnam vim auri & argenti, sed permisit eidem, libertus enim erat, usum annuli, equitibus alioquin familiaris tantum. Concessit etiam, ut Dion Cassius ⁴⁴ memorat, immunitatem non ipsi modo, sed omnibus eandem artem medicam exercentibus, & id quidem non ad præsens, verum etiam ad tempora futura. Quæ singula a me jamjam memorata, non intelligi possunt de servis medicis, quorum, fateor, magnum Romæ fuisse numerum. Oportebat enim omnes prius manumissos, & libertate donatos, antequam ejusmodi immunitatum possent consortes fieri. Quale factum autem ab Historicis memoriæ haud proditum est; sed potius constat, Augusto e vivis sublato, magnum ita dictorum medicorum numerum, temporibus posterorum imperatorum, servitutem compluribus Urbis proceribus servivisse; adeo commune enim tunc temporis erat medicorum munus, ut vix decimus quisque procerum, vel ditiorum civium, si non plures, saltem unum medicum, haberet. Alius enim erat Iatralipta, qui hero in unguendo in Balneis inserviret: alius ocularius, alius auri-

ricu-

[43] Annal. lib. 4.

[44] Rom. Hist. libr. LIII.

[45]

ricularius: alius vulnerarius: alius ad aliud corporis vitium corrigendum animum suum applicabat. 45 Eodem modo fere, ut paulo ante de Medicis Ægyptiis mentionem feci, quorum alius aliam corporis ægritudinem curare solebat. Cæterum, mihi videtur vocabulum medici a priscis, non speciatim, ut hoc tempore moris est, verum generatim, usurpatum. Namque, qui nunc temporis chirurgi, balneatores, ocularii, herniæ medentes, lithotomi, & simili nomenclatura appellantur, hi olim universali nominatione Medici vocitabantur: 46 cum ex adverso medici vocabulum, jam nunc angustius sumatur, nimirum pro homine alicuiquam morbo interiorum partium medicante: Cujus generis etiam, existimo, fuisse eos, qui immunitatem tam a Julio, quam ab Augusto, Cæsaribus impetrarunt. Tandem ponamus, quod sumunt, Romæ unum atque alterum advenam Medicum in servitudinem fuisse, num efficitur ex hoc, Medicinam esse studium servis proprium. Quid? nonne contingere poterat, ut aliquis ingenuus Medicus, ab hoste captivus ac venum datus, deberet emptori servitutem servire: quod etiam nunc alicui nostrorum,

[45] Egregie in rem nostram ff. lib. L. tit. 13. Medicos fortassis quis accipiet etiam eos, qui alicujus corporis partes vel certi doloris sanitatem pollicentur, ut puta si auricularius, si fistula vel dentium: non tamen si incantavit, si imprecatus est, etc.

[46] Quorum sententiæ favet Galenus ad Thrasylulum cap. xiv. Esi enim, scribit: quam maxime hunc hernia diffidentem; illum perforatorem, alium Calculi detractorem nuncupent: omnes tamen istos communi nomine medicos appellant,

perinde ut eos, puto, qui a quibusdam membris, quorum præcipue curam gerunt, vocitantur: hos namque ocularios, auricularios, dentifrangibulos vel dentarios medicos nominant: nonnullis a materia nomen indiderunt, cibarios & medicamentarios, aut per Jovem, etiam herbarios vocantes: quidam præterea & nonnullos medicos Vinidatores & veratri datores appellarunt, quia eos crebro talibus remediis utentes conspexerunt. Vide etiam cap. i. de partib. artis medicat. iv. ubi etiam variorum medicorum mentio fit.

C

[47]

strorum nullo negotio contingere posse, si utpote is ab hoste barbaro fuisset captus, quis ibit inficias? Certe nulla consequentia est, ex emptis captivis quidam medici fuerunt, ergo artem medicam non nisi servi tractarunt; & quod consequens est, Medicinæ inter artes liberales locus non fuit. Quantas immunitates archiatri & medicis complures Imperatores dederint manifesto apparet e Codice Tit. LII. Leg. 5. 6. 9. 10. 11. libr. x. & libr. XII. tit. XLI. §. 8. & Cod. Theodos. libr. VIII. Ex medicis aliqui sustinebant titulum archiatri: siquidem vero plures archiattrorum ordines essent, singulis præerant aliqui, qui comites archiattrorum vocabantur. Non ingratum fore, existimavi, hoc loco, memorare formulam, qua usi sunt, qui medico comitis archiattrorum munus assignabant. *Quapropter a presenti tempore comitis archiattrorum honore te decoramus, ut inter salutis magistris solus habearis eximius, & omnes judicio tuo cedant, qui se ambitu mutue contentionis excruciant. Eslo arbiter artis egregiæ, eorumque distingue conflictus, quos judicare solus solebat affectus. In ipsis ægros curas, si contentiones eorum noxias prudenter abscindis. Magnum est subditos habere prudentes & inter illos honorabilem fieri, quos venerantur ceteri. Visitatio tua sospitas sit ægrotantium, refectio debiliū, spes certa fessorum. Requirant rudes, quos visitant, ægrotantes, si dolor cessavit, si somnus affuerit. De suo vero languore te ægrotus interroget, audiatque a te verius, quod ipse patiatur. Habetis & vos certe verissimos testes, quos interrogare poteritis. Perito siquidem archiatro venarum pulsus enuntiat, quid intus natura patiatur; offeruntur etiam oculis urinae, ut facilius sit vocem clamantis non advertere, quam,*

quam hujusmodi minime signa sentire. Indulge te quoque palatio nostro: habeto fiduciam ingrediendi, quæ magnis solet pretiis, comparari. Nam licet alii subiecto jure serviant, tu rerum domino studio præstantis observa. Fas est tibi, nos fatigari jejuniis: fas est, contra nostrum sentire desiderium, & in locum beneficium dictare, quod nos ad gaudia salutis excruciet. Talem tibi denique licentiam nostri esse cognoscis, qualem nos habere non probamur in cæteris. ⁴⁷

V. Sed fatis, puto me sententias eorum, qui in medicos, aspere nonnunquam invehuntur, artemque totam cavillantur, delumbasse, ordo scriptionis itaque postulat, ut ad tradendum Medicinæ progressum me convertar. Nemini dubium est, quin Medicina ab initio præter experientiam nullum alium fundamentum habuerit. At quia remedia usu, quamquam crebriori, confirmata, non unius cujusque naturæ accommodata observabant, factum est, ut posteri rationes cœperint scrutari. Hinc ortum est, ut Philosophi, qui rerum causas indagabant, harumque rationes profitebantur, se quoque Medicinæ immiscerent, atque conarentur rationis adminiculo investigare, ecquid causæ esset, quapropter de eodem medicamento subinde infausa exempla caperentur? Hinc factum est, ut medendi scientia Sapientiæ pars haberetur, & a compluribus Philosophis doceretur. Exempli loco adducam Philosophorum antiquorum longe clarissimos Pythagoram, Empedoclem, Democritum, &c. ⁴⁸ Veterum Indorum Philosophorum, quos alii Brachma-

[47] Ita *Cassiodorus* variar. libr. VII. cap. XIX.

[48] De his Celsus in dicta Præf. & Diog. Laert. in est Phil. Imprimis vero Py-

manes alii Gymnosophistas vocant, apud quos etiam Sapientiae studium, Medicinae conjunctum fuit, eadem ratio est. 49 Cæterum Hippocrates

50 jam-

Pythagoræ sectatores Medicinae operam navabant. *Apollonius Thyas*. in Epist. ad Euphrat. enumerat Medicinam, quam Pythagoras, eodem Apollonio Critoni scribente, vocavit rem divinissimam, inter ea, quæ aliquis a Pythagoreo accipiat. Acusmatici, qui etiam de familia Pythagoræ erant, dixerunt teste *Jamblichus* de vit. Pyth. artic. 82. Medicinam esse in rebus humanis rem sapientissimam. Quantum vero spectat ad medendi rationem, *Porphyrus* de vit. Pyth. literis prodidit art. 33. *Qui recto valeret, semper cum iis versabatur, Pythagoras nempe: Si quo corporis morbo laborarent, eos curabat: sin animo egrotarent, consolabatur miserrimam, dolorem partim incantationibus magicisque carminibus, partim vero Musica. Erant enim ei peculiaris quedam carmina, quibus corporum morbis medebatur, qua cum accineret, agros pristinae sanitati restituebat. Erant etiam, quibus doloris oblivionem inducebat & iram mitigabat & libidinem importunam eximebat. Jamblichus vero de assecclis ejus hæc artic. 163. & 244. habet. Pythagorei eam Medicina partem maxime amplectebantur, quæ dietam moderatur, inque hac exercenda erant accuratissimi. Ac initio quidem signa nitentur addiscere, quibus congruum laboris victusque & somni modum explorarent: deinde quod ad ipsam ciborum preparandorum rationem attinet, illi fere primi commentari de ea, atque disputare aggressi sunt, Cataplasmata autem frequentius quam, qui eos antecesserant, adhibebant; sed unguenta medicata minus probabant, hisque ipsis ad vulnera potissimum sananda utebantur: incisiones*

*vero & unctiones minime omnium admittabant. Quosdam etiam morbos insuper curabant incantationibus. Existimabat autem ille, Pythagoras sc. Musicam quoque plurimum ad sanitatem conferre, si quis ea legitimo modo utatur. Hidorus quidem Orig. libr. viii. cap. ix. scribit incantatores dicti sunt, qui artem verbis peragunt, sed non satis erat, ut ex ante dictis apparet, quoquo modo verba protulisse, sed necesse erat carmen vel verba certo modulo cantari. Videtur enim Pythagoras effectum incantationis non carmini, non vocabulis, nihil forsitan significantibus, sed Musicae acceptum retulisse potissimum. Et iterum idem auctor art. 208. Insignis sapientiæ esse expendere & observare, qualibus alimentis utendum, quantumque cibi assumendum sit: eam vero scientiam ab Apolline & Peone traditam ac postea ab Esculapio excelsam fuisse. Itidem *Alianus*. var. Hist. l. 9. cap. xxxi. attestatur, fatam esse Pythagoreos, summum studium & operam medicandi facultati dedisse.*

[49] De quibus *Strabo* Geogr. libr. xv. *Post Sylvicos Brachmananes, scribit. in honore medicos esse ut qui circa hominem philosophantur, frugales quidem, non tamen rusticantes, oryza & ordeaceis viventes: qua nemo rogatus illis non irrogat, nemo hospitio non libenter suscipit. Possent eos sacundos facere, & marium & saminarum procreationem per medicamenta prestare. Medicinam plurimum per cibos perfici, non autem per medicamenta. Ex medicamentis maxime unctiones probari, & cataplasmata, cætera maleficii non esse expertia. Philostratus* de

50 jamdudum suavit, nos debere sapientiam, transferre ad Medicinam, & Medicinam ad Sapientiam: Medicum enim Philosophum, Deo esse æqualem. Hæc utcunque ab Hippocrate prolata fuerint, Celsus tamen ⁵¹ memoriæ prodidit, Hippocratem Coum, virum & arte & facundia insignem, primum ex omnibus memoria dignis ab studio Sapientiaæ disciplinam hanc, Medicinam sc., separavisse. Scilicet Hippocrates noluit, ut Medicus prorsum abdicaret se studio Sapientiaæ, sed amputanda voluit, quæ vel Logomachiam, vel nimiam curiositatem, olerent. Inhærendum potius, duxit, studio Physico, quippe id in Medicina incredibilis utilitatis. Philosophia ab Hippocrate honorificentissime appellata est, eademque in causa fuit, ut artem Medicam rationalem primum statueret: cum antea observationibus solum inhæreret. Profecto Medicina rudimentum oppido simplex fuit, atque ad hoc evincendum, puto, non prolixa me indigere demonstratione, quoniam id singulis artibus commune est, ut, procedente tempore, magis magisque indies, peracta rerum multiplici & observatione, & inventione, incrementa capiant, expoliantur, illustrentur, consummentur. Quam rudes rei medicæ homines fuerunt tempore bel-

li

de vita Apollonii libr. vi. scribit. Brachmanes Indorum Philosophos, Gymnosophistis, collem juxta Nili ripas incolentibus, esse sapientiores. Narrat præter hæc, quos sermones Appolonius cum istis habuit. Ex quo loco apparet, hos ab illis fuisse diversos: quamquam *Strabo* Geograph. lib. xvi. *Diogenes Laertius* in proemio lib. i. & *Plutarchus* in Alexandro & *Isidorus* Orig. libr. viii.

cap. vi. monumentis prodiderint, Indorum philosophos vocari Gymnosophistas: cum tamen *Philostratus*, hoc nomen Ægyptiorum philosophis tribuit tantum. Verum, quomodocunque sit, significat tamen per scripta sua, hos ab illis disciplinae fundamenta accepisse.

[50] Libro de decore ornatu.

[51] In eadem præfat.

C 3

[52]

li Trojani apparet ex Platone, qui merito & jure⁵² carpit inconcinnam farraginem, e vino Pramnio, farina & attrito caseo, factam, Patrocli jussu faucio Eurypylo propinatam, cujus facti Homerus mentionem facit. Quam imperiti fuerint prisci medici rerum purgantium, imprimis vero Hellebori, abunde constat ex Ctesia, cujus fragmentum extat apud Oribasium.⁵³ Scilicet periculosa plenum opus alex eos tractasse, qui ægrotantibus ausi fuerunt elleborum dare. Hinc etiam apud antiquos Ægyptios, teste Aristotele,⁵⁴ interdictum erat, ante triduum nequis purgationem in ægris institueret.

VI. Siquidem sæpenumero vocabuli medicinae mentionem facimus, placet hic vocabuli significationem & definitionem tradere. Significat enim interdum medicamentum, quod vel intrinsecus, vel forinsecus, corporis ægritudini medendi causa, applicatur, subinde ipsam duntaxat artem medicam, quam Hippocrates⁵⁵ ita definit, Medicina nihil est nisi adpositio & ablatio. Ablatio quidem eorum, quæ excedunt: adpositio vero eorum, quæ deficiunt. Aliam Medicinae definitionem suggerit Hippocrates libro de arte, ubi hoc modo,

[52] De Rep. Dial. rrr.

[53] Libr. 8. cap. 8. Medic. coll., siquidem neque ejus temperiem, neque modum, neque pondus, quod dandum esset, illos cognovisse. Si vero quispiam elleborum potui daret, imprimis hominem admonebat, fore, ut in magnum periculum casurus esset. Cæterum ex iis, qui sumpserunt, multos suffocatos, paucos servatos: at nunc, Ctesii utpote tempore, tuto dari, videri. Melam-

po tamen, quem *Apollodorus*, biblioth. lib. ii. scribit, pharmacorum & purgandi rationem invenisse, res successit ex sententia, siquidem is, ut supra etiam indicavi, usu ellebori albi, Proeti filias, mente alienatas, curavit: teste *Galeno* libr. de arte bile.

[54] Pölitic. l. rrr. cap. xv. *Et in Ægypto post tertium diem movere licet, quod si prius, periculo id agant suo.*

[55] Libro de flatibus.

[56]

modo. Medicinam sentio, scribit, esse morbos ab aegris in totum tollere, & morborum vehementes impetus obtundere. Sed hæc Medicinæ definitio ambigua est; potest enim utrique tum arti puta, tum remedio, applicari. Herophilus voluit, Medicinam esse scientiam sanorum, ægrorum, & neutrorum. ⁵⁶ Secundum Galenum ⁵⁷ Medicina est scientia sanitatem conservandi, & morbos repellendi. Recentiores medici aliis verbis quidem exhibent Medicinæ definitionem, at res eodem redit. Exempli causa, si quis cum Waldschmidio ⁵⁸ dixerit, Medicina est ars vel scientia integram corporis humani fabricam conservandi, & labefactatam convenientibus alimentis & remediis restituendi: si cum Valentino, ⁵⁹ Medicina est ars vel facultas sanitatem corporis humani præsentem conservandi, eandemque labefactatam restituendi. Reliquorum traditas Medicinæ definitiones, quia idem designant, sciens prudensque prætermitto.

VII. Non omnes, qui de Medicina scripserunt, hanc in easdem species partiti sunt: verbi causa. Plutarchus eam in duas partes diduxit, & statuit ⁶⁰ partem unam, in contemplatione positam, quamque universalibus rationibus certa que via doctrinæ ad singulorum cognitionem perducere: & hæc est, quæ Physiologiæ nomine insignitur. Alteram vero esse effectricem, cujus partes esse tres; primam, quæ Diætetica vocatur, victus rationem præscribere: secundam, quæ Chirurgia nomi-

na-

[56] Ita Galenus de subfig. Empir. cap. III. & de arte Medic. cap. II. & Plutarchus de Homero libr.

[57] Introd. cap. V. & Sextus Empiric. adv. gramm. c. 2. dicit, Medicina

est ars remedium afferens & dolores solvens.

[58] In Instit. cap. I. §. 5.

[59] In Cursu Medico in prælim. §. 2.

[60] In libro de Homero.

[61]

natur, manuum opera uti, & tertiam, quæ pharmaceutica appellatur, medicamenta adhibere. Theutas Empiricus totam ⁶¹ Medicinam divisit tripartito, in indicationem, curationem, & salubrem: has autem univèrsas acquiri per proprium intuitum, historiam & congruum, de re simili ad similem, transitum. Recentiores Medici quinquepartitam plerumque tradunt Medicinam. Primam partem appellant Physiologiam: secundam Pathologiam: tertiam Semioticam: quartam Hygieinam: quintam denique Therapeuam. Et hæ postremæ sunt ipsius Medicinæ Clinicæ, quatenus vel scientia vel ars est, divisiones. Herophili & Erasistrati temporibus ⁶² tota ars Medica in tres partes diducta est, (quam sententiam ante memoratus Plutarchus quoque amplexus) scilicet ut una esset, quæ victu: altera, quæ medicamentis: tertia, quæ manu mederetur. Veteres enim prolixum atque difficile studium medicum cognoverunt, in tantum, ut existimarent unum hominem in singulis Medicinæ partibus excellere non posse. Qua de causa etiam factum est, ut ad peculiarem partem addiscendam se peculiaris homo applicaret; qui victu curabant, Diætetici: qui medicamenta præscribebant vel conficiebant, Pharmaceutici: qui manu curationem instituebant, Chirurgi nuncupabantur. Præter hæc Medicina dividitur in Sectas, quo vocabulo Galenus ⁶³ intelligit collectionem multorum dogmatum, quæ concordant, & ad unum finem tendunt. Sectæ Medicorum principes tres-

[61] Galenus de subfig. Empir. cap. III.

[62] Celsus in Præfat. lib. I.

[63] In finit. medic. cap. I. ubi adhuc altæ vocabuli Sectæ definitiones.

[64]

tres fuere, & in primis ab Hippocrate usque ad nostra tempora floruerunt (1) Dogmatica (2) Empirica, & (3) Methodica. ⁶⁴ Neque vero ex dictis inferendum est, præter harum trium sectarum opiniones nullas alias aut olim fuisse, aut nunc esse in usu; contrarium enim claret satis. Sed licet unus atque alter disparem videatur sententiam tenere, potest tamen is facili negotio alicuiquam e tribus nominatis adnumerari, præsertim vero, cum Galenici, Iatrochemici, Mechanici, vel Mathematici, ut plurimi medicorum nominari gestiunt, desiderant & acquiescunt, si quando in dogmaticorum seu rationalium numero collocentur. Rationales Medici, ut breviter cujuslibet sectæ præcipua fundamenta attingam, proponebant necessarium esse abditarum & morbos continentium causarum notitiam: deinde evidentium; posthæc etiam naturalium actionum: novissime partium interiorum; Empirici autem evidentes quidem causas, ut necessarias amplectebantur: obscurarum vero causarum & naturalium actionum quæstionem supervacuum esse contendebant. Methodici denique statuebant, satis esse quædam communia morborum intueri: siquidem horum tria genera esse, unum adstrictum, alterum fluens, tertium mixtum. Et hæc sunt, quæ a Celso memorantur, qui insuper argumenta, quibus suam quæque secta sententiam munire conabatur, abundanter describit, de quibus deinceps uberius ac fufius scribam: hoc loco tamen sufficet memorasse modo auctores trium sectarum. Dogmaticæ quidem Æsculapius habetur auctor:

[64] Celsus in Præf. lib. 1. *Ausonius* | dæmonius, quam græce *επιουδερνικη*
Eydill. xi. Præter has, quartam se- | vocant, ut auctor finition. medic. cap.
ctam invenisse videtur Agathinus Lacc- | 1. tradit.

D

[65]

auctor, quem insecuti Minous & Parmenides: ⁶⁵ fed, quia nulla horum scripta extant, quibus assertum probare possumus, oportet Hippocrati, vetustissimo Medicinæ scriptori, primatum Dogmaticæ deferre. Celsus scribit Serapionem primum Medicinam in usu & experimentis posuisse: Plinius ex adverso statuit Acronem Agrigentinum; Galenus autem Philinum Coum separasse Empiricam primum a Rationali. Methodicæ Hæresis repertor ab omnibus fere habetur Themison: absolvisse autem eam Neronis principatu Theſſalum Trallianum. ⁶⁶ Tandem Plinius memorat Iatrolipticem a Prodicō inventam, ceu vero ea peculiaris secta fuisset, cujus affectu unguentis & frictionibus plerisque morbos fere curare conabantur. At enimvero veterum scripta pervolventi facile innotescet, haud magni momenti fuisse hanc, ut mereretur secta peculiaris vocari; quandoquidem Iatraliptæ, vel aliptæ, latine unctores, ejusdem generis medici erant, ut auricularii, ocularii, &c. qui servitute plurimum apud proceres Urbis serviebant: qui non ad totam Medicinam addiscendam; at potius ad partem ejus aliquam exercendam, animum appellebant. Quæ cum ita sint,

se-

[65] d'Herbelot Bibl. Or. p. 209. Parmenides le Medecin, scribit, qui vint 750, apres Minous, trouvant que la Medecine avoit beaucoup degene & que les Empiriques prevaloient aux veritables medecins bannit entierement les experiences, qu'il reconnut être la plupart fausses & reduisit cet art au pur raisonnement. Apres la mort de Parmenides les medecins, furent fort partagez entr' eux, les uns tenant pour la methode, & les autres pour l'Experience. Cette division dura jusqu'au tems d'Hippocrate, lequel réunissant par

l'excellence de son sçavoir, & par la force de son genie les deux parties opposez, fit un systeme de medecine, qui a été le modele, que tous les medecins Grecs ont depuis suivi.

[66] Vide Celsum in Præfat. Plinium H. nat. l. xxix. Cap. 1. Galenum introd. Cap. 3. Ab his longe discrepat Isidorus Hispal. orig. lib. 4. cap. iv. Methodica scribit, inventa est ab Apolline, qua remedia festatur & carmina. Empirica i. e. experientissima, inventa est ab Æsculapio, qua non indiciorum signis, sed solis constat experi-

sequitur eos haud posse medicis, Diætericæ vel Clinicæ operam dantibus, adnumerari: multo minus peculiarem medicorum sectam appellari.

perimentis. Logica. i. e. rationalis inventa ab Hippocrate. Istitis enim discussis aetatum, regionum, vel aegritudinum qualitatibus, artis curam rationabiliter persequutus est. Empirici ergo experientiam solam sectantur. Logici experientia rationem adjungunt. Methodici nec elementorum rationem observant nec tempora nec aetates, sed solas morborum substantias.

DISSERTATIO II.

DE

Elementis, Natura & causis.

I. **M**edicos coepisse tum rationales nominari, postquam multa a philosophis mutuarint, hæcque adhibuerint ad habitum corporis humani tum sani tum morbidi explicandum, inficiari neminem arbitror. Imo & rationalium ipsorum in varias sectas divisionem Philosophiæ potissimum adscribendam, nullus dubito. Siquidem ejus dogmata quanto majorem convenientiam cum œconomia corporis humani videbantur habere, tanto & hæc studiosius a medicis in artem interpolandam suscipiebantur. Aliquorum, de quibus omnes non eandem opinionem habebant, impræsentiarum mentionem faciam, quoniam hæc alibi minus apte inseri possunt.

II. Quandoquidem Dogmatici sæpe sæpius in ore inque suis scriptis habent vocabula elementi & principii, placet ideo primum harum vocum varias definitiones tradere. E Sapientiæ professoribus Plato statuit elementum esse compositum & effectum: principium vero se nihil prius, ex quo gigni potuerit, habere. ¹ Stoici, teste Laertio, ² agnoverunt distinctam vocum significationem. Differre enim, statue-

[1] Galenus Histor. Philos. cap. XVII.

[2] Libro VII. de Zenone.
D 2

tuebant principia & elementa. Nam illa quidem ingenita esse, & corrumpi non posse, elementa vero per igneam evaporationem corrumpi. Adhæc principia esse corporea & informia: elementa autem formata. Aristoteles passim in scriptis suis hæc nomina, tanquam idem significantia, usurpat. Exempli causâ, alicubi locorum scribit, principia neque ex alterutris esse, neque ex aliis, & ex his omnia: & paulo post, omnes enim elementa, & ab ipsis vocata principia, quamvis sine ratione ponant, tamen contraria dicunt: Scilicet ii, qui notiora secundum sensum, & qui notiora secundum rationem pro principiis, vel elementis accipiunt. Etenim hoc cap. v. l. i. Phys. confutat variorum Philosophorum de elementis vel principiis opiniones. Elementi autem Aristoteles omnimodam tradit definitionem. v. g. Elementum dicitur, ex quo componitur primo *inexistente* indivisibili specie in aliam speciem; vel corporum elementa vocantur ultima, in quæ copora dividuntur: vel quod parvum & simplex & individuum, hoc elementum dicitur. ³ Quid, quod Stoici, quorum testimonium paulo ante memoravi, cum elementum hoc pacto definiunt: Elementum est ex quo primum prodeunt, quæ fiunt, & in quod extremum solvuntur, idem dicunt, quod de principiis asserunt, excepto eo, quod dicant elementum corporis compositi ignea evaporatione corrumpi posse, quod ego pernego, materiam utpote simplicissimam, alterationi corruptionive esse obnoxiam; quia nulla res, nisi variis ex primordiis coalita fuerit, corrumpi vel aliam formam, citra alterius rei peregrinæ additionem, assumere potest. Cicero itidem dictis vocabulis promiscue utitur: v. g. ⁴ qualitates principes, uniusmodi & simplices vocat acrem, ignem, &c. ergo, pergit, illa initia, ut e Græco⁵ vertam, elementa dicuntur: & alibi ⁶ enumerat variorum præscorum physicorum de elementis opiniones, ubi ea nominat principia rerum: & iterum alio in loco ⁶ hoc pacto

[3] Vide ejus Metaphys. libr. iv. cap. 111. De cælo libr. 111. cap. 111. &c. loca,

[4] Academ. Quæst. libr. 1.
[5] Academ. Quæst. libr. 1v.
[6] Tusculan. Quæst. lib. 1.

[7]

pacto scribit, Aristoteles longe omnibus, Platonem semper excipio, præstans & ingenio & diligentia, cum quatuor illa genera principiorum esset complexus, e quibus omnia oriuntur quintam, &c. heic a Cicerone principia, quæ vulgo elementa appellantur. Vitruvius, auctor longe eruditissimus ⁷ recensens numerum elementorum secundum variorum Philosophorum sententiam, vocat ea principia. Verum enimvero abhinc amplius centum quinquaginta annis fuerunt nonnulli, qui nomen principii huic rei tantum esse tribuendum, existimabant, quæ alteram constituit, atque illius compositionem ingreditur: vel id principium esse nominandum, ex quo primum res aliqua ortum duxit: ideoque hoc esse quoddam simplicissimum: differre autem, principium & elementum, inter se hac conditione: scilicet principium esse aliquid quodammodo incompletum & indeterminatum: ex aduerso elementum esse aliquid modo completum & determinatum. ⁸ At enimvero quantum ad me attinet, non intelligo verba obscura ambiguaque, quæ interpretes ad naturam elementorum principiorumque describendam adhibuerunt. Nam quotusquisque cogitatione comprehendit aliquid quodammodo incompletum & determinatum, aut materiam formæ expertem, aut rem haud quaquam genitam nec corruptioni obnoxiam.

III. Licet omnes, qui de rerum natura aliquid locuti sunt, concordantes materiam quandam primam esse concedant, de natura tamen ejus, & numero non consentiunt omnes. Sane in hoc argumento pertractando perturbat nos opinionum varietas, hominumque dissensio in tantum, ut asserere non verear, non magis in apicem proferrè hominum ignorantiam, &

10-

[7] In præfat. libr. VIII. de Architectur.

[8] Elementum esse partem, volunt, ex quo corpora composita originem duxerunt, & in quod iterum resolvitur, specie minimum & simplicissimum; verum enimvero principium, in quod ratione cogitationeque duntaxat. dissolvitur corpus naturale, & illud per se subsistere haud

posse. vide *Erafi* disput. part. II. *Fernelii* Part. I. libr. II. cap. III. *Plutarchi* de plac. phil. lib. I. cap. II. *Fuchsi* instit. lib. I. sect. II. cap. IV. &c. Ut ut dictorum assertio fuerit, *Sextus Empiricus* tamen l. VIII. comm. variorum de elementis opiniones recensens, promiscue rebus tum corporeis tum incorporeis nomen elementi imponit.

D 3

[9]

inconstantiam, mutabilitatemque mentis. v. g. Homerus Oceanum cunctarum rerum parentem dixit. ⁹ Thales Milesius ¹⁰ aquam, quam sententiam patrum nostrorum memoria etiam amplexus est Helmontius. Ignem, aërem, aquam & Terram pro elementis agnoverunt Orpheus, ¹¹ Zoroaster, ¹² Zenon, ¹³ Empedocles ¹⁴ Ocellus Lucanus ¹⁵ Xenophanes, ¹⁶ & Ægyptii. Hi Ægyptii, teste Seneca, ¹⁷ ex singulis bina, marem & fœminam fecere. Aristoteles ¹⁸ dictis quatuor, quintum quoddam corpus æthereum adjecit. Hippocrates ante Aristotelem, & Galenus, & eorundem asectæ antedictum quaternarium elementorum numerum amplexi sunt. Quatuor elementorum qualitates, calidum utpote, frigidum, humidum & siccum, pro principiis agnoverunt Strato Physicus

[9] In Iliad E.

[10] Stobæus Eclog. physic. l. i. c. xiiii. Seneca nat. Quæst. lib. 3. cap. 13. Cicero. Acad. Q. l. i. Vitruvius l. 8. Plutarchus de placit. phil. l. i. c. 3. Eusebius præp. Evang. lib. xiv. c. v. Galenus de elem. lib. i. c. viii. Servius in Bucol. Eclog. vi. Virgilit.

[11] Stobæus dict. Eclog.

Atque unum est, in quo voluntur
singula, corpus

Ignis, aqua, & tellus atque æther---

[12] Hyde de relig. vet. Persar. c. xxxiv. Elementa omnia tenentur servare pura, prout in libro zeratushtnama precipitur. 167. conatum adhibeant ut elementa quatuor in puritate conservent absque vitiatione: sive sit ignis splendens, sive aqua currens, sive ventus subtilis, sive terra gravis. Quia ex his quatuor elementis corpora animalium composuit iustissimus potentissimus Deus.

[13] Plutarchus de placit. lib. i. c. xii.

[14] Stobæus & Diogenes Laertius lib. viii. citant versus Empedoclis. Ille scribit, quod Empedocles sensit, quod

horum natura de contrariis permixta, siccitate videlicet, calore, humore, ac frigore, totum hoc quadam proportione ac temperatione perficiat, sic ut ipsa quidem in partibus mutationes experiatur: totum autem interitum non pertimescat. Ita enim ait: *Interdum per amicitiam cuncta hæc copulantur, interdum per dissidium secreta feruntur.* Hanc opinionem autem contradixerunt Aristoteles de coelo lib. iii. cap. iv. & Galenus. de Nat. Hum. Com. i. §. 3.

[15] De universa natura. cap. ii.

[16] Diogenes Laert. lib. ix.

[17] Nat. Quæst. lib. iii. cap. xiv. *Aerem marem judicant, quia ventus est: fœminam quia nebulosus & iners. Aquam virilem vocant mare: muliebrem, omnem aliam. Ignem vocant masculinam, quia ardet flamma & fœminam, quia lucet innoxius tactu. Terram fortio rem marem vocant, saxa cautesque: fœmina nomen assignant huic tractabili ad cultum.*

[18] Plutarchus de plac. Phil. ante memorato loco & vide ipsum Aristotelem passim.

[19]

ficus ¹⁹ & Atheneus Attalus. ²⁰ Cicero de Stratone Lampfaceno attestatur, ²¹ eundem statuisse ponderibus & motibus omnia fieri. Magorum Sacerdotes ²² & Hippo Rheginus aquam & ignem: ²³ Euripides aërem & Terram: ²⁴ Xenophanes, ²⁵ Galeno auctore, aquam & Terram: Anaxemander infinitum: ²⁶ Archelaus infinitum & aërem: ²⁷ Anaximenes aërem solum: ²⁸ Diogenes Appolloniates aërem immensum: ²⁹ Anaxagoras partes similes, vel ut scribit Cicero, ³⁰ materiam infinitam, sed eas particulas similes inter se & minutas: Pherycides Syrus, terram. ³¹ Philolaus finitum & infinitum. ³² Heraclitus, Hippasus, & Parmenides Cicerone, ³³ & Anaxagoras Servio auctore, ³⁴ ignem, pro principiis habuerunt. Galenus auctor est, ³⁵ Heraclitum frustula quædam minuta & individua, cognitione tantum apprehensibilia: & Laertius ³⁶ Parmenidem, Ignem & terram, in principiorum numero collocasse. Initium omnium corporum materiam esse memorat Plato. ³⁷ Quatuor corpora & ina-

- | | |
|--|---|
| [19] Galenus Hist. Phil. cap. 15. | volunt, Heraclitum, aerem dixisse elementum. |
| [20] Idem Galenus in introduct. cap VIII. de Elem. libr. 1. cap. XI. | [29] Stobæus. d. I. & Hesychius Milesius in nomine Diog. |
| [21] Academ. Quæst. libr. IV. | [30] Acad. Quæst. l. IV. Aristoteles l. 3. c. 4. physicor. Plutarchus. Galenus. & Sextus Empir. locis memoratis. |
| [22] Vitruvius in præf. libr. III. | [31] Galen. Hist. phil. & Sextus Empir. |
| [23] Galenus Hist. phil. cap. XV. & Sextus Empir. lib. VIII. Comment. | [32] Stobæus d. I. |
| [24] Vitruvius dicto loco. | [33] Acad. Q. lib. 4. Vitruv. Plutarch. Galen. Sext. Emp. Euseb. Stobæus d. I. |
| [25] Galenus & Sextus Empir. dictis locis. Namque ex terra & aqua producti nos fumus omnes. | [34] In notis ad Eclog. VI. Bucolic. Virg. |
| [26] Stobæus. Cicero. Plutarch. Euseb. Galenus. Sext. Empiric. dictis locis. | [35] In Hist. phil. cap. XV. |
| [27] Plutarchus de Plac. phil. lib. 1. cap. 3. Stobæus. d. I. | [36] De vit. philos. l. 9. |
| [28] Cicero. Plutarchus. Galenus. Eusebius. Stobæus dict. loc. verum Sextus Empiricus scribit. d. I. Anaximenem & Idæum Himeræum, & Diogenem Appolloniatem & Archelaum Atheniensem præceptorem Socratis, & ut nonnulli | [37] Ex qua omnia in se recipientem mundum esse factum a Deo sempiternum, scribit Cicero. d. I. Apulejus vero de dogmatib. Platonis & Stobæus. d. I. memorant Platonem tria rerum initia sta- |

inane ³⁸ Echantus : numeros, vel potius ut Cicero scribit, ³⁹ ex numeris & mathematicorum initiis Pythagoras : ⁴⁰ individuum & inane Metredorus : ⁴¹ plenum & inane Leucippus :

statuisse, Deum nempe, & materiam, rerumque formas, quas ideas idem vocat: in absolutas, informes, nulla specie vel qualitatis significatione distinctas.

[38] *Stobaeus*. d. l.

[39] Acad. Quaest. l. 4. *Sextus Empiricus*. *Stobaeus*. *Plutarchus*. *Galenus* dictis locis, *Jamblicus* de vita Pythag. auctor est. §. 130. Pythagoram dixisse, nihil in primis rerum elementis purum, sed terram aeris, aërem aquae, ignem aeris, & aquam spiritus, participem esse.

[40] Timæus Locrus, qui fuit teste *Cicerone* lib. v. de finib. Pythagoræ sectator, ingeniose, ut mihi quidem videtur, de primordiis rerum philosophatus est. Statuit enim subjectum rerum creaturarum esse materiam, rationem, seu proportionem formæ, Ideam: harum autem factum esse corpora, Terram nimirum & aquam. Hæc vero tali modo producta. Omne corpus asserit, ex planis consistere, hoc vero ex triangulis: quorum alterum quidem esse ex rectis angulis æqualium laterum, semi quadrangulum: alterum autem inæqualium laterum, quem habere majorem angulum potentia triplum minoris. Minimum autem in ipso angulum, tertiam recti esse partem: hujus vero duplum, medium esse: Etenim hunc duarum terrarum esse partium: maximum autem rectum ad mediam sesqui alteram proportionem habere: triplum autem esse ad minimum. Hunc igitur triangulum, semi quadrangulum esse, quatenus cum æquilatere triangulo comparetur, perpendicularo bisariam abscisso a vertice ad imum: in partes æquales. Proinde

duos utrique esse rectangulos: at in uno, duo quidem latera; quæ quidem in recto sint, æqualia esse tantum, in altero autem omnia tria inæqualia. Hanc vero figuram obliquam vocari. Dictum autem semi quadrangulum fuisse primordium constituendæ terræ. Nam quadrangulum ex his quatuor videlicet triangulis componi. Ex quadrangulo vero cubum generari, omnium corporum firmissimum & maxime stabile: Cui utpote sena latera & octo angulos esse. Et hanc esse rationem, qua propter Terra sit Elementum & gravissimum & difficulter mobile. Hanc in aliud corpus transmutari nequitiam posse, quia nullam habeat cum ullo triangulorum genere communitatem. Terram enim solam habere proprium & peculiare elementum, semi quadrangulum nempe. Hanc porro elementum esse aliorum corporum, ut ignis, aeris, & aquæ. Etenim composito sexies semiquadrangulo, triangulum ex ipso æqualibus cruribus fieri: ex quo pyramidem, quam quatuor bases & æquales angulos habere, componi, speciem scilicet ignis maxime mobilis & tenuissimarum partium. Post hoc autem id, quod octo constat sedibus, octo quidem bases totidemque angulos habens, esse Aeris elementum. Tertium denique, quod viginti sedes habet, bases quidem totidem, angulos autem duodecim, esse elementum Aquæ plurimarum partium atque gravissimarum. Hactenus *Timæus* in libr. de anima. mund.

[41] *Stobaeus*.

[42]

pus .⁴² solida & vacua, vel corpus & inane Democritus ⁴³ atomos & inane Epicurus : ⁴⁴ individua & infinita corpora atque minima Diodorus cognomento Saturnus : ⁴⁵ Moles & meatus i. e. particulas & locum in quo moventur Asclepiades. ⁴⁶ Lucem & tenebras Manichæi. ⁴⁷ Perfectum & imperfectum Confucius, celeberrimus Sinenfium Philosophus ⁴⁸

IV. Quandoquidem pleræque philosophorum familiæ tractu temporis interierunt; Aristoteles autem sola, acquisita a Pontificia Religione jure Quiritio, diutissime in vigore perseveravit. Quid mirum? quod tunc reliquarum sectarum opiniones paulatim oblivioni traderentur. Hinc factum est, ut a seculo tertio, usque ad decimum quintum, non memoratu dignæ, cum in Medicina, tum in Philosophia, mutationes inveniantur. Istis temporibus namque partim ob tot funesta, ac internecina Christianorum bella, partim ob relegatas in monasteria ad monachos musas, incultæ artes liberales latebant. Præter Aristotelem, & ignavorum somnia monachorum, sapere, erat dementia: imo crimen, & peccatum supplicio puniendum. Non defuerunt quidem plurimi Arabes tunc temporis, ut Averrhois, Avicenna, alique, qui

[42] Cicero. Stobæus. d. l.

[43] Cicero. Galenus. Eusebius: Stobæus. d. l. Diogenes Laertius lib. ix. Principia omnium statuit Democritus atomos atque inane. Atomos magnitudine & numero esse infinitas, ferrique in toto, ac rotari, atque ita concretionem omnes gignere. Solem & Lunam ex hujusmodi atomorum vertiginibus, & tumorum circumferentiis, esse compositos.

[44] Plutarchus. Galenus. Sextus Empir. Stobæus, Lucretius. Laertius lib. x. in Epist. ad Herod.

[45] Stobæus l. d. l. verum Galenus & Sextus Emp. perhibent eum cognominatum Crononem.

[46] Galenus in introduct. cap. 8. Aurelianus. ac. pass. libr. i. cap. xiv. Sextus Emp. d. l. His adde Oenopiæm Chium. testib. Galeno & Sexto. Empir. duo, ut ignem & Aërem: & Onomacritum, tria posuisse elementa, ut ignem, aquam & terram.

[47] Epiphanius contr. hæres. libr. ii. Tom. ur. lxxvi. Hujus generis principia præterito seculo rursus in doctrinam suam introduxit Böhmius, quin etiam hoc tempore Kunkelius & alii, iis ad res naturales interpretandum utuntur.

[48] De quibus vide præmial. declar. §. vi. Confucii operibus præmissam, ubi hæc primo in 4. deinde in 8. post hæc tandem in 64. classes componuntur.

qui Medicam juxta & Philosophicam doctrinam excollerent: verum conveniunt præcipue inter se, ut, quantum spectat ad elementorum traditionem, vestigiis Aristotelis insistant potissimum. Aliena autem quadantenus dictis ceperunt primo Chimici, corporum compositionem adminiculo ignis & rerum aliarum indagantes, docere. Et inter hos, ni fallor, fuit Basilius Valentinus primus, qui passim in scriptis suis trium principiorum mentionem facit: non inficiatur tamen & alios, vel sibi æquales, vel ante se decessos, eorum mentionem quoque fecisse. Vocabula vero dictorum hæc sunt, sal, sulphur & mercurius. Alio subinde nomine hæc vocat, ut corporis, quo intelligit sal: animæ, qua sulphur vel oleum: spiritus denique, quo mercurium. Verum enim vero alibi distinctionem facit principiorum ab elementis: per principia jamjam res recensitas, perque elementa, notissimum Aristotelis elementorum quaternarium numerum, intelligit.
 49 Gloriosus, & Vertumno iniquo natus, Paracelsus, subdole Basiliæ principia complexus, hæcque orbi, quasi vero a se inventa, obtrusit. Veruntamen, ut ubique fere, sic etiam hic suam prodit inconstantiam: modo agnoscit Peripateticorum elementa: inconspicua, abscondita vero, tanquam spiritus, quorum domicilia ista vulgaria sint, ponit: modo hæc iterum destruit, atque vult, ea originem e Mytherio magno; quo Chaos indicat, ortum cœpisse: modo cœlum & terram tantum, putat, elementorum nomine digna, hæcque iterum duplicis generis esse: alterum dictorum vocat marem, alterum fœminam; siquidem ex horum con-

[49] Dabo compendium ejus doctrinæ de elementis. Basilius Val. putat dari influxum cœlestem superne decidentem & se qualitatibus fideiis miscentem: ex horum conjunctione nasci tertium, corporeum quoddam, ex his tribus postea quaternarium elementorum numerum progigni. Hæc porro auxilio ignis producere animam internam, spi-

ritum tangi nescium, & conspicuum corpus. Hæc tria ope Vulcani inter se copulata dare aliquid, quod tangi potest: Mercurium nempe, sulphur & sal. Ex his tribus tandem coagulando unitis fieri corpus quoddam perfectum. Vide Tractat. de lapid. phil. recapitulationem ejusdem tractat. de arcano magno mundi &c.

[50]

junctione cuncta concreta exoriuntur : modo tria ut sulphur, mercurium & sal habet pro corporum primordiis : modo subvertit hæc rursus, & statuit quodlibet elementum, puta Stagyritæ, in triplicis generis substantiis consistere, ita ut suis cuique sit Mercurius, sal atque sulphur; quadruplicat itaque hæc postrema, ac credit quatuor diversi generis mercurios, sulphura & salia esse : Nimirum esse mercurium proprium igni, aëri, &c. Eadem ratio reliquorum esto. ⁵⁰ Verum & discipuli, & cæteri disciplinam Paracelsi amplectentes, elegerunt dicta tria, quæ vocaverunt activa : præter hæc iis addidere duo passiva, quæ etiam *relollæa* vel *relollacea* barbaro vocabulo nuncupabant, phlegma scilicet & caput mortuum. Sed & hæc doctrina non diu viguit : experta enim est eandem, sicuti singula in mundo, vicissitudinem. Nam Helmontius peculiari tractatulo eam improbavit, e diverso in corporibus unum primum atque ultimum, *materiale*, ac *reale* initium stabilivit, & hoc aquam esse, existimavit. Est ipsi præter hoc alterum principium movens & efficiens, quale, putat, feminis ipsam essentiam *Arabealem* esse, differreque a forma rei : sed quoniam hæc, & quæ eodem loco ulterius scribit, perplexe ac obscure commemorantur, eam ob causam his supersedebo. Sufficit modo indicasse, heic loci Helmontium hæc duo, ut omnium corporum principia & causas, agnovisse. In alio tractatulo aquam & aërem habet pro principiis primogeniis : ex aqua autem virtute feminum, asserit, terram seu corpus quoddam compositum fieri. ⁵¹ Cæterum nostra ætate, quantumvis ea bonarum artium, & omnigenarum inventionum ferax, non multa, si unice Cartesium quibusdam in locis exceperis, inventa vel excogitata sunt, quæ novitatem doctrinæ elementorum prodant. Quid mirum? sunt enim hæc, mea quidem sententia, penitus in media Philosophia reclusa atque abdita. Tantum abest, ut ii, qui de totius mundi principiis disputant, aliquid certi habeant,

[50] De his vide plura in Dialogo, ([51] Helmontii doctrina itidem videtur suo loco.)
 in quo dogmata Paracelsi speciatim tractabo. E 2 [52]

beant, ut more puerulorum balbutiant, & conjecturas vel hypothefes potius, quam, indubitata seu argumenta seu pronuntiata proponant. Genuina enim corporum principia non artificio, propter eorum exilitatem subtilitatemque demonstrari possunt, ut quinque mentis nunciis percipi queant, quamvis interea non negaverim illa quodammodo comprehendi sola cogitatione posse; diversitas hominum in causa est, ut suae quibusque sententiae cum maxime probabiles habeantur.

V. Inter res, quas medici a philosophis mutuati sunt, inque suam artem, assumpserunt, primatum gerit incredibilis famae, magnique nominis NATURA. Hanc solam prope modum omnes in ore habent. Sola haec succumbit, haec juvat, haec sola hominis & animam & corpus moderatur. Cuncta huic, quae homini quoquo modo accidunt, vel crimini dantur, vel laudi. Sed quamvis verbum adeo usitatum ac tritum sit: attamen, quid natura sit, hoc obscurum est, & difficiles explicatus habet. Namque alii naturam censent esse vim quandam sine ratione, cientem motus in corporibus: alii autem vim participem rationis atque ordinis, tanquam via progredientem declarantemque, quid cujusque rei causa efficiat, quid sequatur, cujus solertiam nulla ars, nulla manus, nemo opifex consequi possit imitando: ⁵² alii, qui Naturam omnium rerum matrem vocavere, ipsum Deum Universi creatorem intellexerunt: Verum qui dixerunt Deum & Naturam nihil facere frustra, statuerunt aliquod, si non Deo fuerit par, ad minimum eo ipso potentia paulo inferius. Princeps Medicorum, Hippocratem volo, saepe saepius voce Naturae utitur, eademque interdum vult indicare, debitam corporis constitutionem: aliquando suam quibusque rebus facultatem, vel proprietatem singularem agendi quiescendive: subinde indolem seu genium cujusdam rei. ⁵³ Quidam e praeclaris Philosophis per Naturam significare voluit principium aliquod motus & quietis: quidam ignem: quidam spiri-

[52] Haec Cicero de Natura Deor. lib. II.

[53] Vide ejus tractatus de natura hominis, de natura pueri, de articulis, &c. ubi

spiritum calidum : quidam corpus & ejus motum : quidam permixtionem & divulsionem elementorum. ⁵⁴ Superfunt quidem aliæ ejusdem vocabuli significationes, quas autem, quia partim satis claræ sunt, partim obsolescunt, a Lexicographis satis superque declarantur, sciens præterea Quantum vero ad me attinet per vocabulum Naturæ apte indicari posse, cenfeo, ipsam rei cujusdam elementorum temperaturam; vel convenientem partium dispositionem, quæ necessitatem eidem imponit certos motus, certasve operationes perficiendi. Et, ut exemplo quodam ea, quæ fortean cuiquam obscura videntur, illustrem, in medium proferam horologium, in quo quamdiu suam quæque rotula servaverit formam, atque quamdiu ipsi decens pondus appensum, vel lamina ex chalybe rite distenta fuerit, tamdiu non potest, quin functiones, horologio propriæ, dextre perficiantur. Et in hisce conjunctim consideratis consistit proprietas, i. e. Natura horologii. Similiter in aliquo animali quamdiu decens tam interior quam externa membratura, nec non conveniens humorum qualitas, eorundemque aëris inspirati adminiculo circuitus, adfuerint, tamdiu illud aptum est ad vivendum, atque ad exercendum operationes sibi in suo genere familiares. Et tunc idem agit secundum naturam suam, i. e. ex necessitate totius compositi, quod non aliter, quamdiu videlicet antedicta suo quæque in statu sunt, agere potest. Eadem con-

ab isæpenumero Hippocrates hujus generis dictioni operam dedit. Galenus aphorismo II. libri. III. ubi Naturæ mentio fit, ita interpretatur. *Naturas, ait, hoc loco Hippocrates secundum principalissimum, & primum significatum quod secundum ipsam maxime substantiam Natura est. Ipsam autem esse temperaturam quatuor elementorum humidi, siccæ, calidæ & frigidi.* Et de Hipp. & Plat. Decret. lib. IX. Cap. xv. citat Hippocratem hoc modo scribentem. Non edocta Natura est

& nullo magistro usa, ea, quibus opus est, facit: & alibi. Natura morborum medici sunt: & alio loco. Natura sufficit prorsus, vocat autem ipsam justam interdum, & medicum ministrum ejus imitorem. Quæ tamen substantia sit Naturæ, quæ nos & finxit & gubernat non ausus est pronunciare, sed nostræ creationis auctorem, ut omnibus hominibus mos est, NATURAM, appellat.

[54] Vide *Plusarchum* de plac. phil. lib. I. cap. I. *Galeni* finitjon. cap. III.

conditio omnium rerum ab Almo Conditore creatarum esto, quæ omnes suam peculiarem indolem, virtutemque movendi, vel aliarum rerum motum inhibendi, sortitæ sunt potentiam. Ergo, ut finiam, quæ necessario in rebus quibuscunque fieri debent, atque ab iisdem perpetrari, hæc naturaliter contingunt, i. e. contingunt ratione primigeniæ structuræ, seu composituræ partium concinnæ.

VI. Quandoquidem Hippocrates cognitionem causæ morborum frequentissime inculcavit, ac docuit, quod si quis causas corporis affecti probe cognoverit, posse eundem nullo negotio ea afferre, quæ corpori commodent. ⁵⁵ Itaque non ab re fore, arbitror, si primum ostendero, quid veteres Sapientiæ Professores, de natura deque numero causarum, statuerunt. Ex Stobæo, qui philosophorum de causis opiniones, ad compendium contulit, quædam depromam. Causa est, scribit, propter quam effectus, vel propter quam aliquid evenit. Plato triplicem ponit causam a qua, ex qua, & ad quam: præcipuam tamen facit a qua, sive efficientem. Aristoteles causam ex qua, vocat materiam: a qua, efficientem: secundum quam, formam: propter quam, finem. Causam Zeno propter quam, vocat effectum aut eventum, & causam quidem corpus: effectum autem Categoriæ. Chrysippus causam dicit propter quam: & causam quidem corpus & *ἄνθρωπος*: effectum autem *ἄνθρωπος*. ⁵⁶ Medici vocabulo causæ sæpissime tam sanitatis, quam morborum auctorem, id est, causam efficientem interpretantur. Hinc congruunt in unum definitiones plurimum, quæ penes medicos ultro citroque occurrunt. Sive enim aliquis secundum finitiones, quæ Galeno adscribuntur, dixerit, causa est, quæ in corpore quidquam facit, experisquæ ipsa est corporis: sive ad ex-

em-

eiusdem, ut ferunt, histor. Phil. cap. XVIII. *Laert.* libr. VII. &c. Asclepiades, teste *Cal. Ansel.* l. I. cap. XIV. dixit naturam ne quicquam aliud esse, quam corpus vel ejus motum.

[55] Libro de flatibus de mulieribus affectibus. &c.

[56] Vide *Stobæi Eclog. Phys.* lib. I. cap. XVI. *Galeni Histor. phil.* cap. XVI. Eiusd. Finitio medic. cap. IX. & *Micrellij*

emplum Avicennæ, ⁵⁷ causâ est id, quod primo est, & ex quo provenit inventio alicujus dispositionis in corpore humano: sive denuo cum Galeno, causâ est id, quo tangente afficimur, & quo separato quiescit affectus: ⁵⁸ sive brevissime ex Athenæo Attalo; ⁵⁹ causâ est ea, quæ facit.

VII. Licet veteres medici de causâ definitione consentirent, tamen plerique eam non in easdem classès distribuebant. Nam, qui Rationalem Medicinam tempore Celsi profitebantur, bipartiebantur morborum causas; nimirum in abditas, & evidentes. ⁶⁰ Abditas sive morbos continentes causas vocabant, in quibus requiritur, ex quibus principiis nostra corpora sint, quid secundam, quid adversam, valetudinem faciat. Neque enim credebant posse eum scire, quomodo morbos curare conveniat, qui, unde hi sint, ignorat. Evidentes vero causas appellabant has, in quibus quærebant initium morbi, calor attulerit, an frigus? fames an satietas? & quæ similia sunt. Auctor Finition. medic., habet præter memoratas, causam procatharticam, antecedentem, per se finientem, *concausam*, causam adjutricem. Longe omnium autem verbosissimus est Avicenna in numero causarum. Dispescit quidem has in antecedentes, primitivas & conjunctas: ⁶¹ attamen has rursus dividit complures in species. Enumerat enim causas calefacientes varias, & causas frigefacientes, humectantes, deficientes, figuram corrumpentes, &c.

omnis

erellii Lexic. Philos. ubi plura causarum genera, quæ ab Aristotelis sectatoribus in philosophiam introducta, exhibentur. Sed astipulo Hoffinanno. Med. rat. Syst. Tom. II. cap. IV. §. 4. scribenti, causas ex metaphysicorum scholis in Physicam & Pathologicam corporis humani doctrinam minime transferri debere.

[57] Fen. II. lib. I. cap. I.

[58] *Galenus* copiose de causis scripsit in libr. de causis procath. quo libro refellit opinionem Erasistrati, causam procatharticam negantis. Porro agit de

causis in libro de differ. sympt. de causis morbor. &c. ut de Sympt. Diff. cap. I. ubi scribit causam esse affectum præter naturam morbum ipsum præcedentem, actionem corporis labefactantem: vel quod jam fecit passionem, nec etiamnum facit, causam dici.

[59] Finit. medic. *Galeni* operibus insertar. cap. VIII.

[60] Ita fere in præfat. lib. I.

[61] Fen. II. doct. II. Sum. I. cap. I.

[62]

omnis generis causas, quarum omnium narrationis me tædet; quia hic Arabs res, ut dicunt, præter necessitatem valdopere multiplicavit. ⁶² Usitatissima medicorum recentiorum causarum divisio est in procathartica, antecedentem, & proximam seu continentem. Procatharticae plerumque dicuntur externæ, & remotæ, sanitatis perinde ac morborum, causæ: ac sub harum numero non solum ita a medicis dictæ res non naturales veniunt; sed etiam cuncta, quæ casu, vel violentia contingunt, & ita morbum concitant. Antecedens, quæ & alias *προηγμένη* nominatur, est habitus quidam in corpore latens, qui morbum antecedit, quique aptus morbi cujusdam generationi est. Locum hujusmodi causæ habent in morbis, qui originem suam vel cacochymia debent, vel plethoræ. Proxima denique seu conjuncta, seu continens morborum causa est, quæ cum morbo coheret, quam si auferre medicus potis est, tollit tunc morbum: adeoque posita causa continente, insimul morbus ponitur. Sunt equidem præter has alia causarum genera, ut causæ per se, per accidens, *positive*, *privative*, & nescio quæ plures, ex inani scholasticorum dialectica oriundæ: verum quoniam harum interpretes plurimum meram seu tautologiam vel logomachiam memoriæ tradiderunt jure meritoque hoc tempore exploduntur.

[62] Ibidem Summ. II. cap. I.



DIS-

DISSERTATIO III.

DE

*Natura hominis, Semine genituali, sede Animæ
& Sanitate.*

I. Princeps Medicinæ Rationalis, Hippocrates suadet ¹ medico, ut Sapientiam transferat ad Medicinam, & Medicinam ad Sapientiam: Medicum enim Philosophum esse Deo æqualem. Dogmatici, qui plurimum Hippocrati confidebant, ejusdemque consilio & præcepto parebant & obediebant, sedulo operam disciplinæ Philosophicæ dabant. Fuerunt quidem aliqui medici: imo vel adhuc sunt, qui putant Enniani Neoptolemi consilio utendum esse, qui, ut auctor est *Gellius* ² degustandum ex Philosophia censebat non in eam ingurgitandam: verum alii ex contrario contendebant, quod medicus rationalis se in Philosophiam ingurgitare debeat, & vilipendat cavillationes Eustachii, dicentis Medicinam esse Physicæ partis extremam fecem, ³ apud quam potius regnare conjecturam, quam Rationem.

II. Capite præcedenti quædam generalia, quæ rationales medici e Philosophia petere solent, indicavi; jam vero animus mihi est singularia quædam ostendere ad hominem, ad cujus utilitatem consilia factaque nostra maxime dirigenda sunt, spectantia. Dicam itaque primo de ejus ex elementis concretionem. Hippocrates ⁴ statuit, tam animalia generatim considerata, quam speciatim ipsum hominem ex duobus, differentibus quidem facultate, concordibus vero & commodis usu,

igne

[1] Libro de decenti ornatu.

[2] Noct. attic. lib. v. cap. xvi. & idem in Cap. præcedente. Philosophandum est paucis: nam omnino haud placet. Idem Cicero Tuscul. Quart. Libr. xi. Neoptolemus quidem apud Ennium,

Philosophari sibi, ait, necesse esse, sed paucis: nam omnino haud placere.[3] Ita Eustachius ad Disarim apud *Macrobius* Saturnalior. l. 7. cap. xv.

[4] Libr. i. de Diæta.

F

[5]

igne scilicet & aqua constitui, & utraque hæc simul sufficere, tum aliis omnibus, tum mutuo sibi ipsis. Igni porro adscribit facultatem omnia per omnia movendi, aquæ autem omnia, per omnia nutriendi: adhæc ignem caloris & siccitatis, contra aquam, frigoris & humoris, auctorem esse. Igitur ab horum inter sese temperatura, existimat, secerni multas & omnigenas formas ac species cum feminum tum animalium, quas nihil inter se simile habere neque visu neque facultate: necesse insuper esse, quoniam nunquam simul in eodem consistant, sed semper alterentur, ut etiam ea, quæ ab iis secernuntur ac producuntur, dissimilia fiant. Alibi, neque enim omnino ex toto ærem dicit: hominem esse, neque ignem neque terram neque aquam neque quicquam aliud: quia non manifestum est unum in homine esse. Nam, si unum esset homo, aliis prius interspersis ratiocinari pergit, nunquam sane doleret, neque enim esset, unde doleret; si vero etiam doleret, necesse esset, & quod mederetur, ac sanaret, unum esset. Nunc vero complura esse in corpore, quæ, quam præter naturam calefiunt, & frigeant, siccantur & humectantur, morbos parere; confici itaque ex his, putat, hominem non unum esse, id est, non ex uno, sed e multis principiis, concretum. ⁶ Et post paulo ⁷ ait, secedere singula in suam ipsorum naturam, homine moriente, humidum nimirum ad humidum; siccum ad siccum: calidum ad calidum: frigidum ad frigidum. Ex his dictis concludendum est, Hippocratem, de elementis, vel principiis, corpus cujusvis animalis constituentibus, ratiocinantem, statuisse modo duo, modo

[5] De natura hominis.

[6] Ita argumentatur contra Dogma Melissi, statuentis, *Diogene Laertio* lib. ix. auctore, universum infinitum esse & immutabile & immobile & unum sibi ipsi simile ac plenum. Et *Galenus* lib. i. de element. cap. ix. memorat Melissum sensisse unum quod-

dam esse infinitum & transmutationis expertum. Item comment. in libr. de Nat. Hum. §. 3. 5. 10. Et *Aristotel.* phys. l. i. cap. 11. qui unum statuebant, putabant, id densitate & raritate alia corpora ex se producere. Vide etiam *Aristotelis* de corr. & gener. libr. 11. cap. 111.

[7] Libro de Natura hominis.

[8]

modo quatuor principia. ⁸ Reliqui vel Physici, vel Medici, prout aliquis modo huic, modo alii, Philosophorum familiae addictus, ita quoque inter se dissentiebant de hominis ex elementis certis compositione.

III. Nec inter ipsos conveniebat de feminis, ex quo homo nascitur, generatione. At enimvero ne aliquem verbi controversia torqueat, sicque vitiligandi occasionem nanciscatur, in transitu eum moneam, necesse est, me non, ut Stagyritam, ⁹ genituram distinguere femine, atque genituram appellare id, quod a generante proveniens causa sit, quaeque prima obtineat principium generationis: contra semen, quod ex ambobus coeuntibus originem trahat; sed haec vocabula, genituram nempe & semen mihi in usum promiscuum, imo tanquam synonyma vocabula, venire. Sed ad rem. Semen, Pythagoras statuit, ¹⁰ optimi sanguinis spumam esse: vel nutrimenti partem supervacua. perinde ac medulla & sanguis sunt. Democritus, ¹¹ Hippocrates, ¹² Sphaerus, compluresque Stoici, ¹³ autumant ab omnibus praecipuis corporis partibus semen derivari. Plato censet Spinalis medullae profluvium. Alcmaeon cerebri particulam. ¹⁴ Ari-

stote-

[8] Vide paulo post dissertationem in qua Hippocratis decreta pertractabo.

[9] Vide Dissert. II.

[10] De generat animal. Lib. I. cap. XIX.

[11] Galenus Hist. phil. cap. VIII. Plutarchus de Plac. Phil. lib. V. cap. III. Idem statuit Alexander amator veri dictus, Asclepiadis discipulus, Diogenis Apollonii placitis consentiens. Erasistratus, Herophilus & Stoici, essentiam feminis dicunt sanguinem esse. Quorum, in primis Herophili, argumenta, quibus placitum suum roborare annisus est, vide apud Oel. Horatianum lib. IV. cap. II.

[12] Vide dictos auctores memoratis locis.

[13] Libr. de acre, aq. & loc. libr.

I. de diæta: at enim vero libro de genitura, quem Polybii volunt, ita de generatione feminis differit. Ab humido hominis spumescente, quod nobilissimum ac pinguisimum, secerni, & ad medullam spinæ venire. Tendere enim in hanc ex universo corpore vias, atque has, se diffundere ex cerebro in lumbos, ac in totum corpus, & in medullam, & ex ipsa medulla vias procedere, ut ad ipsam humidum perferatur, perinde & ex ipsa derivetur. Ex hac medulla genituram pergere ad renes per venas: a renibus autem transire per medios testes in pudendum.

[14] Diogenes Laert. lib. VII. de Zenone Plutarchus de ira cohibenda, scribit, Zenonem dixisse semen esse mixtu-

stoteles¹⁵ excrementum utilis & ultimi alimenti. Empedocles futuri foetus partes divulsas partim in masculo partim in muliebri femine contineri.¹⁶ Quin etiam Veteres philosophi inter se digladiabantur de conceptione, utrumne ex patris tantum modo femine partus nascatur, ut Diogenes, & Hippon, Stoicique scripsere; an etiam ex matris, ut Anaxagoræ & Alcæoni, nec non Parmenidi Empedoclique & Epicuro, visum. Rectissime, me iudice, Alcæon confitebatur, se rem definire, nescire, neminem enim eam perspicere posse.¹⁷ E recentioribus alii sententiam amplectuntur Harvæi, alii Leeuwenhœckii. Ille & ejus affectæ ovulum quoddam, quod in ovario muliebri inveniri, pro femine agnoscunt, in quo integram hominis formam latere delineatam putant: ex genitura vero maris coeundo exhalare auram subtilem, hancque usque ovarium pertingere, & cujusdam ovuli, quod inibi est pelliculam penetrare, atque primum motum ipsi tribuere: reliquam autem liquoris genitalis partem iterum extra uterum foras, tanquam supervacuum, amandari.¹⁸ Hic Leeuwenhœckius vero,¹⁹ observata prope modum in unica genituræ gutta, beneficio microscopii vermiculorum vivorum myriade, opinatus est, hominem non ex ovo, sed ex animalculo in femine virili contento oriri. Enimvero ad opinionem suam confirmandam non parum facere putat observatio duorum generum animalculorum in femine genitali maris, oculo armato conspiciendorum, quorum alia

ram atque temperiem ab omnibus avulsam animæ facultatibus. Dionysius Ægeus apud Photium cxxi. & Cod. cl. xxxv. de Semine in contrarias partes disputavit, id scilicet ex universo corpore excerni: & ab utroque parente semen emitti animantiaque gigni.

[15] Horum itidem Plutarchus & Galenus. d. l. mentionem fecerunt. Etiam Hippon Metapontius censuit semen ex medullis profluere. Parmenides ex dextris & lævis partibus oriri. Censorinus de die natali cap. iij.

[16] De gener. anim. lib. i. cap. xix. & lib. 2. cap. 3. semen, ait, excrementum esse alimenti mutati.

[17] Aristoteles lib. i. de gen. anim. xix. citat versum Empedoclis, quem ita latine reddiderunt. Sed discepta gerunt mas ipse & foemina membra: refutationem ejus sententiæ vide apud Galenum libr. ii. cap. vii. de femine.

[18] Censorinus de die nat. cap. iij.
[19] Vide ejus tractatum de generatione animalium.

[20]

alia masculini, alia foeminini generis esse, conjectat. ²⁰ Quo pacto autem foeminæ conceptu generetur ex animalculo genituræ homo, ita explicat Cl. Andry. ²¹ Vermiculos *spermaticos*, separato prius ab ovario, & delapso in uterum ovulo, ultro citroque uteri cavitatem perambulare, tandemque dicto ovulo fieri obvios, idemque gyrare supergredique. Præterhæc conjectat ovulum in extremitate, qua ovario adhæsit, habere foramen tantulum, juxta ac pomum decerptum a pediculo, cui adnectitur, sejunctum: in hoc tandem unicum vermiculum irrepere, occludique, quem deinde, seposita cauda, sicut hoc ranulis usu venit, transformari verum in homunculum: exire autem modo memoratum vermiculum ex ovulo non posse, quia valvula id impediat, quæ quidem ingressum ei permittat, sed deneget exitum. Cæterum denique vermiculorum ineffabilem numerum mori, præterquam quod alii plura ovula ad ingrediendum apta inveniant. Acutissimo Hartsoekero, cujus in familiaritate verfor, verisimile videtur, ejusdemmodi punctum albicans (cicatriculam vocant,) quod in avium ovis observamus, foeminarum ovis itidem inesse, & hanc cicatriculam nihil aliud esse, quam parvam cellulam, aptam ad unam feminis virilis animalculum hospitio accipiendum. Etenim, siue locus fuerit tantulus, ut ab uno solum animalculo occupari possit, siue via, postquam unum intravit, occludatur, ovulum, quod ex ovario per tubam in uterum decidit, & dictum animalculum suscipit fieri foetum, nutriturque primum succo lento, quale ovi album est. Siquidem vero succi tantum, quanto foetui perficiendo ad nutriendum opus est, non infit ovulo; capropter, putat subtilissimus auctor, id ipsum, ovulum intervenientibus iisdem papillis, quibus antehac ovario affixum erat, jam nunc interiori uteri membranæ glandulosæ adhærere, indidem

[20] Ita Leeuwenhoek in arcanor Nat. Epist. XLIX. pag. 30. & Epist. CXVI. ita scribit, *humanus foetus, quantum ego quidem statuo latet inclusus animalculo ex*

femine virili.

[21] Ou il traite de la generation des vers Chap. XI.

dem alimentum, quantum ipsi pro nutritu sufficit capere. ²²

IV. Incerta utique & numerorum Platonis obscuriora sunt, quæ Philosophi de generatione animalium disputant. Non evidētiore nec minus obscuræ sunt opiniones & sententiæ, quas habent de animæ natura & sede. Mittam sexcentas, ut ita dicam, animæ definitiones, quarum philosophi in scriptis suis mentionem faciunt, ne in re nota & pervulgata multus & insolens sim. Placet modo indicare sedem animæ, quam Moses ²³ & Empedocles ²⁴ in sanguine collocarunt: in toto capite Democritus & Plato: in ea capitis parte, quæ superciliis respondet Strato: in membrana, quæ cerebrum involvit, Erasistratus: in ventriculis Cerebri Herophilus: in toto pectore Epicurus: & Parmenides, nec non illustres medici Philotimus & Praxagoras, ²⁵ in toto corde: vel cordis in spiritu Stoici: in arteriis cordis spiritum continentibus Diogenes: Pythagoras facultatem vitalem in corde: mentem autem & rationem in capite: alii in pericardio: alii in septo transverso. Helmontius, ut est mirus novarum opinionum faber, ita etiam animæ gratia, insolitum dogma protulit, animam utpote hospitari in membrana Stomachi: ²⁶ Cartesius denique in glandula pineali. ²⁷ Asclepiades plane negat regnum animæ aliqua in corporis

parte

[22] Vide ejus *suitez des conjectures Physiques* livr. I. discours VII. §. 24. & seq.

[23] *Levit.* 17. v. Nam anima cunjusque carnis in sanguine est.

[24] *Plutarchus* de plac. phil. lib. 10. c. v. *Galenus* *Histor. phil.* cap. CI II. *Phurmut.* de nat. deor. cap. 20. Et hi cæterorum philosophorum de sede animæ opiniones dictis cap. enarrant. Argumenta, quibus aliqui rationem suam conabantur planam facere, in medium profert *Galenus* libr. VII. cap. 1. dogm. Hipp. & Plat. Ubi nervorum origo, argumentabantur, ibi etiam est animæ

principatus: atque alii cordi, alii cerebro nervorum originem tribuebant: ergo juxta horum cerebro, at juxta illorum opinionem cordi, animæ principatus est adscribendus. Chrysippus alio modo ratiocinabatur. Ubi affectus animi sunt, ibi etiam principatus est: Affectus animi in corde sunt: Igitur, &c.

[25] *Athenaus* *Dei prof.* lib. xv.

[26] Vide ejus *Tractatum*, cui titulus *morb. sed in anim.* & *Jus duumviratus.*

[27] *P. I. de passionibus.* art. xxxi. & sequent.

[28]

parte constitutum: quippe animam nihil aliud esse, quam sensuum omnium cœtum.²⁸

V. Nec minus inter ipsos constat de sede animi affectionum. Lactantius²⁹ literis prodidit, lætitiæ affectum in splene esse, iræ in felle, libidinis in jecore, timoris in corde. Aretæus censet³⁰ Stomachum delectationis & tristitiæ principem esse. Et patrum nostrorum memoria Helmontius persuasissimum habet,³¹ peculiarem stomacho rectorem, quem Archæum crebro appellat, inesse, eundemque lætitiæ juxta & tristitiæ auctorem esse. Potest alius aliud argutius fingere, & veri cum similitudine suspicari: potest aliud tertius: potest aliud quartus: atque ut tulerint ingeniorum opinantium qualitates, ita singulæ res possunt infinitis interpretationibus explicari, quum nihilominus id, quod verum est, Cimæriis, ut ajunt, in tenebris abditum lateat. Eiusdem conditionis est physicorum disceptatio de primo vitali corporis principio. Alii cor primum vivere;³² alii cerebrum & cor;³³ alii meningem,³⁴ alii iterum aliter sunt opinati. Et quantum ad me pertinet, existimo, perinde ac in automato omnes rotulæ una moventur, ita etiam organa corporis omnia simul vivere: vita namque, ut nemo ignorat, in motione vel circuitu humorum per solidas corporis partis consistit.

VI. Sa-

[28] Cæl. Aurelianus tard. pass. l. 1. cap. xiv.

[29] De vero cultu. lib. iv. cap. xv. & de offic. Dei cap. xiv.

[30] Lib. II. cap. vi. de signis & caus. diut. morb. Et Plato dixit in capite rationem, in corde iracundiam, in jecore libidinem esse collocatam. Galenus lib. 8. cap. 1. de Hipp. & Plat. dogm. & Heraclit. Pont.

[31] In Tract. Jus duumviratus. de ideo morbo. & aliis locis.

[32] Ut Aretæus lib. 1. cap. 1. Namque in ipso medio, scribit, calidum viscus sedet, cor, vitæ spirandique principium. id pulmone quoque attrahendi frigidi aëris

cupiditatem injicit: siquidem ipsum incendit, verum cor est, quod attrahit.

[33] Ut iis, qui vel Orphicis vel Pythagoricis sacris fuerunt initiati, juxta ac Plutarchus symp. II. Quæst. 111. literis prodidit. Cerebrum enim, Plinio. lib. XI. cap. xxxvii. auctore, est viscerum excellentissimum, proximumque calo capitis, sine carne, sine cruore, sine sordibus. Hanc habent sensus arcem. Huc venarum omnis a corde vis tendit, hic desinit: hic culmen altissimum, hic mentis est regimen.

[34] De membrana cerebrum supra subterque velante copiose egit Baglivus in Tract. de Fibra moirice.

VI. Sanitatem, cui Cœus jampridem hoc elogium posuit, ³⁵ quod neque divitiarum neque corporis, neque ullius alterius rei aliqua utilitas sit, nisi insimul sanitas præfens fuerit, non omnes eodem modo definiverunt. Nam Pythagoras statuit sanitatem speciei esse consistentiam: morbum contra esse hujus violationem, ³⁶ Hippocrates ab æqualitate cibos inter & labores mutua sanitatem provenire: ³⁷ alibi literis prodidit ³⁸ quaternarium humorum, rite temperatorum, debita copia præsentiam, numerum, sanitatis auctorem esse. Alcmaeon causam bonæ valetudinis continentem, existimat, esse æquabilitatem facultatis humidi, calidi, sicci, frigidi, amari, dulcis, ac reliquarum qualitatum. ³⁹ In finitionibus medicis, Galeni operibus adnexis, ⁴⁰ sanitas definitur, quod sit primarum partium secundum naturam, & humorum, qui in nobis sunt, proba temperies: aut naturalium virium actio minime impedita, Brevissime aliquis dixit sanitatem esse integritatem Naturæ, hoc est corporis humani. Sita autem hæc integritas est in debita solidarum partium forma, inque debita fluidorum mixtura & motu. ⁴¹ Est quidem genus reprehensorum, quibus nulla dictarum definitionum probatur; siquidem sanitas, inquirunt, si ita comparata est, non potest gibbus, vel qui aliud genitivum corporis vitium externum habet, quantumvis cæterum ad cuncta sani hominis munera aptus sit, sanus appellari, quod tamen contra veritatem repugnat, & opinioni vulgi maxime adversatur. Verum enim vero responsum a me auferant velim, quod contortius concludant, quam factum oportet. Eruditi enim, cum

[35] Libro III. de Diæta: & auctor operis de salubri diæta nominat sanitatem rem pretiosissimam.

[36] *Diogenes Laert.* libr. VIII.

[37] Libro III. de Diæta.

[38] In libro de Natura hominis.

[39] *Galenus* Hist. Phil. cap. 135. & *Plutarchus* Hist. Phil. lib. v. cap. xxx.

[40] Cap. v. & in introduct. cap. XII.

[41] *Hoffmannus* Med. Rat. Syst. Tom. I. Sect. II. cap. I. ita describit sanitatem. *Sanitas est vigor actionum tam corporis quam animi a temperato & libero solidorum ac fluidorum motu sanguinisque & humorum temperie, neque minus a convenientibus secretionibus & excretionibus dependens.*

eum, ut paulo ante memoravi, qui decentem membraturam, quæ confistit in debita solidarum forma cohæfioneque, qui debitam in se humorum temperiem & motum; & , quod summum est, qui insuper sanam in tali composito corpore mentem habet, sanum vocant.

DISSERTATIO IV.

DE

Temperamentis & facultatibus.

I. Sæpissime apud veteres fit mentio de temperamentis & facultatibus. Quid illi de his senserint, id hoc loco breviter summatimque describam. Sed ad rem. Temperamentum, quod alii perigrino vocabulo *complexionem* nominant, est concentus, vel debita mixtio quatuor elementorum, vel potius qualitatum primarum, humidi videlicet, sicci, calidi & frigidi. Quarum primarum qualitatum temperiem, Galenus Naturam, puta humanam, nominat. ¹ Hoc est in dictarum qualitatum temperie valetudinem hominis secundam collocavit. ² Temperamenta numero novena esse statuit, ³ quorum unum tantummodo sanitati convenientissimum, quoniam in hujus temperatura nullum elementorum aliud potentia seu facultate superet: hinc etiam tale vocari temperamentum ad pondus. ⁴ Reliqua octo, quæ vitiose temperata, iterum bipartitur in quatuor simplicia, totidemque composita temperamenta. Ego hæc potius intemperies nun-

[1] In aphor. Hippocr. libr. III. §. 2. da quatuor elementorum temperies. Constat namque animal ex calido, frigido & sicco.
 [2] In aphor. Hippocr. libr. IV. §. XXXIX.
 [3] Libri de Temperam. c. xv. & in lib. I. cap. v. ubi insimul agit de temperamento ad iustitiam.
 [4] De hoc vide Institut. Sennerti.

nuncupandas, nullus dubito, quia vocabulum Temperamenti significat bonam primarum qualitatum mixturam: cum e diverso dicta octo temperamenta ad unum excessu alicujus qualitatis referta sint. Ex Intemperiei speciebus, ut in viam iterum me recipiam, aliæ vocantur simplices, in quibus una solum qualitas reliquis præcellit: aliæ compositæ, in quibus duæ simul qualitates cæteras duas potestate excedunt. Exempli causa, si humidum & ficcum æquabiliter constituta: calidum vero frigido antecelluerit, resultabit inde intemperies *calida*. Eadem conditio est, si frigus calorem superaverit, exoritur tunc *frigida*: sin vero, frigore atque calore in æquilibrato positus, humor in ficitate dominatus fuerit, progignitur tunc *humida*: sin autem ficitas humorem superaverit, *ficca* resurgit intemperies. Compositorum nomina temperamentorum, (malim intemperies ejusmodi appellitare) hæc sunt, calidum & humidum, calidum & ficcum, frigidum & humidum, frigidum & ficcum. Itaque in unoquoque dictorum duæ qualitates, conjunctim facultate cæteras excedentes, considerandæ sunt, missis reliquis duabus in æqualitate contemperatis. Namque ab exuperantibus qualitibus, prout semel atque iterum ostendi, singulis intemperiei speciebus nomina imposita sunt.

II. Neque tamen Galenus fuit primus vocabuli temperamenti inventor, sed Hippocrates. Is, libro de veteri Medicina, memorat auctores, qui tunc temporis novo modo artem ex scopis, ac fundamentis suppositis, quærebant: statuebant autem aut calidum, aut frigidum, aut ficcum, aut humidum hominem lædere. Cujus doctrinæ capita ab Empedocle, Pythagoræ discipulo, hæc quatuor primas qualitates

pro-

[5] Vel secundum Avicennam lib. I. Fen. doctrin. III. ita definitur Complexio, temperamentum, est qualitas, qua ex actione mutua & passione contrariarum qualitatum in elementis inventarum, quorum partes ad tantam parvitatem redactæ

sunt, ut cuiusque earum plurimum contingat plurimum alterius, provenit: quoniam nempe ad invicem agunt & patiuntur suis viribus accedit ab earum summa æqualitas, in toto earum similis, qua est temperies.

[6]

DE TEMPERAMENT. ET FACULT. 51

pro elementis habente, mutuabant, ac tanquam nova placita in Medicinam suscipiebant. ⁶ Horum decreta Hippocrates argumentis variis confutat; persistendum vero potius in prisorum sententia suadet, qui ratum habuerunt, amarum, salsum, acidum, &c. hominem lædere; sin autem hæc bene temperata fuerint, eadem tunc sanitatis auctores esse. Ab obitu autem Hippocratis, Aristoteles, Diocles, Mnesitheus, Diguchis, Athenæus Attalus, imo Philosophorum præstantissimi quique, Galeno auctore, ⁷ statuerunt ex calido, frigido, humido & sicco, mixta tum alia corpora universa, tum vero animantium in primis constare. Horum etiam virorum dogmata amplecti non ipse Galenus dubitavit; peculiare namque libros de natura, deque signis temperamentorum composuit. Cujus multo celeberrimi viri doctrinam postea mirum in modum ejus affectu propagarunt. Et inter Græcos Oribasius, Ægineta, & Actuarius: ast inter Arabes Avicenna, Averrhois & Rhafis, inter posterioris ævi scriptores inclaruere Fernelius, Vallesius, Sennertus, & complures alii, qui id negotii sibi dederunt, ut explicarent, quid temperamenta, & quo pacto ea sint dignoscenda.

III. Equidem non nego præter dicta quosdam alia quatuor temperamenta, ut sanguineum, pituitosum, cholericum & melancholicum, in Medicinam introduxisse; verum quantum ad me pertinet, puto, his non competere nomen temperamenti: siquidem Temperamentum, ut paulo ante indicavi, est concinna primarum qualitatum, quatenus simplices sunt, mixtio. Jam autem nemo medicorum quisquam inficiabitur, modo

me-

[6] Opinabatur autem Empedocles, teste Galeno Comment. in libr. 1. de natura hum. §. 13. & §. 4. ex elementis nos & singula corpora esse fictos, non confusis inter sese, ut Hippocrates, qui primus vocabulo craseos usus, sed ex frustulatim compactis & sese attingentibus. Ejus opinionem videtur etiam refutasse

Aristoteles libr. 1. de gener. & corrupt. cap. x. De Hippocrate, primo temperamenti inventore, mentionem quoque Galenus facit libr. 1. cap. 11. de nat. fac.

[7] De Methodo medendi. libr. VII. cap. 111.

memoratos quaternos humores ab omnimoda elementorum mixtione oriundos esse : unde colligitur, hos injuste nomenclatura temperamenti donari : præterquam quod aliquis vocabulo temperamenti aliam, præter dictam, quæ in usu est, significationem tribuere vellet. * Et Astrologi peculiariter excogitarunt temperamentorum genera, atque hæc ab errantium siderum in homines influxu derivarunt : aliud namque vocarunt Saturninum, aliud Joviale, &c. 9 At enimvero, ut hæc mire effecta, & cujusdammodi verisimilitudine, ea probare allaboratum fuerit, quod exploratum tamen esset, in apertum protulit nemo. Hinc factum est, ut ejusmodi temperamenta, Astrologorum puta, quippe vix, aut omnino non aliquam Medicinæ utilitatem afferunt, hoc tempore in apologationibus annumerentur.

IV. Nonnulli recentiones medici censent totam de temperamentis doctrinam, e Medicina ejiciendam : esse enim incertam, & controversam, habereque pro stabilimine quaternarium elementorum numerum, quem veteres, idoneis argumentis & rationibus, non confirmasse. Verum enimvero licet hæc de Temperamentis institutio magnum doctissimis quibus-

[8] Hippocrates tamen, libro de nat. hom. postquam docte de prioribus, tanquam generalibus, rerum temperamentis disputavit, tandem pervenit ad singularia homini, cæterisque animalibus sanguineis communia temperamenta. Ita scribit, *A. vero corpus hominis habet in se ipso & sanguinem & pituitam & bilem duplicem, flavam videlicet & nigram, atque hæc sunt ipsi corporis natura, & per hæc agrotat, & sanus est. Sanus ubi hæc temperamentum inter se habuerint moderatum, tum facultate, tum copia, & ubi maxime fuerint permixta &c. vide plura in Comment. Galen. 1. §. 14.*

[9] De his fuse egit Ptolomeus Quadrip. lib. 111. c. XI. Exempli gratia ci-

tabo modo, quæ habet de temperamento Saturni. Ex quo apparebit, quid de cæterorum planetarum dominio statuentum sit. Primum ergo, scribit, quod in stellis dicitur, est quod cum Saturnus orientalis extiterit, subaudi & fuerit dispositus solus, erit natura in figura mellini coloris, mediocrisque crassitudinis, pili ejus erunt nigri, capillique capitis crispi, pectorisque pili spissi, oculi mediocres, corpus temperata magnitudinis, & super ipsius complexionem vincet frigiditas & humiditas. Quum autem fuerit occidentalis, erit natus subniger, macilentus, parvi corporis, planus & raros habens capillos, apte coadunationis, oculi ejus nigri, & in ipsius complexionem vincet siccitas.

[10]

busque medicorum negotium semper facessiverit, eorundemque ingenia diu multumque vexarit, ut explanatius dictorum naturam definirent, eademque Theoriæ Medicæ accommodarent: Verum tamē non video, rationes allatas quamobrem dicta de tot temperiei generibus institutio in Medicina non reservanda sit; facit enim ad intelligentiam veterum auctorum, ut & ad interrogantis vulgi, qui etiamnunc frequentissime talia vocabula commemorat, responſionem: confessā quippe res est, nos debere usum loquendi populo concedere, scientiam vero nobis reservare. Sed in viam.

V. Ex qualitatibus primis omnifariam mixtis temperamenta varia existere, supra membro primo hujus dissertationis exposui. Sed Galenus & ejus Sectatores non in his generatim dictis substituerunt, verum tribuerunt suam cuique qualitati in corpore humano sedem. v. g. ad bilem præcipue divertere calidum & siccum statuerunt: ad pituitam, frigidum & humidum: ad sanguinem humidum & calidum, & ad melancholiam frigidum & siccum. ¹⁰ Hinc inde plana fit etiam ratio, quocirca nonnulli medici, si quando plus caloris & siccitatis in homine esset, eundem temperamento dotatum cholericè dixerunt: si frigus & humor dominium haberent, adesse temperamentum pituitosum. Reliquorum eadem ratio est. Igitur, conjunctis qualitatibus primis dictis humoribus, factum est, ut quidam medici, proinde ac synonymis, ejusmodi vocabulis, usi sint. Porro inter Arabes Avicenna, ¹¹ non adnuculo dictorum humorum tantum, sed saporum, quorum suum cuique tribuit temperamento peculiarem, conatus est describere temperiei species. Arbitratur enim, dulcem & sal-

[10] De quibus passim Galenus, imprimis in libro de causis morborum, cap. vi. Comment. i. in libro de natura humorum, Hipp. §. xxxvii. in finit. medic. cap. ii. Quo tempore anni autem quilibet corporis humor cum maxime generetur: Pituita scilicet hyeme, sanguis vere, Bilis flava ætate, & Melancholia autumnis, satis

superque Hippocratis librum de natura hominis, vel Epistolam Dioclis ad Antiochum, legenti innotescet. Et Aristoteles Probl. sect. i. Quæst. 29. statuit bilem calidam & pituitam frigidam.

[11] In Cantic. i. text. 27. 28. 29. 30. & 31.

sum & amarum, indicare siccitatem; acutum vero, calorem: saporem ponticum & acetosum & stipticum, frigus juxta & siccitatem, significare: omnem pinguitudinem prodere calorem & humorem: pure insipidum tandem, monstrare frigus & humorem pariter.

VI. Neque vero putandum est, veteres, de temperamentis magna cura & industria differentes, inanes voces, quæ nullam utilitatem habent, fudisse. Nam illis qui temperamenta hypotheticè ponebant, in more erat positum, ut hæc aptarent morborum Theoriæ, & Therapeiæ. Exempli causa, posita morbi cujuscumque, a temperie frigida, origine, remedium, contraria morbo qualitate, calida utpote, dotatum, usurpabant. Reliquorum eadem conditio est. Præter hæc ipsis in usu erat remedium quoddam qualitatibus primarum gradibus singularibus dimetiri, v. g. hoc frigidum, illud calidum, &c. non modo vocabant, sed, quod magis admirationem movet, hoc frigidum tertio, illud calidum secundo gradu, &c. statuebant quæ singula hujus scopi ergo dimetiebantur, ut posita morbi cujuscumque, ab aliqua intemperie oriundi, vehementiæ, satis validum remedium opponerent.

VII. Tametsi Hippocrates ¹² reprehendit eos, qui autumant calidum, frigidum, &c. hominem lædere; tamen libro de Natura hominis, & de locis in homine, & alibi agnoscit ea, tanquam principia plerorumque omnium animalium, & causas diversorum morborum. Alibi ¹³ iterum negat propter calidum homines solum febricitare, sed statuit amarum ac calidum idem esse, & calidum & acidum, & salsum ac calidum, & alia infinita; & rursus frigidum cum aliis facultatibus conjunctum. Neque vero in his causis solum substituit Hippocrates, sed multus insuper est in exponenda humorum corporis natura: in quorum expositione tamen subinde discessit a sese, id est non constitit sibi. Verbi gratia, quodam loco ¹⁴ literis prodidit, corpus hominis in se ipso & sanguinem

[12] De prisca Medicina.

[13] De natura hominis.

[14]

DE TEMPERAMENT. ET FACULT. 55

nem habere, & pituitam, & bilem duplicem, flavam videlicet atque nigram, atque hæc esse ejus naturam, perque hæc & ægrotare corpus & sanum esse. Sanum esse corpus, quando dicta inter se habuerint moderatum tum facultate tum copia temperamentum, atque optimam invicem mixtionem. Contrario modo si accidat, adesse protinus corporis ægritudinem. Alibi ¹⁴ scribit, quadruplicis generis humores, morborum cunctorum, exceptis iis, qui violentia contingunt, auctores corporis esse, Pituitam utpote, Sanguinem, Bilem atque aquam. Suum cuique humori fontem præterea adjungit. Nimirum sanguinis fontem esse cor: pituitæ caput: aquæ splenem: & bilis hepar. Hoc itaque loco lympham vel aquam, omiſſa una bilis specie, in humorum, morbos efficiuntium, numero collocat: cujus tamen alibi haud mentionem facit. Is ipse Galenus, ¹⁵ quamquam alias strenuus Hippocratis defensor, non negare audeat, Hippocratem indistincte de humoribus scripsisse: qua de causa Pliftonicum, ¹⁶ & Praxagoram ¹⁷ & Philotimum ¹⁸ ea emendasse. Quod superest,

[14] De genitura. Hunc librum Galenus putat Polybii esse.

[15] Libr. de atra bile. cap. 1.

[16] Is erat teste Celsò in præf. lib. 1. Anaxagoræ discipulus. Et apud Athenæum Deipnos. libr. 11. citatur Pliftonicus, ut auctor, qui disceptavit de aqua, quod ea coquendis cibis vino utilior sit: & post paulo subjungit a Balnei lotionis fanitati maxime conducibile, aquam bibere, vere ac hyeme calidissimam, æstate frigidam, mediocriter tamen, ne exolvatur stomachus: eo consilio, ut ante vini potum in habitum corporis distribuatur, nec eo vini perveniat integra & indomita vis, quæ vaforum finibus impacta mordeat. Idem, teste Oribasio. Coll. med. libr. VII. cap. ult. affolebat ex helleboro glandes conficere, quas ano vomendi causa immitti jubebat.

[17] Hujus dogmata Dissertatione x. invenies.

[18] Et hic a Celsò lib. VIII. Cap. xx. in numero clarorum admodum auctorum, qui memoriæ prodiderunt, se femur excisum ex toto restituisse, ponitur. Galenus de usu. part. lib. VIII. cap. 111. narrat Philotimum palam asseruisse, quod & cerebrum & cor sint partes corporis omnino inutiles. Et hic & Praxagoras, existimabant cerebrum esse quoddam auctarium, seu propaginem medullæ spinæ: ob eamque causam longis flexibus atque involucris constare. Apud Oribasium med. coll. libr. v. cap. xxxii. exstat excerptus locus e Philotimo, qui aqua ante & post cibum sit danda. Ita etiam Aëtius tetr. II. cap. 18. memorat pileum plumbeum, quem Philotimus excogitavit, ac melancholico,

perest, & Galenus passim in scriptis suis, & sectatores ejus, copiose ac diu multumque de quaternario numerorum numero, quem tenaciter servarunt, disputaverunt, perque hos, ut unicuique, qui primis, ut dicitur, labris gustavit physiologiam, est notissimum, tam sanum quam morbidum corporis statum explicarunt. Verum de his deinde copiose & abundanter describam.

VIII. Dogmatici medici interdum, vel potius nimium sepe, in scriptis suis mentionem faciunt facultatum. De his, quid senserint, placet breviter, quoad fieri potest, hoc loco differere. Vocabulum Græcum *δυναμεις* interpretatum latine observo nominibus facultatis seu potentiae. Princeps Medicinæ Hippocrates quando scripsit, ¹⁹ oportet cognoscere, quæ affectiones homini ex facultatibus ac potentiis, quæ item ex figuris adveniunt, confestim expressit, quæ vis subjecta sit voci facultatis. Nempe facultatem esse, scripsit, humorum summas vires ac robur nosse. Et rursus, peracta figurarum partium corporis descriptione, subjunxit hæc. De potentiis humorum perspectum habere oportet, quid singuli ipsorum in homine facere possint, quomodo cognationes inter se habeant. Videlicet an dulcis humor in aliam speciem mutetur, non a temperamento, sed ipse desciscens & immutatus ab eo, qualis primum fuerat, amarus, aut falsus, aut acerbus, aut acidus, &c. Et alibi ²⁰ monet medicum, ut anni temporum rationem habeat, quantum potentia quodlibet eorum valeat: nec non studeat cognoscere aquarum facultates, &c. ex his & similibus locis planum sit, Hippocratis mentem commode interpretari posse per vocabula virtutis vel virium, quæ idem, quod Hippocrates innuit, sonare videntur. Stagyrita, disciplinæ Peripateticæ princeps, ²¹ plurifariam quoque vocabulo

nullum se caput habere putanti, imponere jussit, a quo gravatus se caput habere tunc demum intellexit.

[19] Libro de prisca Medicina.

[20] Libr. de aere, aquis & locis.

[21] Libr. II. cap. IV. de anima. in Metaphyf. libr. IV. cap. XII. tamen aliam suggerit *Aristoteles* vocabuli significationem. Scribit enim. Potentia quædam quidem dicitur principium motus aut transmu-

DE TEMPERAMENT. ET FACULT. 57

bulo potentiae usus est; memorat scilicet *δυναμειν* sentiendi, & vegetandi, & generandi. Etiam Celsus ²² mentionem facit naturalium actionum, quarum cognitionem hi, qui rationalem medicinam profitebantur, necessariam medico proponebant. Naturales itaque corporis actiones appellabant, per quas spiritum trahimus & emittimus, cibum potionemque & assumimus & concoquimus: itemque per quas eadem haec in omnes membrorum partes digeruntur, &c. Igitur haec naturales actiones, sunt eadem, ut mihi videntur, quae deinde a Galenicis nomine facultatum naturalium descriptae sunt.

IX. Galenus, quamvis passim facultates naturales commemoret, de industria tamen in peculiaribus libris ²³ copiose de his disputat. Ego conferam Galeni verba ad compendium. Et primo ad mentem Galeni facultatem definio, quod ea sit causa actionis operis, quae in corpore est. Jacobus Sylvius ita definivit. Facultas est causa quaedam *effeatrix* in partis temperamento sita. Ad mentem Galeni trifariam, vel in tres classes, facultates dispesci queunt, ut (1) in principes, (2) minores, vel minus principes, & (3) prioribus ancillantes. Principes iterum triplicis ordinis sunt, ut (α) naturalis, quae sedem habet in Hepate, (β) vitalis, cujus sedes in corde, & (γ) animalis, quae rerum in cerebro potitur. Facultas naturalis dividitur rursus in tres principales, ut (1) in generandi, (2) augendi, & (3) nutriendi facultatem. Antequam ulterius progrediar, praeter propositum moneam, necesse est, quamlibet facultatem, & actione, & opere, praeditam esse. Opus, Pergamenus noster appellat, quod jam

transmutationis in altero, aut prout alterum est. Ex gratia potentiam aedificandi, in medium profert, quam, ait, non inesse in aedificato: verum artem medendi, cum sit potentia, inesse tamen in eo, qui sanatur, sed non prout vel quatenus sanetur. Capite v. ante memorati lib. de anima distinguit potentiam ab actu. Sentire enim

nos bifariam, potentia & actu: reliqua indidem petantur. Caeteris vocabuli potentiae significationibus, quae solent plurimum Metaphysicis in ulu esse, de industria superfedo, quoniam Medici iis perraro utuntur.

[22] In praefatione libr. 1.

[23] Quorum titulus est de facultatibus naturalibus.

H

[24]

jam factum atque completum per actionem est, velut sanguis, caro, nervus, &c. actionem vero, ipsum activum motum: causam denique, a qua hæc procedit facultas. Sed in viam. Generandi facultati, ²⁴ quam in conceptu, vel foetus generatione, Galeni affectæ considerant, inserviunt alterandi, formandi, nutriendi augendique facultates. Augendi facultatis proprium est, in omnes partes proferre, quæ jam nata genitave sunt. ²⁵ Nutriendi facultati denique famulantur quatuor minores ut, (1) attrahendi, (2) retinendi, (3) coquendi, & (4) expellendi facultates.

X. Nilius in scribendo jure ac merito cuiquam viderer; si singulas singulatim pertractare vellem. Ergo unam tantum, nutriendi scilicet, & eas, quæ huic ancillantur, facultates impræsentiarum declarabo. Nutritionem, inter veteres Galenus statuit, ²⁶ esse assimilationem nutrientis ejus, quod nutritur. Non assimilationem veram, sed tantum apparentem statuerunt Sceptici. ²⁷ Nutritionem autem, ut munia sua obire posset, indigere, Galenus & ejus sectatores putant, aliis quaternis, ipsi famulantibus, facultatibus. Quæ concoctioni præest, efficere, ut rerum nutritivæ destinatarum debita fiat digestio. Huic, officio suo perfunctæ, actutum præsto esse attrahendi facultatem, quam, quicquid cujusque corporis partis nutrimento idoneum est, ad se attrahere. Hanc extemplo insequi retinendi facultatem, quam tanquam promum in prom-
tuario

[24] De hac vide de Nat. fac. libr. I. cap. V. & VI.

[25] *Ibidem*. cap. VII. Etenim auctio secundum finitiones, Galeno adscriptas, cap. III. est profectus corporis in longitudinem, latitudinem & profundum.

[24] Fac. nat. libr. I. cap. XII. Finit. med. cap. III. Nutricatio est additio, quæ corporibus in circuitum ac latitudinem fit.

[27] Quantum ad nutritionem pertinet Galenus narrat sectatores Hip-

pocratis statuisse, rem, quæ tum generationi tum interitioni est apta, ex toto unitam esse, alterarique posse: affectas vero Asclepiadis, eandem statuisse immutabilem, in tenuia dissectam, alterari nesciam, vacuitatibus quibusdam interceptam. Neque etiam vel naturæ vel animæ propriam ullam facultatem esse, sed cuncta primorum illorum corporum, quæ & incompatibilia & simplicia proponunt, certo quodam congressu fieri.

DE TEMPERAMENT. ET FACULT. 59

tuario tenaciter servare, quicquid ex usu cujuscunque partis est. Quandoquidem vero complura ventriculo ingeruntur, quæ inepta ad nutriendum sunt, tunc illico, tanquam ancillam quandam, adesse expellendi facultatem, quam id, quod corpori inutile, vel supervacuum est, per omnis generis corporis excretioni dicata loca, foras amandare.

XI. Scio equidem recentiores medicos, istiusmodi facultates irridere & contemnere. At enimvero non adeo perspicacis ingenii facti jam nunc sumus, ut demum a nobis sit vanitas facultatum memoratarum animadversa: verum inter prisicos jam pridem nonnulli extiterunt, quibus itidem hoc suboluit; ea propter diu multumque inter ipsos disputatum est, ut alter alterius sententias, si non pessumdaret prorsus, delumbaret faltem. Exempli loco adducam concoctionem ciborum in ventriculo, quæ, secundum Empedoclem, fit putrefactione, ²⁸ quam sententiam quoque amplexus est Plistonius, Praxagoræ discipulus. Hippocrates per calorem cibos concoqui: Erasistratus, Theophrasti æqualis, cibum in ventre atteri contendit. Asclepiades Bithynus, ejusdemque inventorum æmuli, omnia ista vana & supervacua esse proposuerunt: nihil enim concoqui, sed crudam materiam, sicut assumpta est, in corpus omne diduci. ²⁹ Hippocrati astipulati sunt Galenus atque ejus imitatores. Inter Arabes, qui sectæ Galeni potissimum se addixerunt, Avicenna ³⁰ opinatus

[28] Ut refert *Plutarchus* Quæst. nat. 11. ejus causa hunc ex Empedocle citat versusum.

In ligno putrefacta aqua, at sub cortice vinum.

[29] Quorum opiniones recenset *Celsus* in sæpe memorata Præfat. lib. 1. Asclepiades, teste *Aureliano* celer. pass. lib. 1. Cap. xiv. negat ullam in nobis ciborum digestionem esse, sed solutionem ciborum in ventre fieri crudam, & per

singulas corporis particulas ire, ut per omnes tenuis ipsa penetrare videatur. In finit. Medic. *Galen.* cap. 111. Concoctiones alimenti putat Hippocrates a calido innato: Erasistratus contritione & lævigatione & amplexu ventriculi, & adscitii spiritus proprietate: Empedocles putrefactione: Asclepiades ex crudis digestionem fieri, autumavit. De Erasistrato vide etiam *Galenus* de nat. fac. libr. 11. cap. viii.

[30] *Fen.* 1. doct. iv. cap. 11. Et paulo post subjungit. *Chylus producitur*
H 2 *dige-*

natus est, digestionem fieri non propter ventriculi calorem solum, sed & ob vicinarum partium, hepatis & splenis. Jatrochemicorum aliqui succum acidum, vel ventriculo, vel glandulæ pancreati, inhabitantem: aliqui huic adjungunt fermentationem, cujus subsidio volunt cibos mitigari. Inter recentiores denuo aliqui Erasistrati, vetustate tantum non contritum, dogma, revocant, & hoc omnimodis explanare contendunt. ³¹ Ad summam, ut Venusini Poëtæ verbis utar, ³² Quot capitum vivunt, totidem studiorum millia, sua quisque delectatur sententia.

XII. Nec in explicanda attrahendi facultate concordant tum philosophorum tum medicorum judicia, Hippocrates, Aristoteles, horumque sectatores ajunt; contra Plato, Erasistratus, Asclepiades, & qui horum placita approbarunt, negant attractionem. Hippocrates, Galenus & cæteri, opinantur, quod quælibet corporis animantis pars id, quod sibi conveniens, attrahat, alteret, retineat: quod vero tali visceri dissimile, id putant, juxta ac excrementum ad aliud viscus amandari, ab eodemque attrahi; sic Jocinori varia excrementa esse, quorum aliud lieni, aliud vesicæ bilis, aliud renibus esse jucundum. Erasistratus meatus in hepate trahendi vi privans, appositam posituram, & osculorum causatur angustiam, ac hanc aliorum corporis humorum secretionis causam esse. ³³ Sic etiam plurimi medicorum antiquorum medi-

ca-

digestione, cujus subtile a stomacho & intestino attrahitur, vel per vias venarum, qua meseraica vocantur, impellitur, inde pervenit ad venam, qua porta hepatis vocatur, & penetrat in hepar in divisionibus, & ramis porta instansibus. Ibi statuit fieri chyli decoctiones, fecernique hic a sanguine primum spumam, quam choleram rubram, dein sedimentum quoddam, quod atram bilem constituere.

[31] Hujusmodi opiniones L. B. inveniet in seq. Dissert. XIII. Cæterum Dionysius Ægeus, cujus Dietyaca recen-

fit Photius CLXXXV. & CCXI. præter dictas refert alias de ciborum concoctione opiniones, quæ usque ad suam viguerunt ætatem. v. g. concoctionem fieri proprietate vel spiritus vel succorum, vel caloris: vel per caloris ad se attractionem, vel arteriarum applicatione, vel per absentiam cum vacuitate. De his omnibus in contrarias partes disputavit.

[32] Satyr. libr. II. cap. I.

[33] Plato in Timæo de electro deque magnete verba faciens, asserit: vera

vera

DE TEMPERAMENT. ET FACULT. 61

camentis affinxerunt vim trahendi singulares humores; hæc origo est selectus purgantium, quem tamen jam dudum aspernati sunt, & Erasistratus, & Asclepiades, statuentes ab ipsis evacuantiis medicamentis humores alius atque alius formæ fieri. Neque enim quicquam interesse, aiebant, siue aliquis hydropico medicamentum aquam intercutem, siue bilem ducens, exhibuerit: omnia enim pari modo vacuare liquaque corpus, ac quod liquatum est, cum prius tale non esset, efficere. Methodici ³⁴ reprobaverunt quoque attractionem. Nam statuebant non ratione quadam tacita, velut animal sentiens, posse medicamen utilia relinquere, & ab his, quæ contra naturam sunt, detrahendo separare. Ex adverso Galenus rerum suarum fatagens multis rationibus, & experimentis ad contrarium probandum admissus est, scilicet, cum ab omnibus corporis partibus, quod sibi ad nutricatum conveniens, tum etiam a cathariticis medicaminibus, singulares humores attrahi ³⁵: quæ sententia tamen & hac ætate inveterascit; quin dicam, deridiculo habetur. Confitemur quidem, quod cuique parti accidat id, quod ei est conducibile, atque fiat illud, quod Empedocles docuit. ³⁶

*Dulcia continuo se dulcibus applicuerunt,
Acrida acrida se junxerunt, tristia amaris
Et vena calidas petierunt fervida partes.*

Verum id non tractu, sed impulsu vel pressu fieri plerique medici

vera nullius horum fieri attractionem, sed cum nusquam sit vacuum & se invicem pulsent ac repellant, concretaque & discreta suum quæque locum poscant, diligenti harum rerum investigatori ex his mutuis passionibus eventus illos contingere mirabiles, facili innotescere. De reliquorum auctorum opinionibus vide Galeni libr. II. cap. IV. de fac. nat. ut & cætera capita, unde opiniones has diversas in compendium contraxi.

[34] Cæli Aurelianus Celer. pass. lib. II. cap. IX.

[35] Sexti Empir. Pyrrhon. Hyp. I. cap. XXVIII. & libr. II. cap. XIII. statuit purgantia medicamenta non solum humores e corpore extrahere, sed etiam semet ipsa una cum humoribus expellere.

[36] Locum excerptit Plutarchus Sympol. IV. Quæst. I

medici jam autumant. Namque ejusmodi particulæ ex humore solidam permeante partem, eidem affimulantur, quæ ratione magnitudinis vel figuræ ablatis vel deficientibus conformes sunt. Cæterum miror rerum vicissitudinem, Attractionem, multi veteres magni faciebant, hæc ab iis, qui in Cartesii disciplina educati, irridetur, eadem nunc denuo, ab iis, qui e schola *Newtonis*, in apicem profertur. Apparet sane ex dictorum inconstantia & mutabilitate incertum ac opinabile esse, quicquid dictæ facultatis gratia quisque aut aiebat, aut negabat.

XIII. Nec de urinæ secretionem & medici & philosophi inter se consentiunt: Verbi causa. Hippocrates noster ³⁷ statuit renem cavam partem ad venas magnas sitam, unde enasci ex ipsis renibus in vesicam, qua parte potus trahatur per venas in renem. Deinde aquam per renes, tanquam per qualiam percolari: *spongiforme* enim esse ipsorum corpus ad vesicam, & hic percolari ac fecerni a sanguine urinam. Platonis commentum, scilicet potum quemlibet per asperam arteriam fibris pulmonis allabi, deinde per renes in vesicam trahi, jamdudum ab Erasistrato explosum est. ³⁸ Aristoteles ³⁹ urinæ colationem per renes admittit. Fieri autem urinam perinde & sudorem motu & calore, & exindè indipisci salis saporem; partem quæ deorsum ad vesicam tendit, urinam: partem quæ ad corporis extremitates vergit, sudorem vocari. Eiusdem sententiæ est etiam Theophrastus, Aristotelis discipulus. ⁴⁰ Diocles, Erasistratus, Praxagoras, aliique, Hippocratis sententiam complexi sunt. Nempe urinam a sanguine fecerni, & in renibus coqui. ⁴¹ Asclepiades vult

[37] Lib. de Offium natura.

[38] Ita *Macrobius Saturnal.* libr. VII. cap. xv. verum *Aul. Gellius* libr. XVII. cap. xi. scribit Platonem ab Erasistrato nobili medico reprehensum, quod potum dixit desuere ad pulmonem, eoque satis humectato, diinanare per eum,

quia sit rimosior, & confluere inde ad vesicam.

[39] Problem. sect. II. Quæst. III.

[40] Vide hujus librum de Sudoribus.

[41] *Galenus* de nat. fac. lib. I. cap. XIII.

[42]

DE TEMPERAMENT. ET FACULT. 63

vult eum, qui bibitur, humorem in halitus resolvi, atque in vesicam transmitti: inibi vero denuo illos concretos priorem recipere formam, fierique ex halitibus rursus humorem. Quod, ut apte fieri posset, excogitavit incertos quosdam inconspicuosque meatus vesicæ: istiusmodi halitus vero, existimavit, statim ex venæ cavæ partibus in vesica colligi. ⁴² Lycus Macedo censet totum, quod bibimus, urinam fieri, nisi quod cum alvo exierit, aut in sudorem, aut per eam, quæ sensum oculorum omnem fugit, exhalationem abiverit. Veritatem dicti sui ostendere putat eam, quam quotidie mejimus copiam: atque id hyeme potius cognosci a potatoribus, potum vel vinum tenue congiatim in se ingurgitantibus; quos celeriter paulo minus mingere, quam biberint. Galenus, & qui ejus familiæ nomen dederunt, putant, nullam posse aliam secretionis urinæ causam, præter attractionem reddi. ⁴³ Nostra ætas, ut est mire omnis generis opinionum ferax, habet sectatores Helmontii, existimantis solos renes urinam facere ex materia, quæ alias fuerit sudor: differreque urinam in homine, non quidem materia primi laticis; sed solo efficiente renum fermento. ⁴⁴ Habet etiam imitatores Aesclepiadis, cujus doctrinam tamen paulo aliter interpretantur, nimirum non uno modo; sed bifariam, separari urinam a sanguine: partem autem per glandulas, alii sentiunt per tubulos renum, secerni, perque uretheres ad vesicam urinariam amandari: partem iterum aliam sub forma halitus per poros foras intus spectantes vesicæ, eandem ingredi, inibi-que de novo condensari. ⁴⁵ D. Morin non dissimilem *Cranio* tulit urinæ secretionis modum: etenim rebatur duplicis generis urinas in animalium corporibus secerni, alteram sepa-

[42] Galenus eod. libr. cap. xvi.

[43] Ibid. cap. xvii.

[44] Helmontius in Tract. cui titulus, aditus præclusus ad condum viscer. §. XIII.

[45] Vide opiniones hujusmodi apud

Bohnius in circuli Anatom. progymn. XIV. *Cranium* de Homine. Broekhuysens *Oecon. anim.* §. xcvi. *Bontekoe* *Oecon. anim.* §. xxi. Bergerum de nat. Hum. cap. XII. & alios.

[45]

separari abducique per ventriculi, & fortassis etiam intestinorum, poros: nec non per intervalla, quæ sunt intra intestina in abdominis cavitate, & tandem per poros vesicæ hanc ipsam ingredi: alteram autem per arteriam emulgentem, renes, & uretheres ad vesicam, abvehi. ⁴⁶ De omnis generis humorum in corpore animali secretionem Cl. Boerhavius hæc sententia est. Scilicet vas, humorem quendam secernens, esse ramum trunci ultimum recte pergentis, cujus diametrum trunco semper esse minorem: hinc partes, cæteris diametro minores, per ramum fluere, hinc secretionem liquidi a spissiori liquore: imo omnes ad unum corporis universi secretionem mechanice fieri: dictarum vero varietatem arteriæ longitudini, ejusdemque complicationi multimodæ, motusque renixui, alii atque alii orificiæ diametro ad truncum, &c. adscribendam esse duntaxat. ⁴⁷ Quantum vero speciatim ad urinæ secretionem attinet, autumat eam fieri vi cordis propinqui arteriarum validarum, qua cruorem aquosum urgeri in innumerabiles flexus, gyros, resistentias, oppositos motus,

[46] Voyez le projet, d'un système, touchant les passages de la boisson & des urines, dans les mémoires de l'Académie Royale des sciences l'année MDCCL. Cæterum non possum, quin hoc loco in medium proferam historiam mulieris, quæ quoties vesperi radicibus betæ rubræ coctis pro acetariis vescebatur, toties noctu urinam reddebat adeo rubicundam, quasi dilutum dictarum radicum decoctum esset. Tantum abest, ut jam persuadere mihi possim, colorem betæ cum Chylo & sanguine posse universum iter, quod humoribus, qui in renibus secernendi sunt, tribuitur, citra ut is color, invertatur, perficere, ut potius convinceretur, dari a ventriculo ad vesicam viam propiorem: quam non in mortuo, sed vivo animali, duco investigandam. Ad sententiam nostram roborandam fa-

cit historia sexagesima octava centuriæ primæ, ubi Bartholinus narrat de aliquo epotum vinum rubrum mox una cum urina reddente: Quin etiam N. Boyle tract. de *specif. remed. concord.* &c. pag. 7. narrat de fructu Americano, ab Anglis *pricked pear*, dicto, cujus caro rubra commesta urinam simili colore inficit. Ejusmodi fructum, teste Sloan Catal. pl. pag. 193. fert *Opuntia major* folio oblongo rotundo spinis longissimis & validissimis confertim nascentibus obsito, flore luteo. Eadem refert *Martholus* in libr. 1. cap. cxlv. Diosc. de *Opuntia* Indiæ Orientalis. Et Rha Barbarum sæpenumero colorem suum urinæ impertiri a compluribus observatum est.

[47] Vide orationem ejus de usu ratiocinii Mechanici in Medicina.

[48]

DE TEMPERAMENT. ET FACULT. 65

tus, concussus, permixtionem: tandemque partem ejus liquidiorum per fistulas parum modo angustiores, quam sunt vasa illa sanguifera, fecerni, propelli, colligi, ejici. Quae cum ita sint, rejicit & aspernatur, omnes, a veteribus excogitatas, facultates naturales, & caetera, quae seculo, non ita pridem praeterito, inventa sunt, fermenta, *fermentationes*, *praecipitationes*, pororum *configurationes*, & nescio quae amplius; quae non ad collustrandam, sed ad obscurandam Medicorum rationem, reperta sunt ⁴⁸.

XIV. Caeterum temperare mihi nequeo, quo minus Rationalis Medicinae iniquam conditionem conquerar. Nempe quod cuncta fere a priscis indefessa indagatione inventa, hoc tempore in vituperationem veniant; & quod stabile ad diuturnitatem ratiocinii medici esset, nil quicquam prope habeamus. Concedo equidem Physiologiam Medicinae, & in primis eam partem, in qua explicatur corporis habitudo, quatenus illud partium solidarum forma figurave, ac fluidi, generatim considerati, commotione, vitale fit: catenus subsidio disciplinae Mathematicae posse illustrari; at enimvero, cum in corpore animali totidem diversi humores, quotquot Anatomicorum industria haecenus invenit, fecernantur, non video, qui aliquispiam mechanicorum viae insistens, rationem tot variorum humorum secretionis reddere possit. Generalis admodum mihi videtur ratio, quam proferunt de vase humorem separante; quod id utpote sit ramus trunci ultimus recte pergentis, atque cujus diameter semper sit trunco minor: siquidem haec positio non planam facit rationem, quas ob res in jecinore in primis fel, in renibus tantum urina, inque aliis corporis locis iterum atque iterum alius humor fecernatur. Neque enim multum interest, seu id ad aliquem ratiocinii Medici fructum redundat, sive aliquis proscriptas a Mechanicis pororum peculiare figuras, sive rami cujuspiam diametrum minorem, ut Mathematici existimant, secretio-

[48] Vide etiam ejusdem instit. §. 245. 249. 253. 254. 255. 256. 258. & seq.

tionis omnimodorum humorum causam statuerit. Inexploratum quippe, quin dicam inexplicabile, huc usque utrumque ratiocinium fuit; quia viæ, secretioni humorum destinatae, ne oculo quidem microscopio armato detegi queunt; scilicet qua forma, quave figura interiori singulae sint dotatae.

DISSERTATIO V.

DE

Morbo, symptomatibus, morborumque novitate.

I. **P**ergam hoc loco recensere diversas philosophorum & medicorum opiniones de natura numeroque morborum & symptomatum. Pythagorici¹ statuebant, fanitatem speciei esse consistentiam: morbum contra hujus esse violationem. Socrates morbum dixit esse perturbationem corporis.² Declicia meae Hippocrates³ scribit, quicquid homini molestiam affert, morbus est. Plato⁴ definivit morbum hoc pacto, morbus est rei natura cognatae ex aliqua corruptela dissensio. Inter Methodicos Olympicus⁵ morbum statuit esse mutationem a naturali in id, quod praeter naturam sit stabile. Galenus⁶ finivit dispositionem praeter naturalem corporis humani, & ejusdem partium, a qua actio primum laeditur. In finitionibus medicis, quae plerumque Galeno adscribuntur, diversae extant morbi definitiones, ut morbus est habitus valetudinarius totius corporis aut partis: vel est naturalium facultatum praepedimentum. Et quamvis posterioris aevi Medicinae scriptores interdum aliis verbis morbum defini-

[1] Teste *Diogene Laert.* Libr. IIX.

[2] *Stobaeus* Sentent. Serm. xcviij.

[3] Libro de flatibus.

[4] In *Timæo*.

[5] Vide *Galenum* libr. I. cap. vii. de

method. medend.

[6] De symptomat. different. cap. I. & libr. I. cap. vi. de sanit. tuend.

[7] Capit. vii.

definiverint; de natura rei tamen sibi conveniunt maxime vel cum tradita Hippocratis, vel Galeni, definitione: qua de causa in iis enarrandis non prolixus ero *.

II. Quantum ad morborum differentias attinet, aliqui de medicis morbos distinguunt ratione temporis, quo alii acuti: alii peracuti alii diuturni: alii continui: alii vero intermittentes, appellantur. Quidam Medici distribuunt morbos primo in vernaculos, qui cum maxime incolis cujusdam regionis familiares sunt: secundo in morbos dispersos: & tertio in populariter grassantes. Novenas morborum differentias Hippocratem novisse auctor est, qui finitiones medicas collegit. Nomina hæc sunt, morbus acutus, peracutus, malignus, diuturnus, medius, exitialis, evasorius, periculosus, & periculo vacans. ⁹ Posterioris ævi scriptores disperserunt morbos in plura genera, quam quorum jamjam mentionem feci. Excogitaverunt morbos, partibus simularibus: alios iterum organicis, proprios. Sub illorum classe sunt morbi intemperierum & occultarum qualitatum; sub horum vero morbi conformationis, numeri, magnitudinis, compositionis, solutæque unitatis. Inter recentiores alii triplicis generis morbos, ut intemperici, conformationis vitiatæ & solutæ unitatis, sta.

[8] Capite eodem. vii. Ex recentioribus Hoffmannus Med. Rat. Tom. ii. cap. ii. §. 3. hanc, quam realem vocat, tradit descriptionem. *Morbis est magna mutatio & turbatio proportionis & ordinis motuum in solidis & fluidis, cum vel nimis accelerati vel retardati in universo corpore aut in certis partibus sunt, juncta cum insigni lesione secretionum excretionum & aliarum functionum corporis animati, tendens vel ad ejus salutem aut interitum, vel ad pravam partium ad alios morbos dispositionem.*

[9] Quomocunque hæc morborum a veteribus omnifariam tradita differentia fuerit: Theffalus tamen, de

quo plura in alia differtat. tradam, statuit in victu duo morborum genera, eaque comprehendit aut contractione, aut laxitate. Et quia hæc sentiens, veterum dogmaticorum placita, ut Herophili & hujus condiscipuli Philotimi, & utrumque horum præceptoris Praxagoræ, ab Æsculapio originem generis ducentis: & horum vel æqualium, vel antecessorum, ut Erasistrati, Dioclis Mnesitheï, Dieuchis, Philistionis, Pliftonici, ipsius denique Hippocratis, contradixit: ea de causa illum Galenus, Method. medend. libr. i. cap. 111. & seq. descriptionis libertate perstrinxit.

statuunt: alii his morbos compositionis adjungunt. Iterum alii quosdam morbos bipartuntur in *idiopathicos* & *sympathicos*: alii iterum atque iterum aliter in diversa genera illos dispescunt.
 10 Quid? quod non omnium medicorum consensus est de unius morbi in suas species partitione; verbi causa in medium proferam hydropem, ejus duplicem statuerunt differentiam Hippocrates & Diocles: aliam hypofarcam, aliam ascitem vocantes. 11 Heraclites Tarentinus totius corporis inflationem vel humoris infusi penetrationem Catafarcam: inter peritonæum vero & intestina ascitem vel tympanitidem appellavit. Demetrius Herophili sectator alium dixit hydropem constitui sine ulla humoris infusione, sed sola inflatione turgente: alium ex humore nunc per totum corpus, nunc inter peritonæum & intestina, diffuso. Plurimi tres differentias tradiderunt, ut catafarcam, ascitem & tympanitidem.
 12 *Asclepiades* alium celerem dixit, ut eum qui repente consti-

tuit-

[10] De quibus vide Fuchium, Fernesium, Sennertum, Waldschmidium; Valentinum, Zypæum & alios Medicinæ institutionum auctores: in primis Celsi. *Hoffmanni* Medic. Rat. Syst. Tom. II. cap. VI. in quo tradit quosdam morbos esse acutos & breves, quosdam longos: alios esse continuos vel intermittentes: ex acutis alios esse benignos, alios malignos: item ex chronicis quosdam malignos fieri: Ex morbis alios esse communes, epidemicos alios dictos, alios qui sparsim homines adoriuntur, & sporadici dicuntur, alios pandemios, endemicos, contagiosos: alios simplices vel compositos: dari etiam idiopathicos, symptomaticos, genuinos, corruptos, recidivantes, anniversarios, recentes, antiquos & habituales, hæreditarios, adventitios, congruos incongruos, morbos ætati hominum & sexui proprios; sanabiles vel insanabiles, item salutare, fre-

quentiores, rariores, periodicos, retrogrados, cognitos, incognitos.

[11] *Galenus* in Hipp. de vict. rat. in morb. ac. comm. IV. XI. eas vocat hypofarcidium & Tympanitem: & introduct. cap. XIII. tympanitem & ascitem.

[12] Idem introduct. cap. XIII. ἀσκιτην τυμπανιτὴν & ὑποφάρκιδιον has species appellat. *Celsus* etiam has tres species tradens libr. III. cap. XXI. ὑπόφάρκιδιον & λευχοπλεγματίαν pro synonymis habet. Et *Cal. Aurel.* libr. III. cap. VIII. ex quo supra dicta & quæ sequuntur, hausi, scribit hydropem alium in toto corpore constitutum tanquam in papyro vel spongia inter viarum raritatem insertum, a liquore vocari leucoplegmatiam, quam latino nomine etiam intercutem recte dicimus: alium in parte corporis inter peritonæum & intestina, subjecto liquore solo, vel admixto plurimo vento, vocarique alterum ascitem, alterum tympanitidem.

[13]

tuitur: alium tardum, ut cum, qui tarda passione vexat: & alium, cum febribus, alium sine febribus. *Proculus* *The- misonis* auditor partitus est hydropem secundum tempora mor- bi. Initium enim atque augmentum esse leucophlegmatiam, cum ad huc secundum carnem fieri mutationem viderimus: statum vero tympanitidem, cum summa tensio secundum ven- trem fuerit facta: declinationem autem ascitem cum quadam a- dulgentia fuerit inflatio relaxata. *Apollonius* *Memphites* alium dixit fieri hydropem cum retentione urinæ, alium cum fluo- re, ut si quid biberit, sine intermissione tanquam per fitu- lam transiens egeratur, cujusmodi affectum jure optimo *De- metrius* *Apameus* ab hydrope discrevit, eum, qui sine mora potum liquorem per urinam reddit, diabetem appellans. *Are- tæus* ¹³ quatuor hydropis species tradit. *Τυμπανίας* puta, *ἀσπί- τος*, *φλεγματίας* & *ἀνὰσάρκατος*.

III. Ut exprimam, quæ vis subjecta sit voci symptomati, libet quædam e Galeno, qui large & copiose de eo disseruit, petere. Is, ¹⁴ facta omnium corporis affectuum, a naturali statu recedentium, in morbum, in morbi causam, inque symptoma morbi, divisione, morbum definivit, quod sit corporis status præter naturam, a quo functio primum læditur; vel quod morbus sit affectus corporis, affectionem aliquam primum vitians. Vult itaque non omne, quicquid in corpo- re præter naturam est, morbum confestim esse vocandum; sed id, quod primum actionem vitiet: quicquid vero mor- bum præcedit, ejus causam: & affectum, qui morbum se-

qui-

[13] De sign. & causi. diut. morb. libr. II. cap. I. Si sit humida suffusio, scribit, quæ in ileis fluitet, & præ inflatione, quum verberantur, tympanum quodam- modo referant, *τυμπανίας*, nominatur: si aqua copiosa in peritonæo continetur, natantique in humore intestina, *ἀσπίτος* cognominantur: sin autem illa nihil istorum habeant, sed omne corpus intumescat, si ex alba pituita crassa & frigida. *φλεγμα- τίας*, ei nomen est: si in humorem sangui-

neum, aquosum, tenuem carnes liquate fuerint ὑδροφ ἀνασάρκα generatur. Et *Gariopontus* libr. v. cap. XII. quatuor hydropis species memorat, ut tympani- tidem, hypofarcam, ascitem, & leuco- phlegmatiam.

[14] Libro de symptom. different. cap. I. & seq. unde hæc in compendium contuli. Auctor finition. cap. IX. dicit symptoma est accessorium affectus.

I 3

[15]

quitur, symptoma esse appellandum. Quod ita natura comparatum censet, ut id morbum, tanquam corpus umbra, subsequatur: proprium præterea huic esse, ut sit præter naturam. Et generatim quidem symptoma vocitari, quicquid animali præter naturam contingat: qua vocabuli significatione admissa, sequi, tum morbos, tum morborum causas, quatenus intra corpus subsistant, eatenus symptomata vocari: e diverso speciatim vocabulum in usu esse, si reliqua omnia, detractis prius morbis juxta & eorum causis, quæ præter naturam sunt, symptomata nominentur. De cætero, quantum ad differentiam symptomatum pertinent, existimat ea triplicis generis esse; unum symptomatum genus esse ipsius corporis affectus; alterum functionum læsarum; & quæ hæc utraque comitantur, tertium symptomatum genus constituit, quorum originem aut excessui excretorum, aut defectui, esse adscribendam. Symptomata actionis læsæ Galenus rursus bipartitur, in ea, quæ actioni animali, inque ea, quæ actioni naturali, superveniunt. Actiones animales iterum partitur tripartito. Scilicet in actiones, quæ quinque nunciis animæ, sensus externos volo, primo peculiare sunt. Neque enim Pergamenus hac divisione contentus, sed triplicem demum statuit sentiendi actionibus incidere symptomatum differentiam. Unam vocat, si quando primum sensus instrumentum male affectum: alteram, si sentiendi facultas: tertiam vero, si aliquid eorum, quæ primo instrumento subserviunt, male constitutum. Altera actionum animalium species est facultas movendi, cujus duplicis sunt generis symptomata: in altero actiones plane inhabiles ad movendum: in altero eadem vitiose peraguntur. Tertia actionum animalium species est regendi facultas, cujus de novo triplicis generis symptomata statuit, unum vitiosæ imaginationis: alterum vitiosæ ratiocinationis: recordationis vitiosæ tertium. Superfunt actionum naturalium symptomata, in quibus actiones vitiosæ, vel prorsus non, contingunt. Ad hujus generis symptomata reducuntur concoctio depravata, prava nutritio, excretiones præter naturam, &c. quorum

rum sub titulo facultatum naturalium solet mentio fieri. Et hæc est compendiaria de significatione, deque symptomatum differentiis, Galeni sententia, quam deinde ii, qui hujus doctrinam amplexi, incredibili modo amplivagis definitionibus, distinctionibus, explicationibus, amplificarunt usque adeo, ut vix decimus quisque medicorum ad talia memoriæ suæ mandanda capax sit. Hinc inde ab recentioribus peropportune factum est, ut tantum symptomatum numerum angustioribus, quam a veteribus traditum, limitibus circumscripterint. Redigerunt namque ea ad tria genera; videlicet ad actiones læsas, ad excreta & retenta quoquo modo male constituta, & ad qualitates externas præter naturam immutatas ¹⁵.

IV. Quandoquidem inter medicos raro de natura morbi & symptomatis, & causa efficiente, convenit; non mirum itaque est, si eorum judicia & opiniones non concordant, ubi animus est cuiquam ægroto medicinam facere. Gratia exempli afferam varietatem, curationis, quam veteres hæmorrhagiæ adhibebant. Alii enim jubebant ægros jacere supinos, vel super eas partes quæ non patiuntur. *Asclepiades* contra supra partes, quæ patiuntur, ægotantes esse locandos, statuebat. Venæ incisionem in hoc affectu præceperunt Hippocrates, Diocles, Praxagoras, *Asclepiades* Themcison Erasistratus; sed aliqui ex hujus Erasistrati sectatoribus illam damnaverunt. Improbantur etiam eandem plurimi methodicorum, causantes hoc remedii genus tanquam laxativum, flori sanguinis, ex solutione venienti, inhabile esse, & non idoneum ad constringendum. *Thesalus* quoque sanguinis missionem in hæmorrhagia admittebat, sed addita distinctione. Etenim si tertia, inquit, die rursus sanguine fluxerint ægotantes, atque plurimo: quo intelligitur tanquam in com-

[15] Hoffmannus Med. rat. syst. tom. xi. cap. 111. §. 28. statuit symptomata duplicis generis esse; vel enim a motibus morborum immediate & proxime fieri, vel demum ex aliis, concurrentibus causis produci: illa quidem symptomata morbi *essentialia*, hæc *secundaria* vocari.

complexis passionibus, hoc est, strictura obtinente, faciendum approbasse. Alii omnibus statim, atque sine ulla mora venam incidendam duxerunt, in primis vero si sanguis ex thorace vel pulmone fluxerit, vel plurimus, materiae avertendae causa, quo afflictis partibus derelictis aliorum feratur, ad eas nempe, quae non patiuntur, vel ob educendam materiae multitudinem. Volunt praeterea hanc operationem, si opus fuerit, semel ac iterum instituendam, quo in partem affectam recurrens sanguis suppressa evacuatione & clausa plaga avocetur. Aesclepiades jubet evacuandas venas amplo vulnere incidendas, quo latae evadant nec celerius coeant divisurae; facere enim hoc multum ad minuendum sanguinis profluvium, & ad spirandi difficultatem, quibus affectum adjuvari. De ligationibus etiam prisca medici inter se digladiati sunt. Xenophon, Dionysius Erophilus, & Erasistratus probant articularum faciendam constrictionem: Herophilus vero capitis & brachiorum & foemerum: Erasistratus magis inguinum & alarum: ligatione quippe sensus sanguinis putat fieri retentionem ob cuiusdammodi stuporem forte parti inductum. Aesclepiades autem ligationem improbat, eamque negat esse Erasistrato congruam, dicens occludi ligatione non posse sub discrimine venulas, quod Graeci diaphragma vocant, nec vinciri eas, quae supra diaphragma esse videntur. Sectae Methodicae principes itidem ligaturam rejecerunt: arcta enim, dicebant, vexat, non impressa, i. e. quae justo laxior est, inutilis esse perspicitur. Antipater concedebat quidem materiam ligatione teneri, sed cum fuerit indulta vel relaxata, in repentinum atque immodicum fluxum venire. Plurimi etiam de cataplasmatibus vi constringendi dotatis inter se dissenserunt. Haec Erasistratus admittit, Aesclepiades rejicit, tanquam materiam imprimentia vel coercendo in altum revocantia. Acetum alii velut tussiculam vel fluorem commovens expulerunt, vel quod duras partes densando faciat. Themison vero & Thesalus adhibendum judicaverunt. Alii volebant ejus acrimoniam vel nimietatem admixtione aquae temperandam. Alii clysteres & medicamenta, quae
urinam

urinam provocant, ex usu esse statuebant. Ex motionum genere Erasistratus deambulationem post cibum imperavit. Asclepiades gestationem in hæmoptycis prohibuit. Diocles usus & remediis purgantibus. Praxagoras sudorem & urinam moventibus: & diureticis. ¹⁶ Recentiorum hujus affecti diversas curandi rationes prudens prætermittit, uberius enim ac fufius mihi differendum esset, quam hic locus & tempus permittunt.

V. Nonnulli in disceptationem quæstionemque vocant; utrum eadem morborum genera, quæ veteribus innotuerunt, etiam nunc cognita sint, an prorsus nova, veteribus incognita interdum oboriantur? Plerique veterum inter se conveniebant pauca intercedere, sed plura morborum genera indies exoriri. Recogitatur quippe antiquorum scripta secum facili negotio innotescet, pestem, cujus Thucydides ¹⁷ mentionem facit, & quæ tunc temporis immisericorditer adversus omne genus Atheniensium grassata est, medicis ignotam fuisse. Itidem Hydrophobiam & Elephantiasin, Celfo, ¹⁸ Plinio, ¹⁹ & Plutarcho ²⁰ auctoribus, tempore Pompeji primum in Italia accidisse. Dion Cassius ²¹ commemorat morbum nulli notorum similem, Romanorum exercitum in expeditione Arabiæ felicis crudeliter affligentem. Lichenas,

quos

[16] Hæc e Cæli Aurelii morborum chronico libro. 11. cap. 1111.

[17] De Bello Peloponnesico. Libro. 21.

[18] Libro. 111. cap. 25. Ignotum pene in Italia morbum esse, scribit, quem elephantiasin vocant.

[19] Historiæ naturæ libro. 27. cap. 1.

[20] Symposiac. 7. 11. Quæst. 19. scribit Anthenidorum narrare, Asclepiadis ætate primum Elephantiasin non modo, verum etiam hydrophobiam, innotuisse. Cælius Aurelianus tamen libro. 111. cap. 15. acut. pass. contrarium credit, & probat, hydrophobiam utpote non esse novam passionem, sed eam, quamvis

alio nomine, jam pridem cognitam fuisse. Adversus Hydrophobiam Celsus libro. 5. cap. 27. 1. unicum remedium esse, ait, nec opinantem in piscinam non ante ei provisam projicere. Et si natandi scientiam non habet modo mersum bibere pati, modo attollere. Plinius vero libro. 27. cap. 11. magni pendit radicem rosæ sylvestris. Cæterum libro. 27. cap. 1. Plinius memoriæ prodidit Elephantiasin Ægypti malum peculiare: & cum in reges incidisset, populis funebre. Quippe in balneis folia temperabantur humano sanguine ad Medicinam eam.

[21] Roman. Histor. lib. 1111.

K

[22]

quos joculari primum lascivia, ut est procax natura multorum in alienis miseris, Romani mentagram vocarunt, Tiberii Claudii Cæsaris principatu medio primum in Italiam irrepsisse, auctor est Plinius: ²² atque morbum adeo foedum ex Asia ab equite Perusino importatum. Eodem tempore primum innotuit dolor colicus. Nec quisquam prior Imperatore ipso sensit, magna civitatis ambage, cum edicto ejus excusantis valetudinem, legeret nomen incognitum. Annalibus conscriptum esse, idem Plinius attestatur, L. Paulo, Q. Marcio Censoribus, primum in Italiam Carbunculum venisse, esseque id peculiare Narbonensis provinciae malum. Stomacace quoque novi morbi genus erat, ²³ quo Romani, in Frifis Castra habentes, inficiebantur. Plurimi recentiorum credunt scorbutum, qui hisce oris est etiam nunc familiaris, fuisse. Et ante pauca secula, res nota ac manifesta omnibus, ex America in Europam Lues venerea est apportata: quæ profecto ubique terrarum fere propagata nunc est. Innotuit quoque duobus abhinc seculis sudor anglicus, ²⁴ quo tunc temporis non modo in Anglia, sed in Belgio, in Germania, inque Gallia, plures homines vexabantur, tandemque eo correpti maxima ex parte moriebantur. Variolas item plurimi contendunt veteribus ignotas fuisse, quibus tamen plerique homines sin bis terve, saltem semel, solent hoc ævo ægri esse. Sexaginta abhinc plus minus annos in occidentalibus Britanniae oris cœpit exoriri novus morbus, infantibus potissimum omnis generis calamitatem importans; eundem medici Rachitidem appellarunt. ²⁵ Sunt & alii, quibus brevitas causâ supersedeo.

VI. Concedunt utique complures medici diversitatem climatum, diversitatemque ciborum, potuum, &c. sæpe sæpius in causâ esse, ut alii atque alii morbi progignantur. Geni hu-

[22]	Histor. nat. libr. xxvi. cap. i.	} tus in tractatu de febribus libr. iv. cap. xv.
[23]	Hujus mentionem facit Plinius. libr. xxv. cap. iiii.	
[24]	De quo morbo agit, Sennertus	[25] Vide <i>Gliffoni</i> Tractatum de Rachitide cap. i.

humano namque erat primo simplex ex simplici causa valetudo, multos morbos autem multa postmodo fercula fecerunt, quum luxuria terrarum marisque vastatrix, talia in perniciem hominum prius excogitasset. ²⁶ Verum tamen plurimos morbos, putant non novos ratione incolarum totius Telluris, sed ratione medicorum, eos primo describentium, existimandos. Tali pacto autumant a Romanis Hydrophobiam, Elephantiasim, lichenas, & alios, jamjam memoratos morbos, fuisse novos vel incognitos vocatos; cum tamen iidem apud cæteras gentes, unde primum contraxerunt, jamdudum notissimi essent. Populo etenim Romano, nullum commercium, nisi cum indigenis Italiæ, habente, imo perraro extra Italiam proficiscente, non poterat, quin is, dictorum morborum, qui alias singulorum climatum regionumve orbis incolas singulariter infestabant, immunis fuerit. Verum enimvero eodem diversarum nationum extra Italiam potiente, ut & istic locorum copias in castris in hybernis habente, aliter fieri quoque non poterat, quin, commercio ita cum exteris inito, tam secundæ quam adversæ fortunæ una particeps fieret. Igitur militibus, seu militiam sequentibus, contagione se apud externos contaminantibus, iisdemque a morbo contagioso haud penitus revalescentibus, facile usu venire poterat, ut, accepta ad Lares redeundi copia, consanguineos aliosve amicos frequentando, invisendo, cum his contagium, per varia loca circumlatum, communicarent, atque hi iterum atque iterum cum aliis. Pari profecto ratione, qua singuli propemodum morbi contagiosi solent propagari. Præter hæc non inficior contingere posse, ut peregrinator in exteris regionibus in morbum, propter inusitatum aërem, alimenta, &c. vel & ob incognita venena, infecta, &c. incidat, quo tamen alii homines, tametsi viator domum redierit, non inficiuntur. Hujusmodi morbus medicorum, curationi morborum in Regione solum sua incumbentium, scientiam fugere

[26] Ut habet *Seneca* libr. 1. Epist. xcvi.

fugere nullo negotio potest, nisi hunc complurium gentium medicinæ auctores aliter condocerint. Nam quotus quisque nostrum sciret dracunculos, ²⁷ morbum Æthiopiæ Ægyptique incolis fati familiarem, curare? quis morsum Tarrantulæ? ²⁸ quis morbum Ton, ²⁹ quis *Sutan* quem Hispani *Tavardillo* vocant. ³⁰ Nisi nos eruditorum scripta tales morbos revelassent. Verum, quin hi & similes morbi, quoniam vel aëris vel insectorum vitio, quod sane peculiaribus Orbis regionibus est proprium, contrahuntur, nesciant ideo heic locorum hospitari, nullus mihi est dubitandi locus. ³¹

VII.

[27] Quos *Plutarchus* *symp.* VIII. Q. IX. ex *Agatarchide* citat. Horum etiam mentionem faciunt *Ægineta* libr. IV. cap. LIX. & *Ætius* tetrab. IV. Serm. II. cap. LXXXV. Scribunt enim dracunculos lumbricis similes esse, & aliquando magnos aliquando parvos reperiri: frequentius quidem in cruribus, subinde vero in musculosis etiam brachiorum partibus consistentes. Nasci autem hos in Æthiopia, ac in India, in pueris præcipue, esseque ipsorum generationem non dissimilem ventris lumbrico lato. Sub cute enim eos, nihil molestiæ afferentes, moveri; verum progressu temporis circa dracunculi extremitatem locum suppurari, & cutim aperiri, ac dracunculi caput exeri. Plura, si quis exoptet, adeat is exercitacionem *Welshii*, quam de *Vena Medinensi*, seu de dracunculis, scripsit.

[28] De quibus infectis scripsit *Baglivus* dissertationem.

[29] Quem morbum ajunt originem ducere a vermiculo, digito cupiam pedis inhaerente, & loco gangrænam inducente: quin etiam eum eadem nonnunquam symptomata excitare, ut dra-

cunculi solent. vide *Mangeti* *Biblioth. medico-pract.* Lit. T.

[30] De quo scribit *Careri Voyage du tour du monde* Tom. V. libr. II. chap. I. *Ce n'est qu'un grand mal de tête, & d'estomac, dont la mort s'en suit inévitablement, si l'on ne donne pas une bonne dose de coups de baton sur les bras, les caisses, les jambes, & ce côté droit du malade. On frotte ensuite vigoureusement les meurtrissures avec du sel, jusqu'à les faire devenir noires, afin que le sang étant ainsi amené jusqu'à le peau puisse couler plus abondamment, quand on fait ouverture avec la lancette, on les lave ensuite avec du vinaigre, & l'on ne donne au malade pendant trois jours, que du ris cuit sans sel.* Commemoratur præterea morbum nigris incolis de *Bool de Panay* &c. familiarem, in quo linguam partemque genitales utriusque sexus adeo vehementer intus in corpus retrahi, ut ægri in discrimen vitæ adducantur.

[31] Quid? *Plutarchus*, paulo ante citata *Quæst.*, scribit, affectus quosdam olim fuisse, quos nunc nusquam dari. Narrat quendam diu urina difficultate laborasse, tandem verò mingendo, culmen

VII. Scriptionis ordo postulat quidem, ut morborum causas, de quibus supra mentionem feci, pertractem: at enimvero quoniam hæ secundum diversarum sectarum Medicorum, non uniusmodi sunt, sed prout aliquis alicujus Sectæ præceptis primum imbutus fuerit, ita credit eas multimodas esse. Quandoquidem vero hæ multam, & variam, & copiosam dictionem requirunt: proinde eas jam missas faciam: commodius enim & aptius a quoquam easdem percipi posse, reor: si deinceps, ubi cujusque sectæ decreta & præcepta sigillatim tradenda sunt, una commemorarentur.

men hordaceum geniculatum excrevisse. Alium belliolam asperam, uultis pedibus celeriter ambulanti, cum multo femine eiecisse. Morbum jacinoris cu-

jus indicium esse, quod ægrotans mures domesticos accurate observet, & confectetur, necubi inveniri.

DISSERTATIO VI.

DE

De medicamentorum inventione, eorundemque facultatibus.

I. **I**Nter maximos quondam habitus medicos Herophilus fertur dixisse, medicamenta divinum munus esse: & id quidem non sine ratione addit Scribonius. Prorsus enim quod tactus divinus efficere potest, id præstant medicamenta usu experientiaque probata. ¹ Asclepiades quidem maximus actor Medicinæ, negavit ægris danda medicamenta, eorundemque loco quinque res maxime auxiliorum professus est, ut abstinentiam cibi, alias vini, frictionem corporis, ambulationem, gestationes: ² verum is mihi videtur discedere a sese, id est non constare sibi: quoniam in libro, qui *παρανουσικόν*

[1] Ut habet Scribonius Largus in Largus in Præfatione.

[2] Plinius Hist. Nat. libr. xxvi. cap. III.

nonnulli inscribitur, contendit ultimæ fortis esse medicum, qui non ad singula quæque vitia binas ternasve compositiones & expertas, protinus paratas habeat. Quæ cum ita sint; conficitur ex his Asclepiadem, adeo pugnancia & contraria proferentem, inconsiderate negligenterque scripsisse. Sed homo fuit, parum feliciter se in hoc negotio gessit. 3 Scio e quidem aliquos de medicis etiamnunc in Asclepiadis sententia primo loco dicta manere; verum tamen, si istis ingenue aperteque fateri modo allubuerit, nullum meo animo dubium est, quin necessarium maxime ægro medicaminum usum sint iudicaturi: atque eos summa laude dignos ducant, qui olim, qui etiamnunc, remedia contra quosvis hominum morbos invenerunt. Sed quo pacto ea primo inventa, eorundemque mixtionis & compositionis rationes postea excogitatae fuerint, conabor breviter attingere.

II. Nemo nostrum ignorat, paucissimos hominum tale robur ætatis nactos, quod non, etiam si temperanter ac sobrie vitam degerint, oportuerit ipsos subinde ægrescere, vulnerari, vel quoquo pacto doloribus, vitio corporis ortis, affici. Quibus malis tollendis necessitas eos compulit remedium, ægritudinem corporis, ut & vulnera sanans, doloresque leniens, investigandi. Casu interdum, quod etiamnunc sæpe numero contingit, applicata res est, quæ voto desiderioque ægri satisfecit. Igitur sumpto hujus rei experimento eandem aliis, simili affectu ægris, consulebant revalescentes. Et, si ita aliquoties in hac re periclitati fuerint homines, hanc tum in medicamentorum numero collocabant. Quid? quod quibusdam nationibus hoc in more positum erat, ut tale remedium, in tabula descriptum, in templo Dei alicujus, imprimis Æsculapii vel Isis, suspenderent. 4 Ad quorum Deum fana ægri missitabant, sacerdotes consulendi gratia. Munus namque horum erat, ut cum ægrotantibus remedium,

in

[3] Ita Scribonius Larg. in memorata Præf. [4] Vide Dissert. I. ubi copiose de his scripsi.

in simili affectu quondam bono cum revalescentis commodo applicatum, communicarent. Quin istis temporibus ethnici solenne habebant deos, medicationis ergo, consultare. Sacerdotes, occasionem ægris consilium dandi captantes, proferebant remedium, cujus de virtute inter ipsos antea constabat, quod tamen, quasi nunc demum ab oraculo revelatum, consulentibus persuadebant. Adhæc homines in somnando quandoque medicamenta invenire. Hujus generis historiam memoriæ prodidit Plinius. ⁵ Nempe cujusdam militantis in prætorio matrem vidisse in quiete, ut radicem sylvestris rosæ, blanditam sibi aspectu pridie in fruteto, mitteret filio bibendam: casuque accidit, ut milite a morsu canis incipiente aquas expavescere, superveniret epistola orantis, ut pareret religioni, servatusque est ex insperato, & postea quilibet auxilium simile tentavit. Quin etiam bruta animalia ostenderunt herbas salutaris, docueruntque hominem, Plinio, ⁶ & Plutarcho ⁷ auctoribus, varias medendi rationes. Hippopotamum harundine acuta venam in crure se vulnerantem, venæ sectionem: atque Ibim, adunco rostro alvum suam aqua perludentem, clysteris usum monstrasse, memoriæ proditum est. Nihil sine dubio haberet, si ego, remedia a brutis animalibus monstrata, nunc temporis perscribere vellem. Scilicet testudines origanum, & mustelas rutham mandere; Draconem autem fœniculi, hirundines chelidoniæ, & bestias alias aliarum herbarum usum, monstrasse. Ita etiam complures herbæ inclaruere in illustribus personis, quæ eas, vel reperiere, vel crebriori in usu habuerunt, quæque nominatione sua eas cooptaverunt interdum. Sic Pœonia, Gentiana, Arthemisia, & sexcentæ aliæ plantæ nominatissimæ, adoptarunt sibi nomina inventorum, qui eas, ut

[5] Libr. xxv. cap. ii. Hist. natur.: Cætera, quorum mentio est facta, attingi declaravique Dissertat. i.

[6] H. N. libr. viii. cap. xxvii. qui plura ab animalibus inventa enarrat.

[7] Qui de Ibide agit in libr. de Isid. & Ovir. de aliorum autem animalium monstratis remediis scribit in *Gryllo*. & libello de solertia animalium.

[8]

ut dixi, vel primo invenerunt, vel frequentissime usurparunt. ^s Et, sicut nunc temporis non raro accidit, ut aliquis medicamentum contra quosdam morbos, in genere sibi similes, opitulans, reperiat: hoc tamen sine discrimine neminem non morbum, Panaceæ instar, sanare jactabundus deprædicet; ita etiam veteres quidam, admirandas incredibilesque, supra captum humanum excedentes, quibusdam plantis tribuere vires, non dubitabant. Exempli gratia Brassicam modo proferam, cujus de virtute Cato ⁹ mira prodidit. Hoc pacto de ea scribit. Et si bilis est, & si lienes turgent, & si cor dolet, & si jecur aut pulmones, aut præcordia, uno verbo omnia sana faciet, intro quæ dolitabant: eodem sulphurum inradito, bonum est, nam venæ omnes, ubi sufflatæ sunt ex cibo, non possunt perspirare in toto corpore; inde aliqui morbus nascitur: quibus, & aliis corporis affectibus, ut brevis sim, brassicam solam, vel & aliis rebus permixtam, auxilio esse, Cato auctor est. Sed hæc est omni in re animorum conditio, ut a necessariis orsa primo, cuncta pervenerint ad nimium.

III. Quod vero ad medicamentorum compositiones attinet, opinor, majores Medicinæ eas æque, ac simplicia remedia, casu non modo invenisse, verum etiam necessitate quadam coactos interdum excogitasse. Siquidem medicis subinde usu venire poterat, ut, posteaquam in simplici quodam medicamento, quod ante hac ex sententia succedebat, incassum jam experiebantur, cœperint secum reputare, numne ex usu ægrotantis, convalescere hucusque frustra expectantis, futurum, si unum, si duo, si plura simplicia remedia, in unitatem misceantur, ut ex his aliquid existat, simplicibus singulis singulatim consideratis, potentius atque magis efficax. Forte, quod medicus sibi proponebat, eveniebat; quo observato cœpit is deinde eadem compositione aliis, ejusdem generis

[8] Vide Plinii H. n. libr. xxv. cap. | [9] De Re Rustica. cap. clvi.
vii. ubi plura occurrunt.

[10]

neris morbo afflictis, medicinam facere, & quidem successu decumbentis ad lectum ægri. En remedium probatum, quo posteri ad similem corporis affectum uterentur. Quandoquidem vero simplex quoddam medicamentum non nisi contusum parti dolenti poterat forinfecus allegari, atque id ægre, ob corporis commotionem, in situ suo, quo minus e loco decideret, detineri: hinc necesse erat medico invenire rem tenacem ut ceram, ut resinam &c. qua cum illud concorporaret, atque inde evaderet compositio quædam, quæ supra linteam vel alutam extensa parti dolenti tenaciter adhærescat. En originem emplastri, dropacis, cerati &c. Alius tentabat solidum quoddam remedium pulveratum butyro, pinguedini, &c. immiscere, vel cum his decoquere, ut haberet aliquid, quo pars læsa inungatur, en origo unguenti, linimenti &c. Si quidem vero aliquando accidit, ut aliqui propter singularem corporis constitutionem, quam *idiosyncrismam* medici nominant, rerum unguinosarum pinguiumve usum ferre non possent, exoriente ab harumce usu sæpenumero partis, ubi emplastra cerota unguenta, &c. notabili pinguitudine referta, usui alias essent, inflammatione erysipelate pustulis &c. oportebat tunc non modo aliquod dictorum de parte affecta tollere, verum adinvenire quicquam, quod vitium corporis, vel dolores, quibus æger torquebatur, profligare posset: inde medicus ingeniosus opportunitatem nanciscatur inveniendi malagmata, epithemata &c. foris corpori admovenda. Similiter, ac de externis scripti, comparata est medicaminum interius dandorum natura. Etenim remedia a Natura subministrata, si per se abs quoquam devoranda, nequeunt aliter, quam aut integra mandi, aut pila in pulverem tusa, aut eorum pro re nata succus expressus, sumi. At quia plurimi ægroti talia nauseabant, hinc medici periculum faciebant in rebus aqua interveniente coctione extrahendis, inde apozema: aliquando varias res vino vel alii liquori convenienti ad vires extrahendas immergebant, inde vina medicata, propomala, essentiæ, tincturæ, elixiria &c. Interdum res pulveratas melli vel saccharo

L

despu.

despumato immiscebant, inde electuaria, eclegmata &c. subinde pulverem variarum rerum triplo sacchari pulverati commiscebant, inde tragemata: quandoque additione rei tenacis variarum rerum pulverem in massam pinfabant, ex qua dein pilulas formarunt. Reliquarum compositionum eadem ratio est. Nam omnes ad unam præcipue eum ad finem excogitatae sunt, ut agrotorum palato gratificarentur, & ne illi ab remediis, propter ingratum plerorumque saporem, abhorrent; neu eadem, si unis modis tantum devoranda essent, fastidirent ¹⁰.

IV. Neque tamen fati esse medicamenta invenisse, omnifariamque miscuisse complures medici contendebant; sed præterea necessariam esse medico nosse virtutes remediorum, ratiocinarique, quid in similibus fieri soleat. Consideranti enim incunabula Medicinæ facili negotio innotescet, eos, qui corpori humano primum Medicinam faciebant, de virtutibus medicamentorum prædicasse, quicquid in horum applicatione usu didicerint: observasseque in primis vires, quas medicamenta, sive juvando, sive nocendo, ediderint; pari sane modo, ut nos quoque de incomperito judicare solemus. Memoriae utpote mandamus potissime potentiam medicamenti, quæ in sensus incurrit. Exempli gratia, siquod remedium semel atque iterum datum, purgationem vel vomitionem corpori importaverit, non veremur huic facultatem vel purgandi, vel vomendi: si calorem corporis immodicum temperaverit, refrigerandi: e diverso, si calorem decedentem coercuerit, calefaciendi virtutem, adscribere. Reliquorum eadem ratio esto. Verum enim vero Philosophia Medicinæ se associante, coeptum est aliter, ac dixi, medicamentorum vires explicare. At, quia doctrina de temperatione corporum longe vetustissima juxta & tritissima, inde factum est, ut quaternarium elementorum numerum, qualitates eorundemque primas, veteres ad stabilendum in

Me-

[10] Hæc maxima ex parte e præfat. | tæ MDCCXII.
Synopl. pharmac. tertium a me edi-

[11]

Medicina ratiocinium quoddam assumerent. Assolebant igitur, postquam medicamentorum vires ad Philosophiæ præcepta perpenderant, eas cum maxime subsidio qualitatum, ut vocant, primarum exponere. Ita passim deliciae meæ Hippocrates, ejusdemque imitatores; ita ultro citroque Aristoteles, & cæteri de familia peripateticorum, de virtutibus medicamentorum disputaturi, proferebant, utebanturque vocabulis frigidi, calidi, sicci atque humidi. Ideoque horum adminiculo mentem suam de qualitatibus secundis, de medicamentorum videlicet viribus purgandi, adstringendi, coquendi, emolliendi, &c. explicabant. Quandoquidem vero perplura medicamenta prostant, quibus id peculiare est, ut corpus humanum calefaciant, refrigerent, vel alio modo minusve afficiant; generatim enim simpliciterque quodammodo astrui posse Galenus & ejus assæclæ existimarunt, si quis ejusmodi efficientiam naturalem calori, frigori, &c. attribuerit obiter. Igitur, postquam observarint singularum rerum singulas esse proprietates, & aliis alias magis calefacere aut refrigerare, &c. inchoarunt eas speciatim investigare, adscribereque unicuique certos peculiareque caloris, frigoris, siccitatis, &c. gradus. Et, quamvis Galenus passim in scriptis suis, peculiariter tamen in libris de simplicium medicamentorum facultatibus, id sibi negotium dedit, ut doceret, qui examen simplicium, quantum ad eorumdem vires spectat, instituendum sit. Dictis itaque qualitatibus primis hypothesis loco positis, Galenus symmetrum appellat medicamen, quod neque calidum neque frigidum neque humidum neque siccum est, hoc est quod debitam elementorum temperiem sortitum est, si quod autem habuerit principium inter cætera dominans, ratione hujus id ipsum nominationem indipiscitur. Quadruplicis generis autem, multo celeberrimus Vir opinatus est, excepto symmetro, remediorum facultatum primarum excedentium ordines. Verbi causa. Id, quod non evidentem calefacit, appellat primi ordinis: quod vero manifeste, secundi: quod vehementer, non tamen sum-

L. 2.

me,

me, tertii: denique quod adeo, ut escharam inducere pote est, quarti. Ac ita cæterarum facultatum excedentium naturam esse comparatam statuit. ¹¹ Oribasius, ¹² Ætius ¹³ & Ægineta ¹⁴ Galeni hypothesein & placita assumerunt non modo: verum etiam plures, quam a Galeno factum, cujus ordinis cunque plantas, qualitibus dotatas primis, enumerant. Vallesius, ¹⁵ longe omnium, qui mihi innotuere, curiosissimus in demetiendis medicamentorum viribus fuit: quippe eas arithmetico more ad calculos vocavit: neque enim contentus erat simpliciter numero integro, prout veteribus in usu erat, sed fracto, computare; ideoque memorat sesqui alteros, sesquitercios, quinque sextos, &c. caloris frigorisque, gradus. Admiror viri inclyti acutissimam & subtilissimam medicamenta ad calculos revocandi rationem: quasi vero non anceps numerus esset, si quis integrum ad demetiendas remedium vires duntaxat adhibuerit: præsertim vero, cum adhuc sit lis pendens, an caloris an frigoris, &c. tanta portio re vera insit rebus. Quantum ad me pertinet, mihi videntur hæc, quæ ab affectis Galeni dicuntur, concludi contortius, quam ipsi argumentari unquam queunt.

V. Sed utut sunt, ostendam aliquorum opiniones, quas habent de medicamentorum facultatum ordinibus arte determinandis. Medicamentum, quod elementorum temperationem est nactum, a Galeno ejusdemque sectatoribus symmetrum seu temperatum appellitari, paulo ante commemoravi; sed quodnam calidum vel frigidum, &c. primo aut secundo, &c. gradu, id non arte determinatum est; quippe alio alii modo calculum reduxerunt. Sunt qui autumarunt calidum in primo gradu habere duplum caloris respectu temperati: calidum in secundo habere duplum primi, & quadruplum tem-

[11] Vide ejus libros de simplic. medic. facultatibus: in primis vero præfationem, cap. xxx. & ultimum libri quinti, ubi ad compendium fere redegit, quæ in prioribus tractavit.

[12] Medicin. coll. libr. xiv. cap. iii.

& sequent:

[13] Tetrab. i. Serm. ii. cap. cxcvii. & seq.

[14] De Re. Medica libr. vii. cap. i. & 2.

[15] Controvers. libr. ix. cap. xi.

[16]

temperati: calidum in tertio, habere duplum secundi, quadruplum primi, octuplum temperati: calidum in quarto, habere duplum tertii, quadruplum secundi, octuplum primi, sexdecuplum autem temperati. Eodem modo computant, si frigidum rerum potiatur. Alii censuerunt calidum in quarto, quintuplum calorem habere temperati: calidum in tertio, quadruplum: calidum in secundo, triplum: calidum in primo, duplum. Alii existimarunt, quanto calor supra frigus excelluerit, tanto gradu corpus aliquod esse calidius, ut, si calor in corpore aliquo uno gradu tantum superarit frigus, hoc sit calidum in primo; si vero, posita prius elementorum æquabilitate, duobus superarit insuper caloris gradibus, hoc sit calidum in secundo gradu. Eadem reliquorum ratio esto. ¹⁶ Sed quomocunque has & similes opiniones in orbem torserit aliquis, eundem ultro confessurum, arbitror, nil quicquam, quod exploratum esset profus, in mensione corporum, ratione primigeniæ ex elementis composituræ, inveniri: contra satis esse, si vires medicamentorum generatim explicantur per vocabula salis nitrosi, alkali tum fixi, tum volatilis, etiam: ut & olei vel essentialis, vel fixi: nec non aquæ vel terrestris principii: quamvis vel horum certa proportio, aut quantitas, aut temperatura nobis abscondita sit. Arduum enim, quin dicam curiositatis merito ridendæ plenum esse opus, puto, indagare velle, quanta quorumlibet cunque elementorum portione Deus. O. M. ad producendas res corporeas usus fuerit.

VI. Cæterum Primus dogmaticorum, ni memoria me fallit, Galenus ¹⁷ fuit, qui qualitates corporum bipertitus est, in primas videlicet, & in secundas, e primarum omnimoda seu mixtura seu conjugatione, oriundas. Quid primis proprium sit, facile liquet inter elementorum naturam considerantes: secundis vero id peculiare esse, laudatissimus auctor
sta.

[16] Vide jamjam citatum Vallesium | [17] Comment. I, in librum de nat. dicto loco, ubi hæc diversæ opiniones | hum. II. cap. VII. expendantur.

statuit, ut edant vires, indurandi laxandi, emolliendi, adfringendi, &c. ¹⁸ Inter Arabes Avicenna ¹⁹ qualitates & facultates medicamentorum parili modo partitus est. At enim-vero

[18] Veteres enim qualitatibus quatuor principibus facultates Medicamentorum declarabant, Exempli loco sit Quæstio XLII. Problem. sect. 1. ubi Aristoteles perquirat, cur alia ventrem movent superiorem; alia vero utrumque, ut veratrum, ut scammonæa, ut elaterium? an quod ex medicamentis, que ventrem movent, ratiocinatur, alia frigida, alia calida sunt: itaque alia propter suum calorem proximus, cum in superiore ventre fuerint, loca petunt superiora, ac inde liquefaciendo, maxime que aliena sunt, minusque insidentia; sed etiam que insunt natura intima, medicamento nempe vehementiori epoto aut copiosiori, quam natura patitur, tum ea ipsa quam que excrementum adsuerint, in ventriculum deducant; hic vero fervore excrementa perturbant, statumque excitant multum, qui obstitens vexansque demum vomitum movet. De frigoris actione parili modo ratiocinatur. De cætero, velim, ut sano sensu accipiatur, quod scripsi Galenum duplicis generis facultates in Medicinam primum introduxisse. Nam aliquis mihi objicere potest Ciceronem in Acad. Quæst. scripsisse. *Earum qualitates sunt alie principes, alie ex iis orta, principes sunt uniusmodi & simplices: ex his autem orta varia sunt, & quasi multiforme.* Et Ocellum Lucanum eas numero statuisse sedecim. Quatuor simplices & duodecim compositas enumerasse qualitates. Sub illis calorem, frigus, humorem & siccitatem: sub his vero gravitatem, levitatem, raritatem, densitatem, lævorem, asperitatem, durtiem, mollitudinem, tenuitatem, crassitudinem, acu-

men & obtusum, complexum fuisse; ideoque longe ante eum Galenum fuisse variarum qualitarum mentionem factam. Verum is a me hoc responsum auferat, velim, has ab Ocello traditas qualitates compositas, sensu tactus explorandas, exhibere omnimodam corporum differentiam extemam: aut Galenus eas sensu gustus inquirendas sensit: quo facto redegit tale corpus ad genus rei vel adstringentis saporis, vel austeri, vel amari, vel salii, vel dulcis, vel pinguis. Quibus positis cuiusque facultatem seu potentiam peruestigat. v. g. adstringens aliquid contrahere, densare, repellere, incrassare, refrigerare &c. Acidum incidere, extenuare, dividere &c. Et ita de reliquis qualitatibus statuit. Quare autem aliquid adstringens sit, tunc rationem petit a quatuor principibus qualitatibus; & dicit adstringens esse terrestre & frigidum: acidum subtile frigidum: amarum terrestre subtile, falsum terrestre calidum, &c. Qualitatum odoratus, que singularibus ac distinctis nominibus carent, eandem ait rationem esse. Vide plura in dicto libro de Nat. H. cap. VI. 1. & de simpl. fac. lib. v. cap. xxv. & xxvi, Quod attinet ad medicamentorum facultates, Galenus eas triplicis generis statuit. Primæ satis notæ sunt: secundas appellat mollientes, digerentes, repercussorias, attractrices, deterforias, & exedentes: tertias vero, que vulnera glutinant, cicatricem inducunt, & carnem generant. vide de comp. medic. per genera. lib. vi. cap. v. §. 4.

[19] Cantic. 1. text. 29. & seq.

[20]

vero posterioris ævi Medici, quique singuli fere Galeni dogmata propagarunt, dictis duplicis generis qualitatibus adjunxerunt tertium, quod peculiariter quibusdam corporis partibus tribuerunt, atque adeo ejusmodi tertiarum, ut vocantur, qualitatibus beneficio explicarunt medicaminum virtutes urinam, profluvium fœminarum, &c. sciendi & cohibendi; facultatem autem talem hæc habere ratione totius substantiæ, quam Fernelius putat sitam esse in aliqua, tactus beneficio, investiganda qualitate. Promptas vel apertas illiusmodi duplicis ordinis qualitates nominarunt, quia effectum, quem remedia utcumque perfecerunt, vel uni duntaxat, vel duobus principiis inter cætera dominantibus, adscribi posse judicarunt. Quandoquidem autem ea, quæ tertio loco commemoravi, effecta animadverterunt haud commode dictis qualitatibus manifestis explicari posse; promptum erat ipsis fingere qualitates occultas vel involutas: hujuscemodi effecta autem edi ratione dictæ totius substantiæ causati sunt. Inde factum est, ut virtutes medicamentorum proprium quemvis corporis humorem purgandi, vel peculiarem corporis affectum sanandi, vel quibusdam venenis resistendi, in classẽm qualitatũ occultarum distribuerunt. ²⁰

VII. Qua via autem aliquis ad manifestarum medicamentorum qualitatũ cognitionem pervenire possit, non omnibus eadem sententia est. Convenit utique inter nos si rudimenta Medicinæ consideremus, pleraque remedia fortuito primum reperta, crebriorique usu tandem confirmata, hominibus innotuisse: veruntamen, aucta exultaque præceptis Philosophiæ Medicina, aliter, ac assolebat, cœptum est rei incognitæ vires investigare. Sensuum enim, in primis gustus atque odoratus, adjumento, explorabant latentes cujus rei cunque qualitates. Sic Oribasius alique Medici, olfactus subsidio, omnibus odoriferis tribuerunt calefaciendi facultatem. Ita

[20] De his vide Ferneliũ in Phy- | caus. lib. II. cap. XVII. Sennertum in-
siolog. lib. II. cap. IV. & de abd. rer. | stit. Part. I. lib. V. sect. I. cap. II.

[21]

Ita Galenus, Ætius, Avicenna, aliique suadent res omnigenas gustatu investigandas, an sint acris amari, dulcis, acerbis, aulteri, falsique saporis. ²¹ Quibus indagatis suas cuique saporis vires adscribunt; quas autem, ut ingenue fatear, incertas, nisi experientia eas antea confirmasset. Explorata etenim prius alicujus rei proprietate potentiave, si quam dein vel odoris vel saporis cujusdammodi convenientiam in altera, etiam tunc incognita, observassent, ratiocinium inde elicuerunt, fore, ut utriusque sint similes virtutes. Exemplum, illustrationis ergo, dabo. Perspectus sit acerbus austerusve Pyrorum silvestrium sapor: cognitum itidem ab iis affatim, quin dicam mediocriter modo, commestis, fauces interioraque oris constringi, nec non alvum muneris sui immemorem reddi. Jam, si cuiquam aliquis rem, cujus vis adhuc incomperta, obtulerit: ille autem gustarit similem huic atque pyris sylvestribus saporem esse; quia & linguam & fauces quodammodo adstringi, nonne is ratiocinativum sequetur statum? si affirmarit, hæc utrimque convenire inter se de viribus. Quanto nunc res quedam dictis aut validiorem aut debiliorem linguæ saporem imprimit, tanto & ea aut minorem corpori adstrictionem importabit. Par judicium reliquarum esto facultatum investigandarum. Quod superest veteres dogmatici non rerum suarum se fatigasse rati sunt, si obiter gustus facultates modo memorarint: verum eas insuper putarunt interpretandas ratione multimodæ primarum qualitatum temperationis. Galenus igitur, & qui ejus decreta propagarunt, cum de ratione saporis, ejusque potentia diserturi essent, causabantur, quod adstringens, terrestre sit & frigidum: acidum subtile frigidum: amarum, terrestre subtile: acre, igneum, dulce, calidum, sed nondum urens: oleosum, æereum & aqueum: quod vero absque insigni qualitate, frigidum aqueum. Nec unquam versali hujus generis ratiocinationi immorati sunt duntaxat, sed speciosas, ex Mechanica petitas, causas, cuique

[21] Has qualitates & facultates memorant dicti auctores in locis, modo a me in notis 12. 13. 14. & 20. prolatis.

[22]

cuique sapor singulariter adscripserunt. Scilicet Platonis sectatores operam suam in huiusmodi Physiologia maxime professi sunt. Hoc pacto itaque saporum naturam descripserunt. Si quando res quaedam linguæ admota, vehementer siccet, & constringat, ipsamque in profundo exasperet, huiusmodi acerbam, hoc est intense austeram nominarunt. Quæcunque vero in contactu linguæ ipsam neque constringat neque contrahat, sed extergat eluatque, hanc salisam appellarunt. Quæ autem his adhuc amplius extergat simulque moleste exasperet, amaram vocarunt: quæ mordeat, & calore quasi intenso erodat, acrem: quæ sine calore mordeat vel pungat, habeatque præterea vim, si terræ affundatur, effervescendi, acidam: quæcunque vero sublinat, repleat sedetque exasperatas, & quasi erosas linguæ partes, ipsasque manifesta quadam jucunditate contingat, eam dulcem; sin vero, sine jucunditate id perfecerit, pinguem ejusmodi vocitarunt. 22

[22] Vide Galenum de simpl. medic. facult. lib. i. c. xxxvii. Plato in Timæo ita philosophatur. Venas a lingua, putat, ad cordis sedem, quas esse saporum nuntias tendi. Si quaedam in has incidant, ut humidam carnis mollitiem penetrando, ob terrestrem eorum naturam parum liquefacta, venas ipsas contrahant, arefaciantque, ea saporis huiusmodi parere. Videlicet asperiora, acerbum acremque, minus aspera, austerum & *poniticum*: quæ ultra modum illas purgant, linguæque inhærescant, abluunt, ut nitrum, ea amarum: quæ nitro mitiorem vim habent, ea salisam inducere saporem &c. Democritus suam cuique sapor figuram, ob quam res, sapidæ linguam aliter atque aliter afficiunt, adscripsit. *Dulcem saporem,*

esse, qui rotundus ampliusque est: acerbum, qui figura magna perficitur; asperum, qui multis angulis minimeque orbiculatus est: acutum, qui mole constat acuta, & nucis pineæ speciem gerit, & incurvus tenuis, nulloque orbe conglobatus est: acrem qui orbiculatus, tenuis angulatus atque incurvus est: salisam qui angulatus, magnus, distortusque est, & cruribus paribus constat: amarum, qui rotundus, levis atque distortus parva cum magnitudine est: pinguem, qui tenuis, rotundus, parvusque est. Hæc Theophrastus, de caus. plant. libr. vi. cap. i. r. At cap. i. idem octo saporum genera, ut dulce, pingue, austerum, acerbum, acre, salisam, amarum, acidum eodem fere modo, ut Platonis sectatores, exponit.

M

DIS-

DISSERTATIO VII.

DE

Magia, & Astrologia.

Magi, quod genus sapientum & doctorum habebatur in Persis, ¹ ortum duxerunt a Zoroastre, qui a Persis vocabatur *Zardust* i. e. amicus ignis: item appellabatur *Mog*, unde Græci vocabulum *μάγος* derivarunt ² Peromedus erat & cæteros astronomos sapientia superabat, & primus auctor magorum nominis apud ipsos recepti: Fuit autem quingentis ante bellum Trojanum annis. Circumferbatur olim ejus libri quatuor de natura; de gemmis unus: prædictionum ex inspectione libri quinque ³ Scripsit etiam librum *Eizishk-nâma* a Persis. i. e. medicorum librum, vocatum, in quo munia medici herbarumque vires ostendit. ⁴ Statuebat duos esse deos, quasi contrariis deditos artibus, ut bona alter, alter mala opera conficiat: illum per excellentiam Deum vel Oromazan, hunc, quem deteriorem, dæmonem vel Arefmanium appellabat. Illum maxime similem esse luci censebat, hunc tenebris & ignorantia: medium horum esse Mithram. Aliqui de magis dicebant Oromazen natum e luce purissima: Arefmanium vero e caligine: eisdemque bellum inter se gerere. Ex stirpibus
alias

[1] Cicero de Divin. libr. 1. & Diog. Laert. in Proem. scribit Persis, magos: Babylonis & Assyriis, Chaldæos: Indis Gymnosophistas: Celtis seu Gallis, Druidas, & qui Samnothei appellabantur, Philosophiæ fuisse auctores. Et *Suidas* in voce *Μάγος* Magi apud Persas Philosophi & Philothei i. e. Sapientia & Dei amantes vocantur, quorum princeps fuit Zoroastres.

[2] Hottinger. Hist. orient. libr. 11. cap. VII. §. 16. Mr. d'Herbelot Biblioth. Or. pag. 930 auctor est Zerdascht, vel Zardascht, vel Zerdoust eundem Zoroastrem significare, edocuisseque primum homines cultum & adorationem ignis.

[3] *Suidas* in voce *Ζωροάστρης*.

[4] Ejus mentionem facit *Hyde* de Relig. vet. Persar. cap. XVI.

[5]

alias boni Dei, alias mali genii esse judicabant. Eadem ratio est animalium. ⁵ Itaque prisca magi, ut ex jam dictis apparet, coluerunt bonas artes, collocaruntque omne suum studium pariter ac quondam Philosophi Græci assolebant, in doctrina ac sapientia.

II. Vulgus imperitorum vocat etiam magos, qui rebus naturalibus quædam mira & insolita, quorum ratio sensum & communem hominum captum superat, efficere norunt. ⁶ Hujusmodi ministrant Mechanica, Optica, Physica, & qui circulatoriam artem tractant.

III. Est & aliud magorum genus, qui sane mentem suam ad impias fraudes, & ad aniles plenasque superstitionis res versant. Illas, perhibent, veteribus & priscais ante diluvium universale hominibus primum ostendisse angelum Pharamur; ⁷ postea vero Chamum, Noachi filium easdem Misraimo filio suo, a quo Ægyptii & Babylonii & Persæ primordia generis duxerunt, tradidisse. Hunc gentes, quæ tunc erant, Zoroastrem, redivivum fidus, appellasse, admirantes primum magicæ artis auctorem. ⁸ Commemorant alii ⁹ Zoroastrem Bactrianorum regem Nino Assyriorum regi æqualem, qui

[5] *Plutarchus* de *Iside & Osir.* d'Herbelot *Biblioth. Or.* in voce *Magius* pag. 328. *La Religion de Zoroastre, qui pose deux principes éternels de toutes choses, a savoir la lumière & les ténèbres; le bien & le mal, un bon & un mauvais Dieu.*

[6] *Delrio* *disquis. magic.* libr. 1. cap. 2. Magia universim sumpta est ars seu facultas vi creata & non supernaturali quædam mira & insolita efficiens, quorum ratio sensum & communem hominum captum superat.

[7] *Synellus Chronogr.* ex libr. 1. *Enoch* de egregiis: *Pharmarus* princeps undecimus, veneficia, incantationes, præstigias & incantationum impedimenta docuit.

[8] *Clemens* *Recogn.* ad *Jacobum*

libr. 14. De *Chamo* narrat hæc *pseudeo Berofus* ab *Annio Viterbiensi* editus, vel potius confectus libr. 111. pag. 25. *Erat Noe filius ex tribus primis adolescentior Cham, qui semper Magica & venefice studens Zoroastri nomen consecutus erat. Is patrem Noam odio habebat, quia alios ultimo genitos ardentius amabat, se vero despici videbat. Itaque nactus oportunitatem cum Noe pater jaceret, illius virilia comprehendens ac itaque submurmurans carmine magico patri illudit, simul & illum sterilem, perinde atque castratum efficit, neque deinceps Noe semellam aliquam fecundare potuit.*

[9] Ut *Justinus* in *Epitome Trogi* libr. 1. *Eusebius præpar. Evang.* libr. x. cap. 3. & *Orosius* libr. 1. cap. 4.

qui primus dicitur artes magicas invenisse, & mundi principia Syderumque motus diligentissime spectasse.

IV. Primus de Magia commentatus est Osthanes, Xerxem regem Persarum bello, quod is Græciæ intulit, comitatus, ac velut femina artis portentosæ sparfit, obiter infecto, quacunq; commoverat, mundo. Hic Osthanes maxime ad rabiem, non aviditatem modo scientiæ ejus, Græcorum populos egit. Pythagoras, Empedocles, Democritus, aliiq; veterum Philosophorum Magiæ discendi causâ in Perfidem navigavere: hanc reverfi prædicavere: hanc in arcanis habuere ¹⁰.

V. Species Magiæ plures sunt. Namque ex aqua & ex sphaeris, & ex aëre & stellis, & lucernis, ac pelvibus securibusq; & multis aliis modis divina promittit; præterea umbrarum, inferorumq; colloquia: quæ omnia tamen Nero vana falsaque comperit ¹¹. Hæc inventrix ac propagator superstitiosæ ægritudinum curationis fuit: modo auctor est, ut ægrum vocabulis, a nemine hominum hæctenus intellectis, lingua susurralliquatur: ¹² modo ejusdem generis vocabula, chartæ inscripta,

[10] Plinius Histor. Nat. lib. xxx. cap. i.

[11] Ibidem cap. ii.

[12] Hujus generis est illud *Catonis* de Re rustica cap. clx. *Luxum ut excantat. Luxum si quod est, hæc cantione sanum fiet. Harundinem prende tibi viridem, p. iv. aut v. longam, medium diffinde, & duos homines teneant ad coxendices, incipe cantare in alio. S. F. motas vata daries dardaries asiaries diffunapiter, usque dum cocant. Ferrum insuper jactato: ubi coierint, & altera alteram teigerit, id manu prende, & dextra sinistra præcide. Ad luxum aut ad fracturam alliga, sanum fiet: & tamen quotidie cantato in alio. S. F. vel luxato; vel hoc modo, huat hanat huat ista pista sista domidannaustra & luxato, vel hoc modo, huat hanat huat sis-tar sis ardannabon dum-*

naufira. Ad Hæmorrhagiam narium sistendam vult Marcellus. de Medic. cap. x. ad aurem ejusdem partis, de qua per nares sanguis manat ter novies dici *στροκαυ στροκαυ*. cap. xv. hæc habet adversus Anginam. *Præcantabis jejunus jejunum, tenens locum, qui erit in causa digitis tribus i. e. medio, pollice & medicinali, residuis duobus elevatis, dices.* Exi hodie nata, si antea nata, si hodie creata, si ante creata, hanc pestem, hanc pestilentiam, hunc dolorem, hunc tumorem, hunc ruborem, has tolles, has tonsillas, hunc panem, has paniculas, hanc strumam, hanc religionem, evoco, educo, excanto, de istis membris medullis. Non modo memorati, sed etiam alii auctores habent plures hujus generis incantationes:

pta, jubet de collo, tanquam periamma, pendere, vel parti affectæ alligare, sanitatem amissam recuperandi ergo: ¹³ modo docet, ut animalia, ut plantæ, &c. quorum virtutes satis notæ, sint prius peculiari modo colligendæ, asservendæ, usurpandæ, antequam nugatorias, admirabilitatis plenas, vires edere valeant. ¹⁴ Sed hæc est omni in re animorum conditio

verum quis singula nugivendorum nugalia theorematâ recensabit.

[13] Exempli gratia e libro Marcelli de Medic. cap. viii. expromam remedium, quod mirifice, asseverat, polle- re, contra lippitudinem incipientem, si in charta virgine scribas, & collo dolentis licio suspendas *φυσφαραν*, & hoc præligamen purus cattus facias. cap. x. contra profluvium sanguinis e naribus tale habet, scribe in charta virgine, & collo suspendes lino rudi ligatum tribus modis ei, qui profluvio sanguinis laborat *ψα ψι ψη ψε ψζ ψα ψε*. Qui plura desiderat, is auctorem hunc, & Q. Serenium, & Trallianum & Paracellum &c. pervolvat.

[14] Vide Plinium Histor. nat. qui perplura enarrat animalia, vel aliquorum partes, & plantas, & lapides, ut ea sint secundum præcepta Magiæ colligenda, usurpanda. Ut autem quadantenus innotescat, quo ritu plantam solebant Magiæ dediti effodere, ac quibus verbis ei adjurare, dabo exempli gratia remedium contra podagram & omnem fluxionem ex Alex. Tralliani libr. xi. desumptam. *Herbam sacram, scribit, qua est alercum, alias Hyoscyamum, quum Luna est in Aquario aut Piscibus, effodito ante Solis occasum, radicem non attingens: ubi effodoris ipsam duobus sinistra manus digitis, pollice & medico, dicas. Loquor tibi, loquor tibi herba sacra: cras voto te in domum Phidie, ut sistas fluxionem pedum*

& manuum hujus viri, vel hujus mulieris. Sed adjuro tibi per nomen magnum Jaoth, Sabaoth: Deus qui terram firmavit, & fixit mare fluviis abundans fluentibus, qui exsiccatit uxorem Loth, & fecit eam statuam salinariam; accipito spiritum matris tue, terra, & vires ejus, & siccato fluxionem pedum aut manuum hujus viri, aut mulieris, Crastino die, ante exortum solis, accepto esse cuiuscunque animantis mortui, effodito radicem, & accepta ipsa dicit. Adjuro tibi per Sancta nomina, Jaoth, Sabaoth, Adonai, Eloii: ac in ipsam radicem salis pugillum conjicito, dicens: Ut sales hi non angebuntur, sic neque affectus hujus viri, aut hujus mulieris. Item extremam radicis partem agro alligato, cavens ne madescat, reliquum vero suspendito super crustiam diebus cccx. Cæterum Galenus in Præf. lib. vi. de simpl. medic. facult. commemorat, Pamphilum, Xenocratem Aphrodiensem, & Andream, viros de Re Herbaria scribentes, quos libris suis multa quoque mendacia, multasque verborum præstigias, inseruisse. Inprimis vero Pamphilum, in libro, quem de plantis composuit, fabulas aniles præstigiâque qualdam Ægyptias, junctis nonnullis incantationibus, quas, cum herbas colligunt, admurmurant, tradidisse. Auctorem porro esse, ut eæ similiter atque periapta, in usu sint: quas tamen, si ita secundum doctrinam Pamphili de collo suspendantur, non solum

tio (liceat mihi sententiam Plinii afferre) ut a necessariis orsa primo, cuncta pervenerint ad nimiam: tandemque ad abufum, qui plerumque omnis generis errorum parens est. Siquidem vero remedia magica partim ridicula partim superstitiosa, atque adeo effectum, si quod subinde edant, nulla ratione investigari explicarique nequeat, jure meritoque ideo a prudentibus in arte Medica irridentur & in exilium ejiuntur. Quippe inter omnes plerosque medicos, de plebejis non loquor, constat, Medicinam esse artem, quæ experientiæ & Rationis pariter auctoritate nititur.

VI. Ad Magiam nonnulli referunt curationem *magneticam*, *sympathetico* vel unguento vel pulvere institutam. ¹⁵ Hanc quondam ad affectus corporis exteriores potissimum adhibebant; verum non ita diu quidam contendebant eandem quoque ad morbos interiorum partium sanandos esse accommodatam, & ægrum posse æque eminus per nescio quas urinæ ægroti exhalationes, si utpote ea cum re quadam, vi, ut vocant *sympathetica*, referta permisceatur & coquatur, ac cominus usu medicaminis idonei, sanari. ¹⁶ Sed usus edocuit hujusmodi curationem paucissimis, imo hominibus simplicibus & credulis tantum, auxilio fuisse. Eadem ratio est morbi per-

manganeas curiosas & a Medicina alienas; sed etiam universim esse falsas, Pamphilus præterea gloriabatur se talia reperisse in libello quopiam ex iis, qui Mercurio Ægyptio inscribuntur, continente triginta sex sacras horoscoporum herbas. Ex hoc libro se incantationes, transformationes, & decanorum demoniorumque herbas sacras, didicisse. Galenus aspernatur hujusmodi nugas, verbisque illum perstringit merito: laudat e diverso Dioscoridem, quod quinque libris omnem materiam medicam absolverit: laudat Asclepiadem, Heraclidem Tarentinum, & Cratevam de præparatione aut probatione medicinarum scribentes: laudat Manteiam, quod de iis,

quæ secundum locos, ut de purgantibus & propolis & Clystis, scripserit: Apollonium, quia de facile parabilibus remediis. Quin etiam laudat Hippocratem, Euriphontem, Dieuchem, Dioclem, Plitonicum, Praxagoram, Herophilum, Nigrum; quos omnes, citra superstitionem & præligias, haud modicam curam ad medicamentorum scientiam contulisse.

[15] De his vide *Paracelsi* archidox. magic. libr. 1. Crolli Basil. chym. & volamen, quod titulo *Theatri sympathetici* aucti, in lucem M DC LXII. Norimbergæ editum est.

[16] De hujus generis curatione *Hawwig* libellum in lucem edidit.

permutatio, quam *transplantationem* vocant. Capiunt enim aliquod ex aegroti excrementis, ut salivam, urinam, stercus &c. vel pilos vel ungues &c. Quod cum esca mixtum bruto cuiusdam animali ad devorandum porrigunt, vel per se arbori perforatae infundunt, vel ejus radicibus affundunt. Quomocunque experimentum fuerit captum, persuasissimum habent, aegritudinem corporis de homine in dictorum aliquod migraturam, & *sympathiam*, ubi causam curationis ab iis petiveris, censent facere utramque paginam. ¹⁷

VII. Non minus certe astrologi, Medicinæ sese immiscentes, quam magi, vani fallacesque sunt. Tantum ab explorata ratione, quæ præceptis firmis stabilibus, conjunctis naturæ innitur, absunt, ut vix quicquam quam hypotheses, similitudines & conjecturas in medium proferant. Sed ut horum rationes & præcepta, quæ de Astrologia tum veteres tum recentiores dederunt, quodammodo innotescant, placet præcipua hujus artis capita & fundamenta attingere.

VIII. Astrologiam, ajunt, esse doctrinam, quæ ostendit vires stellarum, cognitæ perpetua experientia, & qualitates, temperamenta, & inclinationes in elementis & corporibus hominum, ortas a luce & motu stellarum. ¹⁸ Hanc artem, Luciano auctore. ¹⁹ Æthiopes primum tradiderunt, & finitimis Ægyptiis imperfectam impertiverunt. Ægypti; vero divinandi rationem, quam ab illis dimidiatam acceperunt, in majus provexerunt. Aiebant alii, teste Cicerone ²⁰ quadraginta & septuaginta millia annorum in periclitandis experiendisque pueris, quicumque essent nati, Babylonios posuisse.

IX. Quod vero ad Disciplinæ fundamenta attinet, non modo veteres Chaldæi Astronomiæ longe peritissimi, ponebant, quod terrena consensionem, quam *sympathiam* vocant, cum cœle-

[17] Vide *Helmontium*, de magnet. vulner. curat. *Maxvellum* de curat. magnet. *Bartholini* centur. histor. anat. *Ersmulleri* instit. phys. thes. xiv. & therapeut. cap. 11. §. 6. usque ad finem capit.

[18] Ita *Peucerus* de Divin. cam descripsit.

[19] In Dissert. de Astrolog.

[20] Libr. 11. de Divinat.

cœlestibus habeant, & ex horum influentiis illa semper innoventur: ²¹ sed credebant & plurimi medicorum tum veterum, tum recentiorum, complures corporis ægrotudines astrorum influxu procreari. Ne vero aliquis contortius concludat, astrologos in summa inanitate versari, nec quicquam, quod exploratæ rationis sit, afferre posse, ex recentioribus Peucerus concedit quidem, Astrologiam pauciores habere demonstrationes τῆς δὲ ἑστῆς, ejus quod causam rei explicat, non tamen destitui altero genere ἀποδείξιον τῆς ἑστῆς, demonstrationis ejus quod est, inchoato ab observatione, absoluto autem ac stabilito consentiente experientia & rationibus a posteriori collectis. v. g. tam certum esse lunam ex Tauri & Cancri sidere commotam effundere humiditates, quam aquam humectare: tam certum esse, Martis cum Venere congressum, gignere natura falaces & in libidinem proclives, quam certum est Venere a medicamentis concitari. ²² Veteres astrologi nitentur plurimum hypothese speciosa, & auctoritate, vel Ægyptiorum, vel Babyloniorum, ut Petosyris, ut Necepsonis, & aliorum, hominem ad naturam mundi, similitudinemque formatum, iisdem principiis, quibus ipse mundus regitur & continetur, perenniter perpetuitatis sustentari comitibus, statuentium ²³.

X. Peucerus censet astra agere in naturam elementarem, in eaque ciere & miscere primas qualitates, & corpora ex elementorum mixtione orta de integro afficere, quin etiam astra ut totius corporis & partium cæterarum, sic cordis crasin, formare. ²⁴ Quid? quod unusquisque fere in singulos dies sentit, principes corporis partes, & eos, qui huic inserviunt humores & spiritus alio atque alio modo diversis cœli constitutionibus affici. Languemus quandoque, scribit, ante, contra rectius valemus, lætamur, aut subito in mœsticiam labimur: inter-

[21] *Sextus Empiricus* libr. adv. *Mathematic.* cap. xxxi.

[22] Ita *Peucerus* capit. de *Astrologia* pag. 175. & 179.

[23] *Julius Firmicus* libr. iv. in *Præf.* plura. Vide *dissert. X.*

[24] Ita de *Divin. generib.* & incant,

[25]

interdum omnia ex sententia succedunt, vigemus sensibus, & ad quælibet perficienda apti sumus; aliquando autem citra nostram voluntatem, vel sine ulla causa fontica ad eadem peragenda inhabiles sumus. Tantum abest, ut hæc & similia nobis sine causa accidere possint, ut potius nobis de alia causa, superne in nos effecta ejusmodi producente, cogitandum sit. ²⁵ Nec Stoici stellarum in hæc inferiora agendi potentiam inficiati sunt, maximeque earum, quæ errare dicuntur, quorum tantum esse concentum ex dissimillimis motibus, ut, cum summa Saturni refrigeret, media Martis incendat, his interjecta Jovis illustret & temperet, infraque Martem duæ Soli obediant, ipse Sol mundum omnem luce sua compleat, ab eoque Luna illuminata gravidates & partus afferat, maturitatesque gignendi. ²⁶ Stellam Jovis aut Veneris cum Luna conjunctam, astrologi jamdudum teste Cicerone ²⁷ salutarem ad partus puerorum censebant: Saturni Martisque contrariam. Ex astris Lunam Firmicus ²⁸ statuit, in primis mortalium vitæ præcipuam dominatricem: nempe prout ea plurifariam cæteris planetis duodena cœli statione vel vicina, vel distita; conjuncta aut opposita, extiterit. Quinimo Lunam Galenus ²⁹ considerat ut principem non mediocrem, inter Solem & nos in medio constitutam, quæ terram merito gubernet, non potentia, sed vicinitate cæteros planetas exuperans. Avicenna ³⁰ putat cerebrum & humores corporis augeri vel minus, prout Luna aut increfcit, vel decrefcit. Plinius ³¹ item censet Sidus Lunæ esse, quod terras faturet accedensque corpora impleat, abscedens inaniat, ideo cum incremento ejus augeri conchylia, & maxime spiritum sentire, quibus sanguis non est. Sed & sanguinem hominum etiam cum lumine ejus augeri ac minui. Et Actua-

rius

[25] Idem de Astrolog.	[29] De dieb. decretor. libr. 111.
[26] Ita Balbus apud Ciceronem de Natur. Deor. libr. 11.	cap. 2.
[27] De Divinat. libr. 1.	[30] Libr. 1. Fen. 14. Doctr. v. cap. XXI.
[28] Libr. 111. cap. XVI.	[31] Hist. Nat. libr. 11. cap. XCIX.
	N
	[32]

rius ³² ait: *Siquidem quod reliquis propius ad terram accedat, & magnas ex suis incrementis decrementisque sustineat mutationes, prompte nostra quoque corpora una mutantur.* Quantum vero ad substantiam humani corporis completo vitæ cursu attinet, Firmicus putat, id simili ratione, veluti majorem mundum, dissolutum iri. ³³

XI. Obretractores Astrologorum atque adversarii exprobrant ipsis causarum obscuritatem, easdemque potius speciosas quam veras esse. Quid? quod non dubitant asseverare, vanam superstitiosamque esse Astrologis scientiam: judicate enim, inquirunt, quæ potest contagio ex infinito pæne intervallo pertinere ad terram & efficere, ut homines alii alio

[32] Method. Medend. libr. II. cap. IV. His adde, quæ habet Guil. Piso Hist. Nat. & Medic. Ind. de incolis Brasiliæ. Plenilunio, scribit, ac novilunio, imo & quadrantibus singulis, atterationes manifestas corpora recipiunt. Quo fit, ut Medici non nisi necessitate urgente medicamenta propinent, tunc enim dolor exasperatur, & seipsum habet aeger. Idem cogita de Solis motu diurno, supra fidem circa meridiem, biliosi morbi, nocte vero pituitosi, ingravescent. Motus Luna diurnus non minus, quam mensis, mutationes evidenter suscitans, observatu dignissima operatur. Singulis enim sex horis accedente mari morbum ingravescere ac dolores exacerbari, vicissim sex aliis, quibus mare recedit, cruciatus paululum minui & mitigari, ipsi ægri attestantur. Et quod magis est, rarissime aliquem mari accrescente, sed potius decrecente, interire. Hæc non modo ægris acuto quodam morbo, sed e fluxionibus & plenitudine laborantibus, imo & parturientibus usu venire. Ita ut validissimæ hujusmodi influentiæ, & occultæ cæli marisque qualitates, eisdem affectus nascenti & denascenti impertiri videantur.

[33] Hominem nempe ad imitationem mundi, & similitudinem esse formatum; mundi vero ἀποκατάστασις i. e. redintegrationem per ἐκπόρσιν aut κατακλυσµος fieri consuevisse. Namque exultionem diluvium, hoc est ἐκπόρσιν κατακλυσµος sequi. Nulla enim alia re exultas res posse renasci, nec ulla re alia ad primitivam faciem, formamque revocari, nisi admixtionem, atque concretus pulvis favillarum omnium, genitalium feminum collectam conceperit fecunditatem. Haud dispari ratione corpus hominis esse comparatum. Quotiescumque enim naturali caloris ardore, id nimis laxatum, humorum inundationibus evaporat, ita semper, aut ignito ardore decoquitur, aut nimia desudatione dissolvitur, nec aliter prudentissimi. Medice artis interpretes, substantiam humani generis, naturali pronunciant sine dissolvi, nisi aut humor ignem dissolverit, aut calore rursus dominante extinctus medullitus ignis aruerit. Sic omnifariam ad imitationem Mundi hominem artifex Natura composuit, ut quicquid substantiam Mundi aut dissolvit, aut format, hoc etiam hominem & formaret, & absolvet Idem libr. III. cap. I.

[34]

alio modo se habeant. Persuasissimum itaque habent astra ple-
 raque (Solem cum Luna excipiunt) ob dictam immensam
 intercapedinem, seu intervallum, quo a Tellure distant, nul-
 las ad nos mittere exhalationes vel influxus, quæ nos notabili-
 ter afficere valeant. Similes utique astrologos esse, pergunt; istis
 philosophis, quorum conatus Luciani Menippus irridet. Hi
 namque, quamvis humi ingrediantur, tamen & cœli terminos
 perspicere se profitentur, Solem quoque ipsum dimetiuntur,
 & quæ supra Lunam sunt, aggrediuntur: ac perinde quasi
 ex ipsis delapsi stellis, ita & magnitudinem illarum & figu-
 ram explicant. Et sæpe numero, cum forte ne illud quidem
 certo sciant, quot stadiis a Megara absint Athenæ: tamen
 spatium, quod Solem inter & Lunam est, quot sit cubito-
 rum, audent pronunciare. ³⁴ Et tamen parvi momenti hæc
 sunt, quæ veteres astronomi de magnitudine deque stellarum
 alterius ab altera statuerunt distantia; si illorum cum re-
 centiorum dimensione distantia magnitudinisque astrorum
 quispiam comparaverit: certe non admiratione tantum afficietur,
 sed obtupescet profus. Verbi causa. Recentiores observa-
 tionibus variis nixi ponunt, imo persuasum habent, intervallum,
 quod inter terram & Lunam interjectum, esse xxx circi-
 ter diametros terræ: & Lunam terra septies novies minorem
 esse. Intervallum inter Tellurem & Solem interjectum qua-
 dringentis majus esse, quam quod Lunam inter & terram
 est. Et Solem ad minimum sexagies centena millia Luna, &
 duodecies centena millia Tellure, majorem esse. Intervallum
 inter Jovem & Solem quinquies: & quod Saturnum inter &
 Solem decies, majus esse. Sesqui autem minus esse interval-
 lum inter Solem & Venerem, quam quod inter Solem & Ter-
 ram interjectum est. Quid? Stellarum fixarum proximam a no-
 bis tricies millies distare magis, quam Solem. Et, ut cujusdam-
 modi cogitatum de tam immenso ac infinito astrorum spatio,
 suggeram (quantumvis non dissimulem id ne in cogitationem
 quidem cadere posse) proferam, ut aliqui calculis subductis
 rem

[34] Ita Lucianus in Icaro Menippo.

rem declarant. Globum tormenti bellici, *balle du Canon*, *Canon Kogel* vulgo, ajunt, singulis horæ momentis secundis perficere viam centum hexapedas plus minus longam. Qua posita globo cadem celeritate ac vi moto necesse esse ad perficiendam longitudinem Terræ diametri, quem sexagies quinques centena triginta octo millia & quingentas hexapedas longum, octodecim horas & decem momenta. Tricies, dicti temporis i. e. viginti duos dies septendecim horas dictus globus impendat, necesse esse, antequam ad Lunam pertingat: duodecies millies. i. e. prope viginti quinque annos, antequam ad Solem: septies centena quinquaginta millia annorum priusquam ad stellam fixam nobis proximam: ad remotissimam tandem fixam, bis millies centena millia annorum. ³⁵ Sed quis hui non dicat? qui secum cœlestium admirabilitatem rerum reputaverit. Quorusquisque inficiabitur, quæ memoravi, incredibilia sane & portentis similia esse. Ego demiror utique vastitatem corporum cœlestium, & immensum spatium, quo a Tellure non modo, sed a se mutuo longissime distant: nihil dicam de pernecitate, qua in orbem indies circumferuntur: quæ singula, fateor, adeo magna, adeo immensa & admirabilia, ut acies ingenii & mentis ea vix aut omnino non perspicere possit. Et tamen, quomodocunque dicta se habeant, complures homines, astrologos vel mathematicos vocant, id negotii sibi dant, ut ostendant astra plerorumque eventorum, quæ sive telluri generatim, sive ejus incolis speciatim accidunt, causam esse. Sed sumunt res non concessas, & ex illis efficiunt, quod velint.

XII. Alii tamen, quantumvis non negent speciosam ab astrologis potius quam veram dari rationem, censent præter Solem & Lunam, quorum virtus in hæc inferiora inter omnes homines constat, astra cætera, quantumvis longissime
a no-

[35] Voyez Mr. Hartsoeker conjectures physiques Discours II. art. IV. & v. & Essay de Dioptrique chap. x. art. LXIII. item Hugenii Cosmotheorum part. II. qui lepide de magnitudine cœlestium corporum eorundemque constitutione & incolis philosophatur.

a nobis diffita, efficere, ut multifariæ cujusvis anni oboriantur vicissitudines non modo tempestatum diversarum; sed etiam fertilitatis aut sterilitatis Terræ, morborum diversorum adversus omne genus animantium grassantium, &c. Namque si Sol, si Luna, (ita argumentantur) soli essent omnium effectuum, in hoc globo terraqueo evenientium, auctores: oporteret quolibet anno, quando dicti planetæ anniversaria vicissitudine sive in australem sive in borealem tendunt plagam, eadem effecta producere. Exempli causa quatuor anni tempora deberent semper se quotannis æquabilia præbere; siquidem memorati planetæ eundem locum fere in signifero orbe, & etiam in meridiano nostro, occupare, velut antehac, cum aut ver aut æstas, autumnus aut hyems, esset. Ast quia experimur annum calidiorem, frigidiorum, ventosiorum, sicciorem, &c. & has cœli qualitates insequi vel fertilitatem, vel sterilitatem terræ, tempestates, fulmina, turbines, imbres, morbos omnis generis animantia infestantes, & sexcenta alia. Igitur consequens est illud, ex dictis colligunt, ut Sol, & Luna, non singulorum effectuum, qui in Tellure nostra oboriuntur, soli & auctores & actores sint: sed sit præter dictos aliquid, quod talis annorum diversitatis causa est. Objectanti Deum hoc universum moderari, respondent Eundem ipsum, cum Mundum crearet, singulis creaturis ordinem ac motum indidisse peculiarem, quem illæ, quamdiu erunt, servabunt. Deum itaque sentiunt esse omnium, quæ in hoc universo contingunt, causam universalem: singulares autem varias, suam cuique individuo propriam esse. Quod autem anni non sint uniusmodi, rationem aliam hujus effecti, existimant, nos indagare nequire, quam si confugiamus ad peculiare astrorum constellationes, conjunctiones, positus, & nescio ad quid amplius, de cœlo stellifero in hæc sublunaria effectum suum edens.

XIII. Alii, quamquam concedant aliam atque aliam siderum posituram plurimorum effectuum, & Telluri & ejus incolis universum ac generatim accidentium, causam esse;

attamen addubitant, num eadem astra habeant in quaslibet res singularem influentiam, vel contagionem, unde, v. g. aliquis derivare in hominem quemquam omnimodos casus, morbos, mortem, &c. possit, atque prælagire ea etiam nunc futura. Quemnam calculum, inquiunt, subducturus est Astrologus in determinando principio vero hominis, nunc demum nati, vel morbo correpti, vel periculum aliquod subeuntis, &c. Quippe Mathematicis ipsis in confessio est, ignorato vero partus & cæterorum initio, quod horoscopus vel genituram vocant, se, quamvis accuratissimam diligentiam adhibuerint, nullum apotelesma, vel natalitia prædicta dare, conficereque posse: quoniam astrorum positus, ratione commotionis perpetuæ, singulis momentis quodammodo variant. Quid? quod quidam Astrologi solent ponere duplex hominis initium, alterum, quando ex concubitu utriusque sexus fit conceptus: alterum, ubi infans nascitur: ³⁶ verum utrumque maxime ambiguum est, siquidem non constat prorsus, quo horæ momento, immo secundo, adeo accuratum enim calculum ducunt, fœminam concepisse; per raro enim, quin dicam nunquam, accersitur aliquis, qui, dum conjuges Veneri vacant, observet in horologio, in cœlo, vel & in globo, in astrolabio, exquisitum tempus, ut & fiderum positum. Eadem ratio partus est; ubi interdum infans aliquot horis, imo diebus, disruptis secundis, utero inhæret, antequam vel ob vitium sui, vel matris, nascatur. Quid? quod uno eodemque temporis puncto nati dissimiles & naturas & vitas, & casus habent; parumne declarant, nihil ad agendam vitam nascendi tempus pertinere? Nisi forte putamus neminem eodem tempore ipso & conceptum & natum, quo Africanum. ³⁷ Quæ cum ita sint, concludunt, ambiguas & vanas esse astrologorum observationes, prædictiones: imo Mathematicis in prædictione & in notatione cujusque vitæ

cx

[36] Vide *Cl. Ptolemæi*. Quadripar. Etorem commentarium. lib. III, cap. I. & Cardani in hunc aut. [37] Ita *Cicero* de Divinat. lib. II. [38]

ex natali die minime esse credendum. ³⁸ Imo ipsis permirum videtur, quemquam extare, qui etiam nunc credat iis, quorum prædicta quotidie videat re & eventis refelli. Generalem quidem astrorum in orbem terrarum influxum agnoscunt, eundemque in ejusdem generis corporibus eodem tempore, ac uno modo efficientiam suam edere; at singularem seu propriam quibuslibet individuis, pernegant. ³⁹ Quid? inquirunt, dissimilitudo locorum nonne dissimiles hominum procreationes habet? Quid inter Indos & Persas, Æthiopas & Syros differat corporibus, animis, ut incredibilis varietas dissimilitudoque sit. Ex quo intelligi ajunt, plus terrarum situm, quam Lunæ tractum ad nascendum valere. ⁴⁰ Sua faciunt, quæ olim Socrates dicere solebat. Nempe homini omnino non curandum esse, ut per cœlestia corpora futurorum, quæ in potestate divina sunt, cognitionem inquirat. Nec enim posse homines illa cognoscere, nec Diis gratum esse, si quis ea, quæ illi occultarunt, curiosè diligenterque perquirat. ⁴¹

XIV. Perspèctis iis, quæ Philosophi de Astrologis, utramvis hominis fortunam &c. prædicentibus, in contrarias partes disputant, superest tradere Medicorum de Astrologia opiniones. Multi enim medici, astrorum scientiam medico necessariam judicarunt: In primis vero prisca Ægyptiæ eam magni fecerunt, dederuntque pene de eventu morbi præfagium, quin prius posituram stellarum contemplati fuerint. Imo adeo fuerunt Astronomiæ studiosi, ut non dubi-

ta.

[38] Hæc Cicero de Chaldæis libr. 11. de divin. §. 87. & 88.

[39] Vide plura argumenta, quibus Chaldæorum rationes iupugnantur apud Sextum Empiric. advers. Mathematic. quibus autem Peuceerius responderet, astra quidem inclinare, verum non necessitare. Quippe voluntatem actionum dominam ab astris ingenerata ac tradita vitia, meditatione atque exercitatione tollere posse, aut corrigere, & frenare. Thonerus Epistol. Medic. philos. libr. vi. Epist. xiv.

Licet tres prædictiones comprobavit, quas eventus, narraverit, nauci tamen habet astrologorum scientiam & hanc variis rationibus delumbat. Vide etiam Johnstonii, Thamaturg. libr. 1. cap. viii.

[40] Ita Cicero de Divinat. libr. 11. Quin etiam Hippocrates libro de aëre aquis & locis eodem modo philosophatur.

[41] Xenophon libr. iv. de factis & dict. Socrat. & Eusebii præp. Evang. lib. xiv. cap. 111.

[24]

tarint hominis cujuslibet temperamentum, incolumitatem, infirmitatem, tempus Medicinam faciendi, &c. stellarum adminiculo invenire. ⁴² Antiquissimus Medicinæ auctor, Hippocrates, itidem statuit astrorum exteriorem esse in corpore circuitum, Solis medium, ad cavitates vero Lunam: ⁴³ & hinc inde monet medicum, ut astra observet; præsertim vero tempestates, quæ circa exortum Caniculæ, Arcturi, juxta & Pleiadum occasum contingunt. ⁴⁴ Et plerique veteres Medici, ut auctor est Diocles Carystius, solebant prænotiones morborum secundum omnimodas Lunæ luminis & motus vicissitudines conficere. ⁴⁵ Ex recentioribus Medicis Ballonius Astronomiam medico necessariam esse judicat. ⁴⁶ Nec omnino vanam prædictionem ex astris habuit Petrus Borclius. ⁴⁷ Tassinus, quamquam Jureconsultus, non dubitavit scribere ⁴⁸ eum, qui Astrologiæ ignarus tam longe a Medicina abesse, ut non medicus, sed impostor dici debeat, Inprimis Welschius ⁴⁹ in exquirenda morborum curatione curiosus est, dum insimul, facta morbi historia, appingit schema cœli, quale id erat per id tempus, quo æger decubuit, & quousque convaluit. Et, ut singularia quædam attingam. Tum

ex-

[42] *Ptolomæus* Quadrip. libr. 1. cap. 111. memorat libros, ab Ægyptiis offensores Medicinæ vocatos, in quibus Astrologia, quatenus Medicis ex usu est, fuisse traditur.

[43] Libro de Insomniis.

[44] Libr. de aère, aquis & locis. Et libr. 1. de Dieta. Oportet medicum etiam pernoscere hominis naturam & corporum staturas ac ætates, & ad tempora & ad mutationes ventorum, & ad situs regionum, in quibus degunt, & ad anni constitutionem, ac statum proportionem. Quin etiam astrorum ortus & occasus cognoscere oportet, quo mutationes, & excessus ciborum ac potuum & ventorum & totius mundi, ex quibus sane morbi hominibus oriuntur, observare sciat.

[45] Vide librum, cui titulus Mathematicæ scientiæ prognostica de decubitu infirmorum, Galeno adscriptum. In quo auctor agit, quid rei portendat, si aliquis, Luna in omnimoda Zodiaci constellatione posita, morbo correptus fuerit. Item Rabbi Mosi prognoses Hippocratis secundum variam Lunæ in Orbe signifero posituram. Librum in lucem edidit Alexander de Appennatis cum præfatione Haly.

[46] Vide libr. 1. Epidem. & Ephemerid. pag. 48.

[47] Vide Historiar. Observat. rarior. Medicophyl. cent. 11. Observ. xciv.

[48] Libr. VIII. operis Mathematicæ canon. 1. super Ægritud.

[49] Vide ejus decades curationum.

[50]

existimarunt veteres, suam cuique fideri ditionem in homine esse, in quam unumquodque ratione duodecatemorii præcipue efficacitatem edere. Ita, Manilio ⁵⁰ auctore, Aries potitur capitis: Taurus colli: Gemini amborum brachiorum: Cancer pectoris: Leo laterum & scapulæ: Virgo ilium: Libra clunis: Scorpio inguinis: Sagittarius femoris: Capricornus utrorumque genuum: Aquarius crurum: Pisces denique pedum. Idem iudicium Planetarum esto, quibus Astrologi quoque peculiaria membra adscripserunt, credideruntque illos in hæc potissimum dominari. Scilicet opinati sunt, Ptolæmæo auctore, ⁵¹ Saturni in potestate esse hominis aurem dextram, splenem, vesicam & phlegma: Jovis, tactum, pulmonem, costas, cartilaginem, & semen genitale: Martis, aurem sinistram, venas & testiculos: Solis, visum, cor, cerebrum, & nervos: Veneris, odoratum, carnem, & epar: Mercurii, linguam, fel atque nares: Lunæ, stomachum, ventrem, muliebriaque pudenda. Paulo aliter Firmicus tradit stellarum erraticarum potentias: scribit enim ⁵² Saturnum ex corporis partibus habere dextram aurem splenemque ac Melancholiam: Jovem, aurem sinistram & epar: Martem epar cum Jove, naresque cum Venere possidere. Solem caput;

[50] In Astronom. libr. II. cap. XII.

— Aries caput est ante omnia princeps
 Sorritur, consusque sui pulcherrima colla,
 Taurus, & in Geminis aequali brachia forte,
 Scribuntur connexa humeris, pectusque locatum
 Sub cancro est, laterum regnum, scapuleque Leonis.
 Virginis in propriam descendunt Ilia sortem.
 Libra regit clunes, & Scorpius inguini gaudet.

Centauro femora accedunt, Capricornus utriusque.
 Imperat in genibus, crurum fundentis Aquari
 Arbitrium est, Piscesque pedum sibi jura reposcunt.

De horum duodenorum signorum natura, forma, qualitibusque omnis generis corporis ægritudines producendi, vide etiam *J. Firmici* libr. II. cap. XII. ut & libr. Galeno adscripr. de spermate cap. XVI. & XVII.

[51] Quadripart. libr. III. cap. XII.

[52] Libr. II. cap. X. & ibi stellarum omnium erraticarum ducatum indicat.

O

[53]

put, spiritumque ac dextrum oculum : verum una cum Marte nares : Mercurium os linguamque, & orationis humanæ adjuatrices manus : Lunam denique finistrum oculum.

XV. Equidem non diffiteor astrologos non habere rationes inconcussas, quibus id, quod contendunt, possunt planum facere : verum eorum adversarii præterea declarant, cuncta ab astrologis prolata decreta esse mira incredibiliaque otiosi cerebri portenta, figmenta, lusus : quæ, ut facile adstruantur, ita & facile destruantur. Nam quis nostrum non admiratione capitur, instant, astronomos sidera plurima nominatione hominis, bestiarum, &c. cooptasse : cum tamen nemo hominum, præter eum, qui talem sibi fingit, aliquam effigiem ut Virginis, ut Leonis, &c. in cœlo stellifero, conspicit. Et hæc est prima, quam posuerunt hypothesein. Huic iterum aliam, non minori, quam prior erat, ambiguitate refertam, apponunt. Exempli gratia. Leo est animal in terra calidum, ferox, robustum, &c. Igitur Leo est signum in cœlo fixum, unicorporeum, quadrupes, irrationale, medium inter domesticum & sylvestre, libidinosum, igneum, Cholericum, &c. ex quibus sumptis concludunt homines, qui hoc signo nascuntur, id est, si Luna in eo fuerit inventa, reges erunt similiter, ac principes, pulchro honorum stemmate decorati, divites : sed infenso quodam superbiæ spiritu elati, sævi, crudeles, &c. ⁵³ Si jam aliquis, quod primo loco positum erat, inficias iverit, corrui omne, quicquid tam debili fundamento superstructum fuit. Atqui potest prima hypothesis negari, quia non demonstratum est constellationes debere ita, ut assolent, & non aliter appellari. Gaffarellus videt in astris literas Hebraicas, ⁵⁴ Crusius videt in Zodiaco duodecim Patriarchas, Cellarius duodecim Apostolos ⁵⁵ aliam alius Chimæram videt. Siamenses Zodiacum modo par-

[53] Tali pacto singula Zodiaci signa describit *Firmicus* lib. 11. cap. xii. [55] Vide ejus tabulas æri incisas
[54] In fine libri curiositat. inaudit. | cœlum stellatum Christianum repræsentantes.

[55]

partiuntur in duodecim signa, secundum mensium numerum: modo in viginti septem partes, secundum dierum numerum, quo Luna Zodiacum percurrit: modo in triginta, secundum numerum dierum, quibus Luna ad Solem redit.
 56 Ergo prout quispiam consuetis cœli constellationibus vel stellam annumerarit, vel de illis unicam modo dempserit, illico alia constellationis facies erit. Quæ cum ita sint, liquet inde scientiæ astrologorum vanitas, & vis maxima erroris, sed in viam.

XVI. Inter astra maxime planetis astrologi tribuerunt vim morbos producendi. Exempli gratia, ut ne nimius in scribendo sim, unum atque alterum afferam. A Saturno defluens Luna, scribit Firmicus, si feratur ad Solem, faciet insanos, lunaticos, caducos, hydropicos, elephantiacos. A Saturno defluens Luna, si Mercurio se stellæ conjunxerit, & fuerit minuta luminibus, aut sonum vocis impedit, aut aures obtundit, sed corpus eorum, qui sic habuerint, misera fatigatione destillat: facit enim melancholicos, ictericos, spleneticos, pthysicos, hydropicos, pleuriticos, & angusto meatu cum acerbo doloris incommodo vesicæ tumore constructos.
 57 Eodem modo & Ptolomæus memoriæ prodidit planetas
 &

[56] Ut habet Monf. de la Loubere descrip. Royaume de Siam Tome second.

[57] Ita idem libr. iv. cap. 11. Pari modo ratiocinatur, si defluxio Lunæ ad cæteros planetas contigerit. cap. 111. iv. v. & seq. agit de Luna a stella quadam erratica ad aliam defluente, & omnigenam corporis valetudinem efficiente. Quantum vero ad cognitionem hujus doctrinæ attinet, eandemque non facile assequuturos, ratum habet I. Firmicus in Præf. libr. iv. si perpendamus ad disciplinæ præcepta Lunam aut *synodicam*, aut plenam, aut *dichotomom* i. e. in duas partes dissectam, aut *monoidem* i. e. uniformem, aut *amphicyrton* i. e. gibbo-

sam, utrimque quasi inflexam, & per has mutatas formas cursu menstrui luminis complere *Hæc itaque luminis ejus, vel augmenta, vel damna, & diversarum formarum mutabiles species, & primo natali die, genituram tractantes, & tertio rursus die debemus diligenter inspicere*, præcipit auctor, ac quibus se *conjungat, & a quibus defluat, vel recedat, & quatenus se post primam conjunctionem secundis conjunctionibus societ, quibus etiam præveniens se jungat, quando per alium feratur, quas stellas trigonica, quas quadrata, quasve diametra radiatione respiciat; quando, & ad quas stellas plena feratur, & minuta luminibus, qualiter conditionis sue stellis jungatur, quando in*
 O 2 *eadem*

& reliqua astra influxu suo in animantia omnimodorum causam morborum esse. ⁵⁸ Ita etiam operibus Galeni inserti sunt libri prædictionum, ex astris petendarum. Eiusdem generis sunt Rabi Mosis prognostica, ut & capsula eburnea auctoris incerti. Ad unum omnes persuasum habent juxta omnigena Lunæ in signis Zodiaci schemata, ut & omnifariam planetarum aut conjunctionem aut disjunctionem oriri omnis generis morbos.

XVII. Neque vero subititerunt tantum in causa cujuslibet morbi ex astris petenda; verum etiam astra observarunt remediorum morbo cuiusvis adhibendorum causa. Nam, gratia exempli, piaculum putabant commissurum eum, qui medi-

eadem parte posita synodice se copulatione conjungat, quando eam in iisdem partibus collocatam. Solem orbe suo rapiat, & abscondat, ut sic exploratis omnibus, atque tractatis in genituris hominum plenam pronuntiandi scientiam consequamur. Non sua opinionum commenta hæc esse, profitetur Firmicus, sed omnia, quæ Æsculapio Mercurius, Enichnusque tradiderunt, quæ Petosyrus explicavit, & Necepsus, quæ Abraham, Orpheus, & Critodemus, ediderunt, cæterique hujus artis artificii, perlecta pariter atque collecta, & contrariis sententiarum diversitatibus comparata, se in libris suis perferipisse. Patriarcha Abraham teste *Josepho* antiq. libr. I. cap. XVI. Ægyptios quidem docuit Arithmeticam (Ante ejus adventum enim Ægyptii has artes penitus ignorabant) verum num idem quædam scripta harum gratia posteritati reliquit nec ex *Josepho*, nec ex Eusebio locum *Josephi Præpar. Evang.* libr. IX. cap. IV. citante, apparet. Puto itaque librum vel esse suppositum, vel alterius hominis patriarchæ synonymi, temporis autem recentioris, ex quo Firmicus sua hausit.

[58] Vide *Quadrip.* lib. II. cap. VIII. ubi scribit, Saturnus, si quando solus fuerit dispositionis dominus, diuturnos efficiet affectus, phthisin, febrem quartanam, & alios, ex humorum coacervatione, oriundos. Jove rerum potente, salubria fore omnia, opinatur: & quando Mars solus fuerit gubernator, futuras tunc esse mortes repentinas, tertianas & alios morbos acutos & malignos. Venerem, si fuerit sola dispositionis domina, eodem modo ut Jupiter solet, efficere, ut omnia fausta contingant. Mercurium vero, morbos e ficitate ortos, nec non febres quotidianas, tussim, phthisin, vomitus, &c. Vide etiam cap. XII. libr. III. ubi plures hujus generis rationes occurrunt. Item *Centiloq. Hermetis* aphor. 54. 74. & *Omar.* libr. III. cap. XII. de nativitatibus. Et *Cardanum* in *Ptolomæum* & alios ejuslibros, quos de Astrologia scripsit. Item *Taisiæ* operis *Mathematic.* libr. VIII. in canon. super *Ægritud.* Idem *Rolsincium* de ordin. & method. med. special. libr. II. cap. XLV. usque ad cap. LIII. In his plurimorum morborum causas ex astris defluentibus breviter proponit,

[59]

dicamentum purgans Luna crescente cuiquam dederit; item sanguinis missionem vel aliam periculi plenam operationem negabant instituendam; ominosam enim eam habebant, Luna, & cæteris planetis apud infaustum sidus commorantibus. ⁵⁹ Quid, quod Crinas Massiliensis, ut Plinius tradit, ⁶⁰ arte geminata, Medicina utpote & Astronomia, ut cæteris cautior religiosiorque esset, eo vesaniæ pervenit, ut ad siderum motus ex ephemeride Mathematica, cibos dandos horasque observandas stulte crederet. Apud Ægyptios jamdudum in more erat positum, herbas identidem secundum cæli constellationes colligere. Pamphilus enim apud Galenum mentionem facit libri Mercurii, triginta sex sacras horoscoporum herbas continentis. ⁶¹ Quid dicam de quibusdam Arabibus, deque superstitioso Paracelso? Quem fugiunt ineptiæ ejus pene aniles, quas profert de metallorum aliarumque rerum amuletis, peculiari astrorum constellatione fabricandis, deque collo appendendis? Quid de collectione plantarum, itidem peculiari astrorum constellatione, instituenda? ⁶² Multi in hac animadvertenda sunt Carrichterus, ⁶³ & familiaris auctor

[59] Sic *Bethem*, de horis planetarum scribit. Malum esse medicinam sumere vel sanguinem mittere in hora vel Saturni, vel Martis: bonum in hora vel Jovis vel Veneris: medium in hora Mercurii. *Zahel* itidem auctor est, fœtum mortuum ex utero esse educendum, Luna & lumine & numero deficiente; descendente a cingulo signorum ad signum septimum. i. e. a medio cœli ad septimum, aspiciente fortunam a tertio vel quarto aspectu Martis: præcipue vero negotium ex voto successurum Luna de signis fœmininis, quæ sunt directæ ascensionis, minime vero in signa tortuosa, ascendente. Medicinam adversus spasmodum vel dolorem ventris capiendum: vel emplastrum loco affecto applicandum esse, ascendente Libra, vel

Luna in ea juncta fortunis. Gargarismum vel vomitum contra morbos capitis instituendum esse ascendente Ariete, aut Luna lumina deficiente, in Ariete, vel Tauro, ex adverso maximoque cavendum esse ab aspectu Solis ex quarto aspectu, vel oppositione in Ariete propter Solis calorem. Ejusdem generis monita & cautiones tradit de plurimorum aliarum corporis partium affectuum curatione, quibus enarrandis, quia amplam descriptionem postulant, supersedeo.

[60] Hist. Nat. Lib. xxix. Cap. 1.

[61] Vide *Galeni* libr. vi. in Præfat. de simpl. medic. fac. Eginus de hoc supra pag. 93, in nota 14.

[62] Vide ejus *Archidoxa Magica*, & passim scripta ejus.

O 3

[63]

etor Schroderus; ⁶⁴ enumerant enim complura remedia simplicia, quæ putant influentiam fortiri, peculiareſque dotes habere ratione Planetæ, vel ſigni Zodiaci in ea influentis: & tamen quomodocunq; hæc ſpecioſa dicta ſunt, & mira ingenii ſubtilitate adſtruuntur; nihilominus tamen, quod exploratum quodammodo eſſet, offendimus in omnibus aucto-ribus nihil. Futilem igitur, abſurdamque aſtrologorum ſcientiam recentiores medici prædicant, quia illi incerta, quæ ne umbram quidem veritatis habent, in Medicinam invehere immiſcereve conati ſunt. ⁶⁵

XVIII. Sed, ut expleam & concludam ſententias, videtur mihi eſſe generalis quidam aſtrorum in tellurem influxus, & non ſingularis. Nam nec Sol nec Luna, ut ſupra §. XI. oſtendi, ſeu ſingulatim ſeu conjunctim ſumpti, cauſæ ſunt omnis generis tempeſtatum, quæ quotannis aliæ atque aliæ propemodum incidunt; ſed reliqua ſidera & ſuam contribuunt virtutem, ut aut ſerena, aut nubiloſa, aut pluvioſa, aut ventoſa, aut calida, aut frigida, temperatave ſit tempeſtas. Quæ diverſæ anni tempeſtates quoque a veteribus ſedulo obſervatæ ſunt: Uſus quippe eos docuit, quod, prout eæ variant, ita etiam plurifarii morbi exoriantur. Eccam cauſam, quapropter mutabilitatem aëris, ventorum, &c. annuatim fere ad ortum aut occaſum quorundam

[63] Is peculiarem in lucem edidit librum, quo docet, ſub qua Orbis ſigniferi conſtellatione, quævis herba medicinalis ſit complexa, colligenda, & alii alia admittenda.

[64] In Pharmac. Med. Chym. Cap. IX. Habentur & ibi res, quæ ſub ditione cujuſque ſtellæ errantis cadunt.

[65] Et medici longe celeberrimi terruncii fecerunt aſtrologorum de curandi ratione monita & præcepta ut Manardus Libr. II. Epistol. I. *Medici recte ſibi & agrotis conſulent, ſi quoties vacuandum videtur, lotium magis, quam*

aſtrum inſpiciant: & venarum pulſationem potius, quam ſtellarum obſervabunt conſignationem. Imo, inter pleroſque recentiores medicos convenit urgente neceſſitate non differendam eſſe in poſterum diem ſanguinis miſſionem, purgationem &c. in corpore ægri inſtituendas operationes, quamquam unus atque alter Aſtrologiæ ſectator contrarium ſuſtinerit. Uberius ac uſe de his egerunt *Langius* Epistol. xxxv. &, a *Rejes* Elyſio jucund, quaſt. Campo. Q. LXXV. §. 18. 19.

[66]

dam fiderum, evenientium diligentissime percontati sint. Non vacat mihi impræsentiarum diutius hisce immorari; cæteroque assertum meum auctoritate Hippocratis, ⁶⁶ Adamantii, Ætii, &c. ⁶⁷ possem planum facere.

[66] Libro de aère, aquis & locis: & libr. Aphorism. Sect. 111. a §. 1. ad §. 24.

[67] Vide Ætij. tetrabibl. 1. Serm. 111. cap. CLXIII. & CLXIV. Item Orisbafii Collect. libr. IX. cap. 11., & IV.,

quæ ab illo ex Antyllo excerpta. Traditur in his aeris differentia, secundum menstruum Lunæ cursum in Zodiaco, ut & differentia aëris in unoque die. cap. VII. & IX. agit de ventorum natura. cap. 11X. de ortu & occasu fiderum.

DISSERTATIO VIII.

DE

Arte Gymnastica frictione & Balneis.

I. **P**Risci ante Herodicum exercitationes corporis magni faciebant, eisdemque præcipue utebantur eum ad finem, ut corpori robur & incolumitatem conciliarent: corpora enim scordia torpescunt. Herodicus autem, quum esset pædotriba & valetudinarius, ut auctor est Plato, ¹ Gymnasticam Medicinæ junxit, liberavitque se ejus adminiculo a morbo lethali, quem quibuscunque remediis curare frustra antea adorsus fuit; veruntamen deliciæ meæ Hippocrates Herodici conatum culpat, ² quod is videlicet admissus fue-

[1] In libro de Republ. Dial. 111.

[2] De morb. popularib. lib. VI. Licet hoc loco Hippocrates exercitationes in curandis febribus damnaverit: inde sane non efficitur nullum earum usum esse in valetudine tuenda. Contrarium apparet e libro 111. de Diæta, ubi Hippocrates eas homini, incolumitatem corporis exoptaturo, injungit. Ita enim

scribit. *Laboribus quoque ac cursibus circularibus exerceri oportet, & cursibus rectis revertentibus: modicis multo tempore, & deambulationibus in umbra, lacta autem in pulvere, quo quam minime excalescat. Verum rotationes in pulvere meliores sunt, quam cursus circulares. Frigesciunt enim corpus humores evacuans. A cæna deambulandum non est, sed saltem sur-*

fuert per præcepta Gymnaſticæ febres ſolvere. Quid? quod aſſerit Herodicum febrem habentes circuitibus, luçtis, mul-tiſque fomentis interfeciſſe: hanc enim male eſſe indolis, ini-micamque fami, luçtis, circuitionibus, curſibus, fricitioni: immo eundem ejuſmodi corporis exercitationes jubentem la-borem labore cumulafſe.

II. Præter eas exercitationes, quas Hippocrates recenſet, Galenus commemorat luçtam, pancratium, pugilatum, cur-ſum, pytiliſſare, in plethro decurrere; umbratilis pugnae me-ditationem, ſummis manibus certare: Saltum, diſci jaçtum, coryco, pila vel parva vel magna, ut & halteribus, inſtitu-tas corporis fatigationes, vociferationes, &c. Antyllus, quem Oribafius excerptit, memorat inſuper ambulationem, geſta-tionem, equitationem, Cricilaſiam, natationem, geſticulatio-nem, ingreſſum per loca ſima. ³ Hæc & ſimilia corporis exer-

furgendum: mane vero deambulationibus utendum. Non modo in hoc libro, ſed etiam in 11. de Diæta commemorat varia exercitia, & utilitatem, quam corpus, ſi illa debite adhibeantur, inde percipit. Nomina eorum hæc ſunt. Curſus longi, recti, revertentes, eque-ſtres indefiniti, curvi, circulares: quo-rum aliqui ex utriuſque velociter pera-gebantur: dictis adde concuſſiones, commotiones, & allevationes, luçtam cum oleo vel in pulvere, micationem per ſummas manus, manuum ad Rhyth-mum motionem, ſollem, fricationem, volutionem in pulvere, & ſpiritus de-tentionem. *Ἐλασίστη* græci hanc exer-citationem vocabant, qua oleo delibuti feſe in pulvere volutabant. De quibus *Lucianus* in *Gymn.* ſcribit alii in cæno ſe-met immiſcebant, volutabanturque perim-de ut ſuis.

[3] *Galenus* de valet. tuend. lib. 11. cap. xv. dividit corporis exercitia in tres claſſes, ut (1) in ea, quæ cum celerita-

te citra vehementiam & robur (2) quæ cum vehementia quadam, & (3) quæ robore quodam perficiuntur. Sub prima claſſe comprehenditur (α) curſus: (quem tamen Antyllus apud *Oribafium* Medic. coll. libr. vi. cap. xxxi. quoniam eſt deambulationem vehementem & concitata, inter vehementes numerat exercita-tiones) plurifariam autem curſum fieri: eſſe enim ejus quendam ſpeciem, quam recta ad anteriora fieri: aliam in poſte-riora, quem curſum vocari recurſum: aliam in orbem; quem circumcurſum. Et *Lucianus* de gymnafiis. *Neque vero*, ſcribit, *curſus in loco plano aut ſolido con-ficitur, ſed in profunda arena, ubi nulla firmitate planta ſigi poteſt, aut ſuſtentari, neque ſuſſulcivi promptum eſt, cadentibus ſubinde ad ſingulos paſſus pedibus.* (β) Um-bratile certamen, de quo *Oribafius*. d. libr. cap. xxxix. *Oportet autem non ſolum manibus cum umbra depugnare, ſed etiam cruribus: ac interdum tanquam ſalientes, interdum vero tanquam calcibus cadentes.*
Ejuſ-

Ejusdem generis est, Galenus quod cap. xviii. refert, ἀραχισιμαίης, cum duo summis manibus concertant. cap. xxx. dicit gestulationem, quæ etiam species exercitationis erat esse mediam, inter choream & umbratilem pugnam. (γ) Exercitatio, quæ per corycum. i. e. folle, & magna ac parva pila instituitur. De folle pugillatorio Oribasius cap. xxxiii. ex Antillo memorat, quod is in corporibus imbecillioribus grano siculo, aut farina: in robustioribus vero arena impletur: nec non ejus magnitudo ad vires corporis & ad aetatem accommodetur. Suspenditur autem in gymnasiis superno e culmine, tantumque a terra distat, ut fundum ad ejus, qui exercetur umbilicum pertineat. Hunc utriusque manibus tenentes, qui exercentur, primum quidem quiete, postea vero vehementius gestant, ita ut ipsam recedentem consequantur, & iterum redeuntii cedant violentia compulsi, postremo vero eum e manibus rejicientes emittunt, ut cum revertitur, vehementius corpori adventu suo occurrat. Ad extremum vero in sedem suam sepiissime restituendo demittunt, ut ex congressu, si non valde advertant, retrocedat. Ex quo fit, ut quandoque manibus occurrant, dum propinquat, quandoque vero pectore, manibus passis: quandoque vero, iis ad terga revolutis. Præter dictas a Galeno pilæ species Oribasius. cap. xxxi. enumerat medias, & vacuas. Parvæ pilæ magnitudinis esse tria genera, ex unoquoque genere unam extare exercitationem. Quandam enim valde parvam esse, & eos, qui in ea exercentur, corpore maxime elato ludere, & colludentes manus manibus proxime admovere. Alteram pilam esse paulo majorem, qua etiam homines uti, & cubitos cubitis ludendo immiscere, nec corporibus mutuo hæerere, nec annuere, sed variis modis moveri, & propter varios pilæ ictus atque motus, huc atque illuc digredi. Tertiam vero

pilam, dictis majorem, distantes inter se homines ludere: sed in ea, statariam partem esse & motoriam. Eos, qui manent, pilam emittere cum vehementia, & continuitate, brachiaque & oculos juvare: in motoria vero brachia & oculos pariter juvare; sed cruribus etiam propter cursum, & spinæ propter inflexiones, quæ currendo fiunt, commodum accedere. Exercitationem porro, quæ a magna pila oritur, non modo a superioribus differe pilæ magnitudine, sed etiam manuum figura: nam in superioribus summas manus temper humiliores humeris teneri: in hac vero capite altiores. Quandoque etiam summis pedibus vadere, ut manus extollant: quandoque etiam saltare, quum pila supra eos feritur. (δ) Ἐκπλεθίζειν est, ut Galenus habet, cum in plethro. i. e. in sexta parte stadii aliquis prorsum retrorsumque vicissim, idque sæpe, in utramque partem sine flexu cursitans, unoquoque cursu breve quiddam de spatio demit, quoad denique in unico congressu confliterit. (ε) Πιτυλίζειν est, si quis summis pedibus ingrediens, tenfas in sublime manus, hanc antrorsum illam retrorsus celerissime moveat. (ζ) Celeres tandem motus sunt, circumvolutis nobis velociter vel solis vel cum aliis. Potest & solis cruribus, idque erectus, ac uno loco consistens celeriter exerceri; subinde quidem retro tantum transfiliens: interim vero crurum utrumque vicibus referens. Secunda exercitationum, secundum Galenum cap. xix. classis, complectitur exercitia vehementiora, ut (α) discum mittere. (β) Saltare, cujusmodi exercitatio fiebat, ut Oribasius cap. xxxi. ex Antillo habet, circumflexis cruribus, ita ut calcibus nates attingerent; quandoque cruribus alternatim inflexis, ut calcibus nates peterent: quandoque vero utrisque uno & eodem tempore. Lucianus de Gymnas. Alii alibi omnes accelerantes in pulvere,

P

22-

veluti currentes subleuant eodem in loco permanentes, & in alium proficientes calce lacessunt aërem. Sic etiam transliebant fossa, grãdia plumbi pondera in manus habentes. (γ) Jaculari, quale exercitium, eodem Luciano scribente, instituebant vel hasta in longum projicienda, vel globo æneo tereti, in parvi scuti figuram formato, neque lorum neque baltheum habente: quemadmodum gravem, sursum manu extortum jaculabantur in aërem, certaminis causa, qui eum quam longissime projiceret. (δ) Agitari celeriter gravi armatura tectus. (ι) Vociferari, cujus exercitationis magister Phonnascus dicebatur. De hoc exercitio Antillus apud Oribasium cap. ix. *Qui doctrinae expertus est, vociferando dicat, quorum meminerit, quaque clara, & multas habere lenitatis & asperitatis mutationes, videantur. Sin autem versus sciat, Jambicos dicat, & tertius locus elegie detur, quartus modulis, numerisque. Qua in re etiam praestat memoriter recitare, quam legere. In primis autem vociferandum est, vocem quam gravissimis fieri sonis potest producendo, tum ad acutissimos eandem dirigendo: deinde, quum non multum in acuto sono permansum sit, retro vicissim paulatim reflectendum, vocem diminuendo, donec ad gravissimum, a qua ductum initium est, revertatur.* (ζ) In numero tandem magnarum exercitationum refertur quoque Cricilasia. De qua Oribasius cap. xxvi. *Sit Crici vel circi diameter minor, quam sit hominis longitudo, ut ejus altitudo ad mammas usque perveniat: neque impellatur per longitudinem, sed etiam errando. Esto autem ferreus auriga, qui ansam ligneam habeat. Nonnulli tamen tenuis cricos rose adjectos supervacaneos esse putaverunt: verum tamen non ita se res habet, sed stridor ex eis ortus hilaritatem & voluptatem animae parit. In initio autem rectos impellere cricos oportet: ubi autem corpus incaluerit,*

atque inane sit factum, tum exiliendum & discurrendum: sub finem vero, iterum recti impellendi sunt, ut statum, quem exercitatio paravit, tueamur. Seb Tertia denique exercitationum Classi habentur exercitia robusta & opera. Cum aliquis fodit, remigat, bajulat, vel simile opus grave perficit. In horum numero Galenus. cap. xvii. habet etiam acclivem ambulationem, & Antillus apud Oribasium. cap. xxxv. ingressum per loca firma. Caterum Antyllus, cujus fragmentum extat apud Oribasium coll. libr. vi. cap. xxi. statuit, Ambulationem, quae auxilii causa suscipitur, & multam, & contentam esse debere: tum crura impariter movenda, calcibusque incedendum, tum pectoribus pedum cum poplitem contentione ambulandum: ac initio quidem quiete, postea vero vehementius, & rursus vicissim remittendum. Idem memorat robustam deambulationem, quam anhelosis ex usu esse: memorat inambulationem, quam cum intentione crurum, aut calcibus incumbendo fieri: item ambulationem intentam, acclivem, declivem; ambulationem in campis, in terra molli, in arena, in locis domus superioribus, in locis tabulis stratis, in rore, in locis avium volatu frequentatis: ambulationem prope mare, vel circum flumina, & stagna, in aprico, sub tecto, Borea, Austro, Zephyro, vel Apeliote, flante; & suam cuique quomocumque peractae inambulationi peculiarem virtutem, adsignat. Porro huc spectat, si quis per funem manibus apprehensum scandat; quin etiam si quis fune arrepto, aut etiam pertica, sublimis ex ea pendeat. Item halterum jaculatio. De quibus Pausanias. libr. v. *Sunt halteres athletarum libramenta, circuli oblongiore figura: illa quidem non prorsus in ambitum circumducta. Nam qua parte manibus prehensantur ansulas habent: intra quas digiti, uti intra clypeorum lora, inmittuntur.*

Differre

exercitia partim in Gymnasio, + partim foras, sanitatis tam tuendæ, quam labefactæ recuperandæ causâ peragebantur. verbi causâ memorabo quædam, quæ a Methodicis præscribentur in *lenimento* vel declinatione cephalæ, adhibendam

Differre autem has inter se auctor est Antillus apud Oribasium cap. xxxix. libri sæpe sæpius a me allegati. Nam vel separatim mitti manibus extensis & circumactis: vel teneri solum in protensione manuum plerumque quiescentium, & brevi motu agitatarum: & iis ipsis, qui exerceantur, introeuntibus, & æque, ac pugiles concutientibus: vel quum ii, qui exerceantur, manus ad spinam jaculando insistent. Pertinet etiam huc Palæstra, quam Oribas. cap. xxxviii. dispefcit in vehementem, placidam & erectam. Insituebatur autem luctatio vel in arena vel in cæno. Luctatores enim nudi prius radebantur, vel se mutuo radebant, ac oleo alter alterum inungebat. Deinde alter cum altero congressus omnifariam luctabatur, ut alterum deorsum in cænum adigeret. De quo luctamine plura apud Lucianum, id pugnae genus falsè perstringentem, in Dialog. de Gymnas. & apud Galenum sanit. tuend. libr. ii. cap. vii. Pancratium tandem huc etiam referendum est, in quo, teste Luciano, homines, pulvere conspersi, erecto stabant corpore, ac semet verberibus mutuis onerabant, & calcitrabant in tantum, ut aliquando sanguis profunderet. Superest gestatio, quam Antillus apud Oribasium cap. xxxiii. dicit mediam exercitationem inter motum & situm partium corporis quiescentium. Celsus libr. ii. cap. xv. varia genera gestationum recenset. Gestationum etenim levissimam, esse navi vel in portu vel in

navi, vel lectica aut scamno: acriorem vehiculo. Atque hæc ipsa & intendi & leniri posse. Si nihil horum est, suspendi lectum debere, & moveri: si ne id quidem est, ac certe uni pedi lecti funiculum subjiciendum esse, atque ita lectum huc & illuc manu impellendum. Si quis memoratarum exercitationum utilitatem in Medicina scire abeat, is citata loca Galeni & Oribasii pervolvat. Etenim, si ego singula recensere vellem, nimis multa hoc loco a me perferenda essent.

[4] Quod ita dictum est, teste Isidoro Orig. libr. xviii. cap. xvii. & seq. quia juvenes nudi exercebantur in campo, ubi sola tandem pudenda operiebantur. Gymnicus ludus autem erat velocitatis ac virium gloria. Ludorum gymnicorum erant quinque genera, ut saltus, cursus, jactus, virtus atque luctatio. Mercurialis, Iouberto de Gymnas. cap. vi. & Baccius de Thermis libr. vii. cap. v. hæc quina enumerant, luctum, discum, jactum, cursum, & pugilatum. Dies, quo quinque genera artium ludo exercebantur, teste Paulo Diac. e Festo Quinquertium, & Græce πένταθλον, vocabatur. Qui in his cunctis excellebat, pentathlus, teste Iouberto, & Mercur. libr. i. cap. xiv. qui in luctu & pugillatu, pancratiafa appellabatur. Verum Baccius vult πανκρατιαστήν vocatum, qui omnibus vicisset. Per vocabulum virtutis Isidorus significat immensitatem virium, quas aliquis & labore & pondere corporis edidit.

dam duxerunt vectionem pro viribus ægrotantis portatoria sella procuratam : & si æger non nimis debilis , manibus hominum aut animalium actu vectionem esse instituendam æquali motu in loco lucido & mediocriter calido. Ac si temperata & sine flatu aëris qualitas fuerit , tunc etiam sub cœlo adhibendam gestationem. Sed longitudinem loci esse observandam , ne frequenti reversione vehiculi circulator gressus vertiginem inferat ægrotanti. Tunc etiam deambulationem adhibendam , sed primo tardam , dehinc medio tempore fortiorem , atque paulo concitatiorem extentis cruribus. Quibus vero caput fuerit plurimum relevatum , iis etiam lectionem ante ambulationem esse adhibendam , sed deinde leniter summissa voce : *tum exercitium atque unctiorem , quæ equaliter corpus moveant atque curent , ut vestitos faciamus currere , nudos vero cum frictione perungi. Tunc manus suo motu exercere vel certe luctationem jugem facere , adhibito gymnaste , doctore , cujus præceptis pareat , adhibitis etiam iis rebus , quæ implere & commovere caput valent , ut sunt ea , quæ cum jactatione plurima corporis fieri jubentur , nec non etiam circulator ductus atque retrogressus cum saltibus.* ⁵ Etenim motu densa laxari Aurelianus putat , & retenta tenuari. ⁶ A deambulatione levi cephalæa laborantem jubet perungendum , hoc est ex superioribus ad inferiora membratim deductis manibus defricandum. Sic enim capitis densitatem , quæ videbatur illata , solvi , cum inspiratio facilis totum per corpus fuerit effecta. Sed , ut ad exercitationes redeam , cujuscunque exercitationis finis , Celso auctore , ⁷ plerumque debet esse sudor , aut lassitudo , quæ citra fatigationem sit : idque ipsum modo minus modo magis faciendum est : Galeno autem auctore , ⁸ constitutus ex-

er-

[5] *Cel. Aurel. Morbor. Chronic. libr. I. cap. I.*

[6] *Idem Morb. chronic. libr. I. cap. I. Et acutor. morb. libr. II. cap. XL. scribit omnem motum efficere viarum raritatem.*

[7] *Lib. I. cap. II.*

[8] *De sanit. tuend. passim , cum primis vero lib. II. cap. XXIII. & Ægineta lib. I. cap. XVI. & XVII. & Oribasis libr. citato. Exercitationi tamdiu insistendum , dum & corpus intumescit*

82

exercitationibus terminus habetur respirationis alteratio, quod si ea nondum mutata, signum hoc est exercitii imperfecti.

III. Antequam autem aliquis se exercitationibus dictorum medicorum tempore accingeret, opus erat ipsi frictio, quam præparatoriam appellabant, eademque calefaciendi corporis causa instituebatur, fiebatque, primum mollis: mox vero exercitationem aggressuro, dura: 9 exantlatis autem exercitationibus iterum eundem oportebat frictionem subire, quam apotherapeuticam vocabant, atque hæc plusculo oleo, cum spiritus omnimoda retentione, peragebatur. 10

IV. Non

& color floridus apparet, & motus prompte, æquabiliter & concinne eduntur, & sudor cum calido vapore mistus cernatur. Inhibendam vero exercitationem, quamprimum aliquid horum fuerit mutatum. Gymnastæ enim, & non pædotribæ, (qui modo, quicquid motuum in palæstra perficiebatur, noverat) erat, callere omnis generis exercitationum qualitates, & quid quisque motus tum in valetudine secunda tuenda, tum in adversa redintegrandâ, in omni generis ætatum & conditionis hominibus, efficere valeat, vid. cap. XXI. & XXXI. dicti libri. Cæterum veteres, qui de arte Gymnastica scripserunt, plurimum ratiocinati sunt de lassitudinibus, ex exercitiis contractis. Commemorat namque Galenus cap. VII. lib. III. tres simplices, & quatuor compositas: capite XIV. autem lassitudines quatuor simplices; & undecim compositas. Primam ex simplicibus vocat ulcerosam, quam ex recrementorum tenuium simul & acrium copia fieri: secundam *tensivam*, affectionem hanc contingere circa musculos & nervos, in quibus tensionem cujusdammodi exercitatos perferre: tertiam *inflam-*

mativam, in qua velut contusas aut inflammatas eos sentire partes, & hanc accidere, excalectis musculis, aliquid de circumfusis sibi supervacuis recrementis, attrahentibus: quartam denique gracilitatis; generari hanc, musculis ultra modum siccatis, adeo ut nudatum corpus appareat squalidum ac contractum, & ad motum pigrum. Reliquarum undecim nominationes a Galeno non traduntur. Traditur vero non modo ab eo in libr. IV. sed etiam breviter ab Ægineta. lib. I. cap. XX. quarumcunque simplicium lassitudinum curatio.

[9] Vel ita secundum Æginetam lib. I. cap. XV. frictio præparatoria instituebatur. Ante exercitia corpus moderata frictione, linteis facta, oportebat calefacere. Deinde oleo fricabatur nudis manibus, donec probe calefceret, & molitum esset corpus, & florido rubore ruberet, & ad tumorem perductum esset. Eadem fere habet Oribasius Coll. medic. libr. VI. cap. XVII. & XV. item Ætius. tetr. I. serm. III. cap. I.

[10] Galenus de sanit. tuend. lib. III. cap. II. monumentis prodidit. Omnis exercitationis, probe peractæ, partem postre

IV. Non medicorum, sed fervorum, antiquitus erat homines fricare. Ab initio enim frictus non tanto artificio instituebatur, quanto postmodum Prodicus Selymbriæ nato, Iatralipticen instituyente, reuñtoribus quoque medicorum ac mediastinis vectigal inueniente, cœptum est. ¹¹ Tanta deinceps hominum subtilitas fuit, ut ungue fricari, quia cum ratione fiebat, singulare artificium putaretur. Is Prodicus tamen non primus fricationum species inuenit, sed longe ante cum Cous noster, cujus auctoritas etiam nunc viget, imo apud posteros perennabit, cum quadruplicis generis fricationum diffe-

postremam dici apothepiam, eamque duplici consilio suscipi, & ut excrementa expurget, & ut corpus de lassitudine tutum reddat. Priorem causam etiam exercitationi communem esse, quoniam solidas animalis partes firmet & excrementa expurget. Proprium tamen apothepiæ scopum esse, ut lassitudinem, quæ succedere immo-dico exercitio solet, summoveat atque prohibeat. Cujus finis, ut exercitati compotes fierent, oportebant frictiones, quæ per alios cum celeritate administrabantur, adhiberi: imo plurimum manibus fricandum, quo nulla corporis pars nuda relinqueretur, & cum his una, tum ipsarum, quæ fricabantur, partium tensionem, tum etiam spiritus cohibitionem. Oleum quoque fricando corpori largiter erat circumfundendum: huic enim potentiam esse tensa remittendi, & actione vehementiore fatigata, emolliendi. Media igitur fricatio erat mollis duraque, quam etiam mediocrem appellabant. Perficiebatur autem fricantis manibus valenter injectis, ita ut earum compressio proxime ad duram frictionem accederet: cæterum pinguedinis copia & velocitate movendi eatenus remissis, ut plane mediocris

evaderet. Ut autem, quicquid excrementorum inter cutem & subjectam carnem residet, per cutim expellatur, haud exigua apothepiæ portionem esse spiritus detentionem, rebantur gymnastæ: quam quidem effici tensis omnibus thoracis musculis: iis vero, qui sub septo sub abdomine sunt, remissis. Secundo loco habebant eam spiritus cohibitionem, quæ mediocriter eos musculos, qui in abdomine sunt, tendit. Eum ad finem itaque falciarum circumactus fiebant, tendente se ad singulas eo, qui fricabatur, non tamen cum omnibus pariter se vertente, quum neque continuos motus neque vehementes ei contingere ex apothepia conveniret. Proinde tum sæpe revolvere, tum sæpe hoc ipso tempore progymnastem mutare oportebat, sæpe ipse a tergo gymnastæ incumbens, atque utrumque crus per vices ei circumplectens, idque cum tensione aliqua non urgente, ab aliis, qui commode contrectarent, fricabatur. Usus hujus apothepiæ vide apud Galenum d. libro & Oribasium cap. xvi. d. libri.

[11] Ut *Plinius* H. N. lib. xxix. cap. 1. & lib. xxviii. cap. 14. habet.

[12]

differentiam statuit atque suam quibusque virtutem adscripsit. Ait enim hic vetustissimus auctor Medicinæ, ¹² frictione, si vehemens sit, durari corpus : si lenis, molli : si multa, minui : si modica, impleri. Hippocratis sententiam fusius ab Asclepiade, in eo volumine, quod communium auxiliorum scripsit explicatam, Celsus ¹³ auctor est. Theon Gymnastes sex, & Galenus novem, frictionum qua qualitate qua quantitate differentias, tradit. Ille qualitates bipartitus est, ut in duram inque mollem : harum unamquamque vero iterum divisit tripartito, ut in paucam, multam & mediocrem : Hisce igitur multiplicatis oriuntur antememoratæ sex frictionum differentiæ. Galenus autem dictis duabus qualitatibus adunxit insuper tertiam, quam mediocrem vocavit, eandemque tripartitam, ratione quantitatis statuit, paucam scilicet, multam, & mediocrem : quæ tres, dictis sex quantitatum differentiis, si additæ fuerint, efficiunt novenas frictionum secundum Galenum differentias. Equidem fuerunt aliqui veterum, qui statuerunt differentias in frictibus esse, si quis sub dio, vel sub tecto ; vel in balneo, vel ante balneum, &c. in locis, frictus fuerit ; adhæc frictiones inter se differre respectu materiæ, qua paractæ fuerint : aliusmodi enim frictionem esse, quæ plurimo, vel modico, vel plane nullo, oleo : atque quæ manu tantum, vel etiam pulvere intermixto ; & rursus, quæ aspero vel molli linteo, perficiatur. Verum enim vero Galenus tot enerratas fricatum differentias susque deque habet, exceptis iis, quæ ad paulo ante dictum novenarium numerum redigi queunt. ¹⁴

V. Cæ-

[12] In libro *par' interpretis*, a Galeno. cap. v. lib. II. de San. tuenda, citato.


[13] De Re Medica lib. II. cap. XIV.

[14] De his fufe Galenus. in d. I. a cap. VI. usque ad XII. & eadem habent Oribasius fere coll. med. lib. VI. cap. XVII. & *Ægineta*. lib. I. cap. XVIII.

Libet iudicium Celsi nostri d. I. de tot frictionum speciebus prolatum in medium afferre. *Quas tamen species, literis prodidit, si quis curiosus aestimet, quod jam ad Medicum non pertinet, facile intelliget, omnes ex una causa pendere, qua demit. Nam adstringitur aliquid eo dempto, quod interpositum, ut id laxaretur, effecerat: & mollior eo detracto, quod*

V. Cæterum fricatio quoque institui assolebat secundum variam posituram vel situm corporis. Interdum namque ex usu esse autumarunt, si transversum: aliquando, si *subtransversum*: subinde, si obliquum, rectum vel *subrectum*, manu ductum, in fricando observarent. ¹⁵ Deinde erant etiam, qui numero finiebant, quoties aliquis perfricandus esset; sed non audiendos eos esse, Celsus ¹⁶ auctor est; id enim ex viribus hominis potius colligendum esse. Etenim si is perinfirmus fuerit, satis esse si quinquages: si robustior ducenties esse faciendum: inter utrumque deinde, prout vires sint. Quo fieri, ut etiam minus sæpe in muliere, quam in viro: minus

quod duritiem creabat & impletur non ipsa frictione, sed eo cibo, qui postea usque ad autem digestionem quadam relaxatam pe- | *netras.* [15] En Exemplar, ut plurifariam frictio ad manuum ductum perficie-



batur, quod delineare curavi e Galeni cap. | [16] Cap. XIV. lib. 11.
III. lib. III. de Tuend. valet.

[17]

mus sæpe, in puero vel senè, quam in juvene, manus dimovendæ sint. Iatroleptorum munus erat, hæc & similia, quæ vel ad frictum vel ad unctionem necessaria, curare, ut artificiose perficerentur.

VI. Veteres frictionem ab unctione distinguebant, autumabantque, quod plurimum interesset inter hanc & illam. In unctura enim, corpus vel ejus pars, unguento delibuta, leviter pertractabatur: durius autem fiebat, si fricatio erat peragenda. ¹⁷ Per mihi mirum sanè visum est, unctiones & frictiones, quas tamen sani æque ac ægri quondam magni faciebant, hoc tempore perraro in usu esse, & oblivioni, hominibus se paulatim iis desuescentibus, fere tradi. Sed instabilitas mentis humanæ causâ est, ut, quod firmum stabileque in actionibus hominum esset, nihil reperitur; verum omne, quale quale fuerit, vicissitudinem tandem subeat.

VII. Et balneorum, quibus veteres tam superba sumptuosaque ædificia destinabant, ¹⁸ eadem conditio est. Equidem

[17] *Celsus* Capite jamjam citato. Præterea, ungi etiam in acutis & recentibus morbis oportet, in remissione tamen, & ante cibum: longa vero frictione uti, neque in acutis morbis, neque in crescentibus convenit, præterquam, quum phreneticis somnus ea queritur.

[18] Quorum rudera etiam nunc variis in locis conspiciuntur. Structuram, quæ apud Romanos solenniserat, vide apud *Vitruvium* de Architect. lib. v. cap. x. *Agrippa*, ut auctor est *Dion. Cassius*. lib. 111. Sudatorium fecit *Laconicum*. Id genus balnei ita vocari, quoniam hic tum nudari corpora, & inungi oleo præcipue videbantur. Idem, teste *Plinio* H. N. lib. xxxvi. cap. xxv. in thermis, quas Romæ fecit, figlinum opus encausto pinxit: in reliquis albaria adornavit: non dubie vitreas facturus cameras, si prius inventum id fuisset. Si quis plura, quæ ad magnificentiam, quam Romani in adornandis balneis ad-

hibebant, attinent, desiderat, is legat *Seneca* Epistolam lxxxvi. & *Cælii Plinii*, Epistolam vi. ad Apollinarem lib. v. *Galenus* lib. x. cap. x. Meth. Med. auctor est, Balneum ex partibus varia facultate præditis compositum. Ingredientes enim primum in aëre versari calido, postea in aquam calidam descendere, mox ab hac egredientes in frigidam, postremo sudorem detergere. Possent autem primam ejus partem materias per totum corpus tum calefacere, tum vero liquare; præterea, quæ inæqualia sunt æquare, &c. Secundam Balnei partem, si quis in sicco corporis affectu ea utatur, posse in adorem utilem solidis partibus immittere. Tertiam posse, ubi quis frigida utatur, totum corpus refrigerare, & cutem densare, & vires firmare. Quartam vero, corpus per sudores citra refrigerationis noxam vacuare. *Langius* lib. 1. Epist. l. arbitratur, Balnea publica, excepto apodyte-

Q

no,

apud Mohammodanos potissimum hoc ævo, quia lege sancitum est, ut munditiei studeant, balneæ in usu sunt; at non tantum apparatus balnearium, quantum apud veteres erat in more positum, habent. Præter munditiei seu lavandi studium vix Mohammodanis alius est scopus, ut balnearia frequentent: cum veteres insuper ea adirent sudandi, fricandi, inungendique causâ. Quid? quod & ægrotantes, non paralytici, claudicantes, scabiosi, &c. vitio nervorum vel cutis externæ laborantes tantum, ut hac ætate tales ad Thermas præcipue ablegare solemus; sed febricitantes, &c. solebant sibi auxilium a balneis petere. Antiqui timidius iis utebantur, Asclepiades audacius; tamen Celso¹⁹ monitore, hic quoque habenda virium ratio est: neque committendum ut per æstum anima deficiat, sed maturius æger auferendus, curioseque in vestimentis involvendus est; ut neque ad eum frigus aspiret, & ibi quoque, antequam aliquid assumat, insuder.

VIII. Nec calida tantum, sed etiam frigida veteres sæpe sæpius usi sunt ad complurium morborum curationem. Antonius Musa cum fratre Euphorbio sæpenumero ægris auctores fuerunt, ut frigidam usurparent, & hanc quidem subinde a balneis.²⁰ Prior fratrum Cæsarem Augustum, gravi morbo affectum, frustra que Medicorum opera diu implorantem, tandem lavacris frigidis, frigidisque potionibus, sanitati restituit. Marcello autem ægrotanti, Musa parili modo Medicinam faciente, mori necesse erat,²¹ Abollescebat postea aliquandiu dicta lavatio frigida, donec civitatem Romanam

rio, quatuor casulis composita; quarum unamquamque peculiarem aquæ, seu aëris calefacti, aut refrigerati, gradum nactam. Apud Romanos erant etiam Balneæ pensiles, quas, ut *Plinius*. H. N. lib. ix. cap. liv. narrat. Sergium Oratam primum invenisse. Siquis de thermis, quarum usum Romani magni faciebant, plura scire avet, is

adeat *Baccii* libr. vii. cap. vi. ix. & seq. de thermis: item *Iouberti* libellum de balneis.

[19] Lib. ii. cap. xvi.

[20] Ita *Plinius* H. N. Libr. xxv. cap. vii.

[21] Ut monumentis prodidit *Dion-Cassius* lib. lxxx. & ex hoc *Xiphilinus*.

[22]

manam Charmis Maffiliensis invasit, damnatis non solum prioribus Medicis, verum & balneis: frigidaque etiam hybernis algoribus lavari persuasit. Merfit ægros in lacus, videbantur fenae consulares usque in ostentationem rigentes. ²² Damnabant tamen infrequentes medici talem lavationis frigidae abusum; verum, quia experimentis confirmatum erat, lavacrum frigidum subinde ex usu fuisse, ideoque Galenus, ²³ Agathinus ²⁴ aliique veterum medicorum præcepta monitaque posteris dederunt, qui lavatio frigida rite instituenda sit, atque perficienda.

[22] Hoc pacto scribit *Plinius*. H. N. lib. xxix. cap. 1. Et Caribæi lavationem frigidam magnifaciunt in catarrho & aliis morbis teste *Rochefort* Hist. de Antilles. libr. II. chap. 24.

[23] Cap. vi. libr. III. de tuend. valetud.

[24] Cujus fragmentum extat apud *Oribasium* Med. Coll. lib. x. cap. viii.

Cæterum veteribus etiam in usu erat fectio per arenam. Quo pacto autem ea, & quibus in affectibus secundum Herodotum fit instituenda, vide *Oribasii*. d. l. cap. IIX. Idem Herodotus, ut e cap. IX. x. & XI. apparet, adhibebat subinde in curandis omnis generis affectibus vel infolationem, aliquando fomentum ex prunis, seu carbonibus ignitis, institutum

DISSERTATIO IX.

DE

Anatome.

I. **Q**uandoquidem hoc tempore nullus feracior in Medicina locus, nec uberior, quam de Anatome; placet originem ejus & progressum, usum & abusum breviter exponere. Licet per vocabulum anatomes Graeci dissectionem quamvis, in primis vero membrorum, significant: ¹ Medici tamen eodem declarant abditarum partium, quæ ex animalis cujusdam dissectione comparatur, con-

[1] Vide *Scapula* Lexicon in voce *Tissu*.

contemplationem. Confectionis vero species duas statuerunt veteres : alteram ex industria vel in viventibus vel in mortuis, & vel in totis, vel in partibus partium occultarum gratia a Dogmaticis tradi : alteram casu addisci, ut ex vulnere magno quo cuipiam illato, qua specie soli empirici utebantur.²

II. Si quis animam revocaverit ad ultima Medicinæ tempora, deprehendet idem anatonem, quamdiu Medicinam, qui e familia Asclepiadarum exercerent, per manus parentes liberis tradidisse, quare hi postquam a teneris unguiculis a majoribus sic instituti atque imbuti essent, nec lectione nec scriptione indigebant. Græci tales vocabant πεπαιδευμένους, id est a pueris instructos. Excedente autem arte e familia Asclepiadarum opus erat posteris, ne anatome oblivioni traderetur, præcepta secandi vel cadavera vel viva animalia monumentis tradere. Primum Dioclem fuisse, attestatur Galenus³ qui confectionis viam literis prodidit, quem diu postea Marinum esse subsecutum : imperfectam tamen & parum perspicuam discendandi rationem esse, quam Marinus libris divulgavit.

III. Dubitant nonnulli, an cadaveris hominis confectionis unquam ante Aristotelem fuerit instituta? siquidem is in opere talentorum multorum mercede famoso, (Stagyritem enim rumor increbuit, Athenæo auctore⁴ ab Alexandro donatum fuisse.

[2] Hæc e Finitio. Galeno adscriptis. At Introd. Galen. adscr. cap. xi. *Anatome abusuvequidem dicitur etiam exteriorum corporis partium & particularum commemoratio, qua verbis unius cujusque ipsorum naturalem situm, ordinem, usum, quem animanti præbent, propriam cuius illorum appellationem: proprio vero anatome interiorum cum sermone explicatio dicitur. Siquidem oculis eas indicatas esse, anatome non est, sed cujusque notitiam ex sermone ac verbis accepisse, & naturales actiones, quomodo ipsas obeant, didicisse præterea; quam invicem communionem viscera aliaque corporis partes per venas habeant.*

[3] De Anatomic. administrationibus libr. ii. cap. i. & ii.

[4] Deipnosophistar. libr. ix. Non mirum profecto est Aristoteli ad quinquaginta volumina, quæ de animalibus condidit tam magnis sumptibus opus fuisse. Siquidem jussu Alexandri magni regis cupidine inflammati, animalium naturas noscendi aliquot millia hominum in totus Asiæ Græciæque tractu, Aristoteli, summo in omni doctrina viro parebant, inventa novaque, quæ ad animalium naturas spectarent, cum eo communicabant, teste Plinio Hist. Natur. libr. viii. cap. xvi.

fuisse talentis octingentis. i. e. secundum Causoboni calculum quadringentis & octoginta millibus aureorum ad impensam condendis iis libris de animalibus necessariam) commemorat hominum partes interiores esse in primis minus certas & incognitas, quamobrem cæterorum animalium partes, quarum similes sunt humanæ, esse considerandas. Sed si quis animo attenderit ad morem Ægyptiorum, qui mortuos demptis ex cadavere visceribus oleo cedrino, opobalsamo &c. pollingebant, ut eos ab interitu corruptione vindicarent, non ægre iudicabit pollinctores, quamquam incuriosius fortassis cadavere viscera, mollesque, corruptioni facili obnoxias, partes, exemerint; habuisse tamen cujusdammodi viscerum structuræ, positus, &c. cognitionem. ⁶ Plinius ⁷ literis prodidit, succum raphani prodesse, quando phthisis cordi intus inhæreat, remedium hocce compertum esse in Ægypto, *regibus corpora mortuorum ad scrutandos morbos infecantibus*. Sed, quia non constat an a prioribus, an a posterioribus e Ptolomæorum familia, regibus istiusmodi corporum mortuorum investigatio sit instituta, asserere idcirco non audeo, num ante Aristotelis ætatem cadaverum sectio a regibus instituta, nec ne sit? Syncellus Chronograph. pag. 54 edit. Paris. ex Africano & Eusebio memoriæ quidem prodidit Athot, Menes Thecinix Dynastiæ 1. Ægyptiorum regis Filium, Memphi regiam extruxisse, quemque de anatome, medicum enim eundem fuisse, perhibent scripsisse: verum enimvero quin ejusmodi scripta, quæ tempore ante dictorum auctorum per orbem circumferebantur, supposita & conficta ut Enochii ut Hermetis &c. fuerint, eccui non dubium erit? Democritum quidem, auctores referunt,

[5] Libr. 1. cap. xvi. Histor. de animalibus.

[6] Quo pacto pollinctores apud Ægyptios cadavera condiderint tradit Herodotus in Euterpe, item Diodor. Sicul. libr. 1. cap. xci. ubi eos, qui cadavera condiunt, vocat *tarichentas*. Et

auctor Introduct. Galeno adscript. cap. 1. scribit *Ex cadaverum confusione, quam in condiendis iis asseruandi, qua habere moris erat, multa etiam, quæ manu administrantur, apud primos medicos inventa esse videntur.*

[7] Natur. Histor. libr. xix. cap. v. Q 3. [8]

runt, * exta rimatum, ut posteritas mederi doloribus interioribus posset: constat enim inter eruditos, non modo eundem mentem suam versasse ad brutorum, sed etiam ad hominum, naturam expiscandam. ⁹ De Hippocrate dubium & controversum est, sunt qui ajunt, ¹⁰ sunt qui negant ¹¹ Pausanias auctor est, ¹² inter Apollinis dona esse perveterem ex ære effigiem hominis, cui diuturno morbo, carne consumpta, sola ossa essent reliqua: hancque effigiem, Delphos asseverasse, ab Hippocrate medico dedicatam. At enim vero quoniam scripta Hippocratis perlegenti multa occurrunt, quæ non ita in hominibus, quemadmodum ille putavit, inveniuntur, dubia ratio est, num unquam cadaver humanum dissecuerit? aut, sin fecerit, quin fuerit negligenter factum. Quid? quod Stagirita, eodem capite, cujus verba paulo ante protuli, post paulo subjungit; *Homo plurimum cerebri, proportione magnitudinis, ac humidissimum habet, continent id membranæ duæ: altera ossi adhærens valida: altera ipsum cerebrum attingens, infirmior, &c.* quod de homine non potuit affirmari, nisi fuerit capitis apertio facta. His adde, quæ sequenti capite habet, *Cor hominis, scribit, tantum in sinistram partem vergere, &c.* Et iterum, *Est hominis lien suo similibus, sed specie angusta & longa, &c.* Et rursus. *Homini jecur est rotundum ac simile bubulo, &c.* Tandem librum primum his verbis claudit. *Partes hominis tum interiores has talesque & ad hunc modum haberi, perspectum est.* Porro alibi locus est Aristoteli, ¹³ quem e Synnesi medico Cyprio, ortum

[8] *Ammianus Marcellinus* Histor. libr. xxviii.

[9] Ut apparet ex Epistola Hippocratis ad Damogetum. Quin etiam *Laertius* lib. ix. memorat Democritum de Peste, de febribus, deque iis, quæ ex morbo tussii agitantur: item prænotiones, & de victus ratione scripsisse. Quæ cum ita sint, efficitur his rationibus

eundem omnimodam corporis constitutionem habuisse perspectam.

[10] Ut *Riolanus* in Antropograph. l. i. c. 4.

[11] Ut *Clericus* dans l'histoire de la Medic. part. i. livr. 4. chap. 4. & part. ii. livr. i. chap. 111. & chap. vi.

[12] Libro x.

[13] *Hist. anim.* lib. 111. cap. 11.

[14]

ortum & progressum venarum describente, excerptis. Item locum allegat e Diogene Apolloniata, ubi hic distincte venarum hominis mentionem facit. Nimirum quo pacto ex per universum corpus, perque pleraque ejus viscera distribuantur & propagentur, Iterum alibi ¹⁴ Aristoteles locum e Polybio, venarum quarundam in corpore distributionem, memorante, excerptis. Hæc & similia, quomodocumque fuerint, abunde probant, Anatomem quoque in hominibus ævo Aristotelis institutam, & non Herophilum, quem Tertullianus ¹⁵ false appellat dicterio lanium, qui sexcentos excucuit; ut naturam scrutaretur, qui hominem odit, ut nosset: neque hunc inquam, neque Erasistratum, illorum temporum æqualem, primos fuisse, qui cadaveris humani sectionem instituerunt.

IV. Quamquam ex supra dictis appareat Ægyptios & eos, qui e stirpe Alclepiadis antiquissima nati erant, anatomes cognitionem habuisse: Chalcidius tamen ¹⁶ anatomes inventionem Alcæmoni, Platonis ætate philosopho nobilissimo & clarissimo, Pythagoræ discipulo, acceptam refert. Præclari non modo in Medicina, verum in anatome nobiles erant in primis Herophilus & Erasistratus, qui, ut Celsus ¹⁷ memoriæ mandavit, nocentes homines a regibus ex carcere acceptos, vivos inciderunt, consideraruntque etiam spiritu remanente ea, quæ natura ante clausisset, eorumque posituram, colorem, figuram, magnitudinem, ordinem, mollitiem,

læ-

[14] Eiusdem libri capite III. & cap. IX. scribit. Hominum etiam renes bubulis similes sunt, quippe qui tanquam compositi ex multis renibus exiguis consistunt: neque æquabiles sunt quomodo renes ovium cæterorumque quadrupedum, habentur.

[15] Libro de Anima.

[16] Comment. in Timæum Platonis. Et *Diog. Laert.* libr. VIII. scribit Alcæonem Pythagoræ auditorem, plu-

rimum in Medicina versatum fuisse: sed non commemorat eundem sectioni animalium, abs quorum esu Pythagorici abstinabant, operam dedidisse: imo studiose in mortuorum attactum, ne se polluerent, devitabant. Quæ cum ita sint, conficitur ex his, Alcæonem præceptoris placita neglexisse, aut Chalcidium ei tribuisse, quod verosimile non est.

[17] In Præfat. lib. I.

[18]

lavorem, contactum, processus deinde singulorum, & recessus, & sive quid inferitur alteri, sive quid partem alterius in se recipit. Porro ratiocinabantur dicti auctores, neque enim cum dolor intus incidit, scire quid doleat, cum, qui qua parte quodque viscus intestinumve sit, non cognoverit: neque curari id; quod agrum est posse, ab eo, qui quid sit ignoret. Et cum per vulnus alicujus viscera patefacta sunt, eum, qui sanæ cujusquam colorem partis ignoret, nescire quid integrum, quid corruptum sit. Ita ne succurrere quidem posse corruptis, aptiusque extrinsecus imponi remedia, compertis interiorum & sedibus & figuris, cognitaque eorum magnitudine. Erasistrato debemus vasorum lacte referorum, quæ reperit in hædorum mesenterio, inventionem. Galenus quidem¹⁸ eum falsi incusavit, verum Asclepius ea præterito sæculo de integro inveniens ostendit Galenum ista oscitantem hallucinatum fuisse.

V. Verum enimvero quomodocunque veterum anatomes cognitio & scientia fuerit; Galenus tamen¹⁹ asserere non dubitat, neminem tempore superiore ea, quæ vere in anatome apparent, diligenter pertractasse: quinimo libros eorum, qui anatomicos se ipsos vocaverunt, plenos esse innumeris erroribus. Suadet igitur Naturæ speculatori, ut libris anatomicis haud fidem tribuat, sed propriis oculis; aut ad se accedat, aut cum aliquo eorum, qui secum versati sunt, conversetur. Galenus urique magnam scientiam in Philosophia, Medicina, Anatome, ratione temporis, quo vivebat habebat; multaque Secula postea sic viguit Galenicorum nomen, ut nulli alii docti viderentur. Veruntamen quam multa sunt deinde ab aliis inventa, quæ ejus scientiam fugerunt. Fabricius ab Aquapendente sæculo decimo sexto inter alia reperit valvularum in venis

[18] Galenus de anatomic. admittit. libr. 7. cap. xvi. In tractatu anfang. in arter. natur. contin. cap. v. Locum ex Erasistrato citat. Nam si abdomen, scribit, & interiorum membranarum divisimus, arterias in Mesenterio plane con-

spiciamus: in hoedis quidem nuper natis lacte refertas: in adultis animalibus diversas.

[19] De usu part. corp. tuen. libr. II. cap. 3. & 7.

nis fabricationem, quam tamen curatius exposuit Paulus Servita Venetus. Hunc perhibent primum excogitasse sanguinis circuitum, quem illum Harvæo, ejus sententiam postea variis argumentis & demonstrationibus planius & apertius declaranti, ostendisse. Quotusquisque inficiabitur Vesalium, qui primus Galeni errores coarguere ausus est, & Casserium, & Eustachium longe Galeno in anatome excelluisse. Quotusquisque ignorat seculum decimum septimum & sequens, quo vitam agimus, fuisse hominum navorum & industriorum, experimentissimorum & diligentissimorum ferax. Ex tam multis liceat mihi in lucem proferre Fallopiam tubæ Fallopiæ, Pecquetum receptaculi chyli communis & inde emergentis ducti thoracici, & Virfungum ductus pancreatici, & Rubbeckium vel Bartholinum vasorum lymphaticorum, Stenonem ductuum salivarium superiorum majorum, & Nuckium ejusdem generis ductuum minorum, Ruyschium arteriæ bronchialis & membranæ arachnoideæ &c. inventores. Swammerdamum ferunt primum tradidisse modum omnis generis corporis vasa cera vel sevo colorato infarciendi, & carnosas partes spiritui balsamico immergendi, ut citra putredinem diutissime custodiri possent. Cæteros, ut & Anatomicorum de rebus a se inventis alterationes, ne nimius videar, sciens prætereo.

VI. Galenus quidem majorum incuriam & inscientiam Anatomes vituperavit; verum recentiores nec illi, in Medicina inque Anatome quondam celeberrimo, pepercerunt, exprobraruntque rerum anatomicarum negligentiam, & imperfectam notionem rudemque conspectionis rationem. Apparent hæc ex iis, quæ Du Fagon, Regis Galliæ comes archiatrorum literis tradidit. ²⁰ Frustra aliquem operam dare corporis humani conservationi, scribit, nisi habuerit perfectam Anatomes cognitionem. Veram autem Anatomem, vult, distinguendam esse ab illa, quæ tempore Galeni erat nota: idcirco minime acquiescendum in cognitione figuræ, coloris, princi-

[20] Theſibus Parisiis habitis, quæ *An-* hæc rursus in latinum tranſtuli.
dry operi suo de vermibus inseruit, unde

cipum viscerum situs, tendonum, ut & massæ musculorum carnosæ: siquidem hos Anatomicos non plus scire, quam lanios, vel coquos, partium, ferculis delicatis aptarum, callentes; verum enim verò medicum oportere potius perferutari, quicquid maxime abditum, atque anquirere de primis principiis, viscera componentibus. Nempe stilo seu instrumento gracillimo minima quæque vascula esse dilatanda, animo expiscandi, glandularum prope innumerabilium, & vix conspicuarum, multiformia cribra, quibus omnis generis humores a sanguine fecernuntur, colantur, aliorum amandantur. Deinde debere eundem exilissima nervorum filamenta persequi, ut inde addiscat eorundem distributionem per omnis generis corporis partes, atque mutuum, quod invicem habent, commercium. Ad hæc summa oculorum acie observandam esse musculorum texturam; quin & beneficio microscopii inspicere oportet cavitates, ductus spirales, cellulas, &c. quas a fibris tenuissimis formari, eum ad finem, ut, cognita dictarum partium exilitate fragilitateque, judicare possit, quænam pars aut rupturæ patiens sit, aut conservationi: & quod consequens est, quæ causâ, vel adversæ, vel secundæ valetudinis. Nec satis esse vidisse hæc, admonere pergit Nobilissimus Fagon, in cadaveribus duntaxat, in quibus modo structuram & positum partium solidarum conspici; sed etiam viscera animalium viventium esse exploranda, animo discendi quærendique conservationem functionum corporis, ut eæ miro consensu fiant: itidem fluidarum solidarumque partium, quibus machina viva composita est, pugnam seu cujuscunque modi motionem, agitationem, renixum. Item quomodo fluidæ in solidis contentæ, has nisi quasi continuo impetant: & iterum quo pacto solidæ resistant violentiæ fluidorum, quæ continue in latera illarum impingere soleant.

VII. Verum enimvero multi medici & olim & nunc addubitant, quin Clinici tam uberes fructus, quos recentiores anatomici promittunt, ex Anatome adeo laboriosa capere possint. Nam confessâ res est, ajunt, corporis humani partes triplicis generis

ris

ris esse, solidas utpote, fluidas continentes: dein fluidas, quas juxta ac in solidis, vasis suis contineri: & tum demum impetum facientes, quas solemus spiritus appellare. Et hæc est, vetustissima ab Hippocrate ²¹ tradita corporis humani divisio. Jam negari haud posse, instant, Anatomicum ostendere, quo pacto partes solidæ inter se cohæreant, qua figura, quo positu &c. dotatae sint. Præterea miram venarum, arteriarum, nervorum, omnis generis vasculorum, glandularumque per universum corpus distributionem: quin & liquoris, in canalibus glandulisque variis contenti, formam externam; denique variorum viscerum obstructions: vel aliquampiam corporis partem exulceratam, putrefactam, calculo, polypo, vermibus vel fimilibus corporis vitiis refertam. Hæcque omnia, concedunt partim Physicis, structuram in primis corporis animantis, quatenus organicum est, considerantibus, partim chirurgis ad luxata membra vel fracta ossa restituenta, & ad viscerum, ut & aliarum corporis partium, vulnere sananda scitu maxime necessaria esse. Ignorata namque Anatome, Chirurgus erit minime aptus ad terebrationem cranii, Laryngotomiam, Paracenthesin, & similes periculi plenas operationes perficiendas. Verum enimvero quantum ad medicos, qui medicationi ægrorum interiori operam navant, attinet, statuunt, distinguendos esse morbos ab externa violentia vel prava conformatione ortos ab iis, quorum causa proxima est sive in humoribus corporis, sive in spiritibus: si illos aliquis secum considerarit, hunc non repugnaturum putant, Anatomicum monstrare partem vel locum affectum, quandoquidem causa evidens est, quæ illos produxerat; sin vero hos, quorum vitium scilicet latet in humoribus seu in spiritibus, tum multum dubitant, an Anatome causam morborum continentem medicum practicum docere possit: siquidem istiusmodi causa in obscuro posita est, atque nequit ullo Anatomicorum instrumento, quamquam oculos habuerit eruditos, indagari.

Exem-

[21] In libr. 6. de morbis popularibus.

Exemplis non opus est, quia res per se satis plana est. Enimvero inter medicos convenit, conjectura potissimum, & usu juvantium ac nocentium debere ea investigari; & præterea quotusquisque medicorum gloriari audet, se scire causam febrilium continuarum, tum intermittentium, morborum contagio contractorum, convulsionum, &c. Nonne confiteri cogimur ignorantiam nostram, & heic loci Theoriam Medicam omnimoda ambiguitate premi: quam, vellem, nos superare posse.

VIII. Sed instant & urgent anatomici præter se neminem meliora, recensitorum morborum explicationi inservientia, tradidisse, se enim, facta cadaverum innumerabilium sectione, explorasse invenisseque modo hoc, modo illud viscerum, &c. corporis defuncti partes fuisse ulceribus, calculis, &c. refertas. Suxæ industriæ acceptas variorum viscerum obstructions, putrefactiones, multarum partium rupturas, inflammationes, ex quibus crebro gangræna sphacelusque existunt, referunt. Se tandem sæpissime demonstravisse sanguinem, cæterosque corporis vasa permeantes humores, multimodis ab indole naturali degenerasse.

IX. Ad quæ respondent adversarii. Concedimus, inquit, nos talium observationum adminiculo causam mortis discere, vel ultimum morbi effectum; sed ex his non discimus causam antecedentem, quæ hoc produxit. Illius impetum Practicus, in quantum potis est, suppressere debet, ne hujusmodi funestum effectum producat. Damus præterea, pergunt, anatomicos posse generales causas afferre, v. g. solidarum partium exulcerationum auctorem esse humorem aerem, in dictis partibus abductum vel separatum: obstructions viscerum fieri plurimum a sanguine crasso, aliove humore tenaci, per canaliculas, circuitui destinatas, permeare nescio, &c. At enimvero rationalem Practicum, ajunt, priusquam ejusmodi acritudinem corrigere possit, scire debet, cujus generis ea sit: quoniam vocabulum Acrimonix longe inter se diversissimas res significat. Alia enim correctione opus esse, si *alkalicum*; alia, si *muriaticum*; alia, si *acidum*, humores vitariit. Eandem conditionem esse reliquorum, quæ etiam
gene-

generatim afferuntur. Quod superest, Anatomes cognitionem Medico practico necessariam putant : Ast se non perspicere, dicunt, quod, si quis juxta celeberrimi *Fagonis* præcepta corpus humanum didicerit, is tum possit melius ægrotanti secundum rationem medicari, quam, qui ejusmodi minutissimis, curiositati humanæ tantum satisfaciendis, superfederit. Neminem ignorare, quanto temporis spatio, quanto indefesso opere, quantis sumptibus, opus sit cuiquam, antequam ea, quæ a recentissimis Anatomicis docentur, addiscere possit ; superesse plura, & fortassis utiliora, Medico, victum atque amictum lucraturo, scitu necessaria. Neesse enim est, scire initium, progressum, & finem morborum, eorundemque differentias, signa salutis & Lethi : &, in qua cardo rei vertitur, curationem e triplici Medicorum fonte, diætetico videlicet, pharmaceutico & chirurgico, hauriendam. Medicos profecto habere latissimum discendi campum, cui aliquando per totum vitæ curriculum immorari oportet, priusquam laboris primoribus cuncta, quæ ab iis intelligi desiderantur, attingere possint. Et, mea quidem sententia, nemo potest esse omni laude cumulatus medicus, nisi erit dictarum rerum scientiam consecutus. Sed majus est hoc quiddam, quam homines opinantur, & pluribus ex artibus, studiisque collectum. Quis enim aliud in maxima discantium multitudine, summa magistrorum copia, præstantissimis hominum ingeniis, infinita propemodum causarum varietate, amplissimis Medicinæ propositis præmiis, esse causæ putet, nisi rei quandam incredibilem magnitudinem ac difficultatem. Hinc perpauci sunt, me ipse de magno numero non excipio, qui de plena perfectaque Medicinæ cognitione gloriari queunt. Veruntamen negari etiam non potest, multa esse ad ipsam artem Medicam proprie non pertinentia, sed eam modo adjuvare excitando artificis ingenium. Sub horum censu est quoque ista Naturæ rerum contemplatio, quæ, quamvis non faciat medicum aptiorem, tamen Medicinæ reddit profectum. ²² Et, ut brevis sim, reor, ad ipsam curandi rationem, utcumque

R 3

ali-

[22] Ita *Celsus* in Præfat. libr. 1.

aliquis eam secundum variorum Medicorum hypothèses aggressus fuerit, nihil plus conferre, quam experientiam.

X Cæterum nequeo mihi temperare, quo minus quorundam, de ipsa anatome gloriosius loquentium, inscitiam reprehendam. Afferunt enim Anatomen esse clavem, partem principem, imo fundamentum totius Medicinæ, sed eos, qui tantam artis venditationem ostentant, magno in errore versari, facile is animo comprehendet, qui superiora & posteriora Medicinæ tempora inter se contulerit. Antiquissimis enim temporibus plerosque omnes, quin dicam ad unum omnes, qui medica tractarunt, rei Anatomicæ rudes fuisse nullus dubito. Empirici veteres, & Chinesium cujuscvis seculi Medici, in faciendâ Medicinâ inclyti, Anatomen reprobabant. Ecquem fugit rationalis Medicinæ princeps *Hippocrates* in arte Medica longe celeberrimus, quem tamen constat in Anatome parum versatum fuisse. Eadem ratio est omnium Dogmaticorum ad seculum decimum septimum usque, qui quamvis non nisi vulgaria in anatomicis scirent, nihilominus tamen ægris tam bene prospereque medicinam adhibebant, quam recentiores tot decantatis inventionibus divites. Errant igitur, qui censent Anatomen esse partem primariam vel fundamentum Medicinæ. Nam si illa ita esset comparata, oportet Anatomicos imperitos vel nescios minus habiles esse ad ægros curandos, quam anatomicos: imo anatomicos debere illis in morborum curatione longe antecellere, quod tamen neu usus quotidianus neu ratio huc usque evicit. Quid? Si Medicina est ars, quæ in corpore sano conservando, & in morbo restituyendo, versatur, ut eam omnes medici finiunt, neu videtur mihi ulla ratio, quæ evincat exercitatissimum quemque anatomicum solo artis suæ subsidio posse alterutri Medicinæ fini satisfacere. Facit quidem Anatome ad qualemcunque corporis conditionem cognoscendam; sed id faciunt quoque Physica, Mechanica, Hydrostatica &c. quas scientias tamen nemo ea propter inter medicinæ partes unquam retulit. Nec veteres, sive Medicinam in tres partes, ut Diæticam, Chirurg-

rurgiam & Pharmaciam; five in quinque, ut Physiologiam, Pathologiam, Semeioticam, Hygieinam & Therapeam, diduxerint, nunquam Anatomes, tanquam peculiaris Medicinæ partis, mentionem fecerunt. Ex quibus dictis, cum ita se habeant, colligitur, Anatomicum in parte primariam vel fundamentum Medicinæ vocari, injusteque in numero Medicinæ partium referri.

DISSERTATIO X.

DE

Secta Empiricorum.

I. **E**xpositis hucusque iis, quæ generatim ad Medicinæ ortum & progressum spectant, restant sectæ, earundemque auctores & decreta sigillatim tradenda. Propositum mihi est hoc capite docere, qualis quandoque fuerit secta Empirica, de qua apud veteres sæpe sæpius fit mentio. Verum in principio moneam, necesse est, Medicos Empiricos olim bene, verum nunc temporis male, audire. Pecant autem plerique nunc temporis viventes ignorantia vocabuli, cum eos, qui olim circumforanei, circulatores, &c. nominabantur, etiam appellatione Empiricorum dignos censeant: quum e diverso magnis potius intervallis distinguantur.

II. Empirica, quæ etiam Græce vocabatur *Teretice* & *Mnemonetice*,¹ propter observationes & memoriam pariter, quibus sectatores potissimum operam dabant, occupata erat in experientia, unde & nomen sortita est. Inter conditores historię Medicæ non constat, quisnam primus sectæ hujus auctor fuerit: aliis Philinum Coum, Herophili discipulum: aliis

[1] Galenus de sectis cap. I.

[2]

aliis Acronem Agrigentinum, Empedoclis æqualem, ut Empirica Rationali secta antiquior esset: aliis Serapionem, tanquam sectæ auctores, memorantibus. ² Utut sit, mihi tamen videntur, qui primum medicinam morbo faciebant, in usu tantum & experimentis disciplinam posuisse.

III Scio equidem complures contendere Pythagoram, Thaletem, aliosque Philosophos Medicinæ insimul rationali operam navantes, Acrone antiquiores; concludere ideoque Dogmaticam vetustiorē, quam Empiricam esse. Verum enim vero mihi Empirica videtur antiquior. Medicinam namque, cujusmodicumque ultimis temporibus fuerit, arbitror, totam experimentis deductam ortamque, subinde aliorum interitu, perniciofa discernentem a salutaribus. Quod etiam Empirici tempore Celsi ³ professi sunt, repertis videlicet Medicinæ remediis, homines deinde cœpisse de rationibus eorum disserere: nec post rationem Medicinam esse inventam, sed post inventam Medicinam, rationem esse quæsitam. Nam ne agricolam quidem, aut gubernatorem disputatione, sed usu, fieri Tantum abest, ut medicus possit.

IV. Mirantur multi quid causa fuerit, quare empiricorum antiquorum scripta prorsus extincta deperditave sint, cum tamen ista secta habuit auctores longe clarissimos. ⁴ Præter ante memoratos, celebres fuere Apollonii duo, pater & filius, uterque Antiochia oriundus; deinde Menodotus, Sextus, ⁵ Theutas, Bachius, Heraclides, Zeuxis, &c. ⁶ Quantum ad me attinet, causam hujus jacturæ, reor, nul-

lam

[2] Vide *Celsum* in præfat. lib. 1. *Plinianum*. H. N. cap. 1. lib. xxix. & *Galenum* de Sectis. cap. 1. & in Introductione cap. iv.

[3] In modo memorata Præf.

[4] A *Comringio* quidem introd. in art. Med. cap. 11. §. vii. *Scribonius Largus* & *Marcellus Burdegalenis*, quorum scripta etiam nunc extant, in grege Empiricorum annumerantur: sed cum per

errorem lapsum fuisse, & dictos auctores potius in familiam dogmaticorum cooptandos, evici in Dialogo de opt. Medic. secta in coll. Medic. subjuncto.

[5] Hos memorat *Galenus* in introd. cap. iii.

[6] Quorum mentio fit apud *Galenum* in libr. vii. aphorism. lxx. *Hippocratis* libr. 11. cap. vii. *Meth. Med. Claris* in Empirica auctoribus adnumerat etiam

iam aliam fuisse, quam quod ultimi Empiricæ affectæ ambi-
rent famam rationalium medicorum, conarenturque rationes
tam caussarum morborum, quam curationum ægrorum, tra-
dere. Factum inde est, posteaquam simili modo ut Dog-
matici Medicinam profiterentur, ut, coalita utraque tandem
secta, Empiria plane obsolesceret. Qua inveterata, mirum
non est, quare posterioris ævi medici, contempta tum tem-
poris Empirica, præclarorum quamvis virorum scripta, non
magni tamen fecerint. Et, cum præter hæc apud posteri-
tatem, usque ad seculum sextum & decimum, in studio Sa-
pientiæ Aristoteles, inque Medicina Galenus, primas tene-
rent duntaxat; non admiratione afficior, spretis posthabiti-
ve usque adeo reliquorum multo clarissimorum doctrina juxta
& scriptis; quod nemo posterorum ferme id sibi negotium
dederit, ut inveterascentia aliarum sectarum scripta, iterum
describenda curasset, sicque ab interitu ea vindicasset.

V. Erat hoc in more positum institutoque veterum em-
piricorum, ut brevissimas rerum declarationes, non defini-
tiones, sed descriptiones, nominarent. ⁷ Quamquam hæc modo
verborum controversia fuerit, placet tamen Empiricorum qua-
lemcunque descriptionem Experientiæ tradere. Experientiam
dicebant, esse ejus, quod sæpenumero & eodem modo vi-
sum est, observationem atque memoriam. ⁸ Theutas, cele-
ber

adnumerat etiam Theodam, Glauciam, Calicem, Didorum, Heraclidem & Lycum.

[7] Vel illustrationes vel delineationes. Ita Galenus lib. iv. cap. i. & ii. de Differ. Puls. & subfigur. Emp. cap. vii. Imo nauci habebant definitiones, quia primus, qui rem cognovit, eam cognovit sine defini-
tione. Sextus Empiricus, qui hanc contro-
versiam uberius libr. ii. Pyrrhon. hyp. cap. xvi. diremit, falsè cavillatur cum his, qui res per se notas definire conantur v. g. si quis ab aliquo sciscitari velit, an occurrerit ipsi homo insidens

equo & canem ducens: his verbis *O animal rationale mortale intellectus & scientia capax occurritne tibi animal visibile, latis unguibus, scientia politica capax, habens conglobationes firmatas super animali mortali, hinniendi facultatem habenti, quod secum ducit animal quadrupes latrativum.*

[8] Galenus de optima secta. cap. ix. vel ut habet Sextus Emp. adv. Mathem. cap. vii. *Experientia est diuturnus usus & operans absque arte & ratione, positus in sola observatione & exercitatione.*

[9] De subfig. Empir. cap. vii.

S

[10]

ber Empiricæ auctor, breviter quidem Experientiam descripsit, eandemque utpote esse rei evidentis observationem; verum tamen ejusmodi descriptionem docet Galenus esse evitiosam: mavult autem paulo ante a me traditam esse substituendam, quæ est descriptio Experientiæ generalis: singularem autem Experientiam vocabant, quod aliquis *αυτοψία*, i. e. proprio intuitu,prehenderit. Et, quemadmodum ex complurium hominum experientia singula experimenta originem duxere, ita ipsam artem Medicam, a plurimis experimentis ortam, Empirici profitebantur. Comprehensionem censabant esse veram ac firmam rei alicujus cognitionem: Incomprehensibilem rationem illi e diametro esse oppositam: hanc dissensionum, & de rebus obscuris contentionum, causam esse. ¹⁰ De cætero statuebant nos sensus ducere ad experientiam, fieri eandemque proprio intuitu, vel observatione: dein historia, ac congruo de re simili ad similem transitu, quem *μετάθεσιν* vocarunt, Celsus videtur hanc expressisse per *confert similitudo*. Autopsiam Empirici rei evidentis cognitionem non tantum, verum etiam Experientiam vocabant. Alii statuebant autopsiam esse memoriam quandam eorum, quæ sæpe ac eodem modo visa fuerunt: ¹¹ Historiam autem describebant, quod ea sit rerum circa eadem sæpius probatarum narratio. ¹² Transitio porro de re simili ad similem, sit iter ad experimentum. ¹³ Differentiam tamen & Dogma.

[10] Galenus de Sectis cap. 111. §. 12.

[11] De Sectis cap. 11. & cap. 1. §. 3. & de optim. secta cap. 14. §. 5.

[12] De optim. sect. cap. 21. & de subfig. Empir. cap. 1111. Historiam alii, esse voluerunt enunciationem eorum, quæ visu percepta sunt: alii enunciationem eorum: quæ evidenter appareant: alii enunciationem propriæ intuitionis.

[13] De subfig. Empir. cap. x. Causabantur autem Empirici se transitu ad simile indigere, quoniam plurima & pe-

ne infinita essent, in quibus observationes erant faciendæ; & opem ferentia essent quoque infinita, ac nemo posset, in omnibus aut plurimis observare. Præterea dixerunt se transitu ad simile uti, nonnunquam ab auxiliis ad auxilia: nonnunquam a locis ad loca: nonnunquam ab affectibus ad affectus. Ab auxiliis quidem ad auxilia, quando mespilum vice cotonei dysentericis exhibuerint: a locis ad locos, quando ea, quæ in musculosis aut nervosis membris observant, talibus etiam applicuerint: ab affectibus

Dogmaticus, & Empiricus in vocabulis agnovere: ille staturabat transitum a rei indicantis natura innoscere: hic vero, ea potius sectari censebat, quæ sensu præcognita fuerint: non quidem quod probabile videatur, simile a simili generari, aut agere, aut pati; sed quod experimento comperitum sit, ita se invicem habere, quæ sibi similia sint. ¹⁴ Cognitionem præterea, quæ autopsia comparatur, vel fortuitam esse, vel consulto factam. Fortuitam sine humano consilio vel casu evenire, vel natura: casu, ut, si quis occipitis dolore ægrotans in ambulando titubaverit, atque adeo involuntarie ad frontem alliserit, indeque propter aliquantum sanguinis, e vena frontis manantis, stillicidium juvetur; Natura autem accidere, si febrem habens, ob hæmorrhagiam narium, confestim a morbo liberetur. ¹⁵ Juvantia itaque & lædentia vocabant Naturalia. ¹⁶ Consultam denique ab intuitu cognitionem esse, quando aliquis, aut insomniis suadentibus, aut aliunde arbitrio ducto, volens ad experimentum venerit, v. g. si febricitans sitim explendi gratia coactus, sive aquam biberit, sive mala granata comederit, a febris ita liberatus fuerit. Dictis duobus experientiam comparandi modis, restat tertius, qui imitatione acquiritur, dicendus. Imitamine igitur comparari Experientiam ponebant, ubi aliquispiam id, quod semel atque iterum ac sæpe effectum conspexit, imitatus fuerit, idemque in iisdem morbis plurimum conducibile invenerit. ¹⁷ Hujusmodi repetita effecta

tibus autem ad affectus ita transiverunt, veluti cum remedia, ad sanguinis efflu-
vium probata ad hæmorrhoi morsum
accipiantur. Ita Galenus de optim. secta
ad Thras, cap. XIII. Idem de Sectis.
cap. I. §. III. Erat quoque Empiricæ
artis quandoque non incongrue de op-
posito transire ad oppositum, ubi scili-
cet similia universa incassum fuerint ten-
tata: quod quidem a Dogmatico omni-
no alienum erat. Idem Galenus hæc

habet in libro de subfiguratione Empiri-
ca. cap. x.

[14] Galenus. *ibid.* cap. x.

[15] *Ibidem* cap. II.

[16] Galenus de sectis. cap. I. §. 2.

[17] Non ita frequenter tamen, ut
jam semper ex alio consequatur. Suffi-
cere enim, præstendebant Empirici, ut
vel plerumque vel utrovis modo vel ra-
ro contingat. Galenus de subfig. Empir.
cap. II.

S 2

[18]

fecta autem judicabant præcepta appellari : a multis vero in unum fasciculum collectis præceptis Medicinam, cum antea vaga instabilisque esset, artis formam tractu temporis indeptam esse. ¹⁸ Adhæc esse *Τριβικηνη*, quo vocabulo significari, tritam Experimentiam, quam a disciplina, experimentis insistente, ortam, artifices solum usu exercere : Disciplinam vero, quæ in experimentis versatur, vocari, habitum eorum, quæ adeo frequenter evenere, ut theoremata jam inde sint constructa. Theorema nominabant, habitum rei, quam viderunt, cum eventus oppositi distinctione. E. g. Id, quod semper eodem modo contingit, oppositum ejus nunquam accidere : Et quod plerumque contingit, ejus contrarium, aliquando quidem, sed raro, evenire. Ejus autem, quod utrovis modo fit, æqualem esse oppositi eventum : sicut illius, quod raro accidit, contrarium frequenter apparere. Quibus fundamenti loco positis, quadruplicis generis theorematum differentias statuebant. Primi generis versari in iis, quæ nunquam : secundi, quæ plerumque : tertii, quæ utrovis modo : quarti tandem, quæ raro contingere soleant. ¹⁹ *Syndromen* per eminentiam vocabant concursum eorum, quæ ex longa observatione ita simul convenire comperta sunt, ut incipiant pariter, augeantur, vigeant, declinent, retrocedant. Hujusmodi symptomatum conjunctionem congregationemque morbum nominabant : vel potius in dictorum symptomatum concursu naturam morbi ponebant ²⁰.

VI. Quod vero ad exercitationem usumque medendi attinet, Empirici utique in his inclaruere ; siquidem, cum animum modo ad illam applicarent, ommissa animalium sive vivorum sive mortuorum sectione, inspectioneque : ²¹ ommissis etiam

[18] *Galenus*. de Sectis. cap. 1. §. 2. collegit, esse medicum.
 Præceptum vel placitum vocabant memoriam eorum, quæ semel atque iterum ac sæpe eidem affectui profuerunt. Ex complurium ejusmodi collectione Medicinam esse ortam, & eum, qui talia
 [19] Idem de subfig. Empir. cap. 11.
 [20] *Galenus* de subfig. Empir. cap. V.
 [21] Nam colorem, aiebant, levorem, mollissem, durissem, similiaque omnia non esse talia inciso corpore, qualia integro fuerint,

etiam obscuris, ratione tantum investigandis, morborum caussis, non potuerunt, quin tandem in Medicina facienda evaderent longe clarissimi. Posthæc non illotis, ut ajunt, manibus, juxta ac nostrates circumforanei temere, & nullo consilio, Medicinam administrabant; verum ad præsentium accidentium concursum respiciebant, convenientemque accidentibus curationem, quanquam & morbum & causam ejus ignorarent, animadvertent. ²² Ejusmodi enim latentium rerum

runt: quia, quum corporibus invisatis, hæc tamen metu, dolore, inedia, cruditate, lassitudine, mille aliis mediocribus affectibus seque mutantur; multo magis verisimile est, interiora, quibus major molities, lux ipsa nova sit, sub gravissimis vulneribus & ipsa trucidatione mutari; neque quicquam esse stultius, quam quale quidque vivo homine est, tale existimare esse moriente, imo jam mortuo. Exempli gratia in medium proferebant uterum, quem spirante homine posse diduci, prætexebant: minus autem mortuo. Si quid sament sit, quod adhuc spirante homine conspectus subiciatur, id sæpe casum offerre curantibus. Interdum enim gladiatorem in arena, vel militem in acie, vel viatorem a latronibus exceptum, sic vulnerari, ut ejus interior aliqua pars operiatur, & in alio alia sita. Ita sedem, positum, ordinem, figuram similiaque cognoscere prudentem medicum, non cædem, velut Herophilus & Erasistratus perpetrarunt: sed sanitatem molientem, idque per misericordiam discere, quod memorati dira crudelitate cognoverint. Ob hæc ne mortuorum quidem lacerationem necessariam esse: qua etsi non crudelis, tamen fœda sit, quum aliter pleraque in mortuis se habeant: quantum vero in vivis cognosci potest, ipsa curatio ostendat. Hæc Celsus in Præf. lib. 1. His adde quæ

Galenus de sectis. cap. III. §. XI. habet. Empirici neque inveniri quicquam membrorum dissectione concedunt, neque si fieret, id arti necessarium esse: at ne omnino quidem indicationem esse, neque aliud ex alio posse cognosci, quia omnia postulent ex se-met ipsis agnitionem: neque id, quod suapte natura abditum sit, ulla signo indicari, ac ne ulli quidem arti opus esse Dialectica.

[22] Galenus in Introd. cap. 11. De cætero periti Empirici non quamcumque symptomatum congregationem morbum nominabant, sed concursum tantum eorum, quæ ex longa observatione ita convenire comperti sunt, ut pariter incipiant, auferant, declinent & recedant. Hujuscemodi syndromen compendii gratia uno nomine, originem ab affecto loco, ducente, nominabant, ut Pleuritidem: subinde ab aliqua similitudine, ut cancerum: interdum ab aliquo symptomate, ut inflammationem, &c. Symptomatum enim congregationem appellabant Syndromen. v. g. Si quando Empiricus in aliquo advertebat distentionem vasorum, & ruborem & corporis universi gravitatem & pigritiam & tensionem membrorum; concludebat tunc ex hoc accidentium concursu, sanguinis missionem esse instituendam. Vide Galenum de Subfig. Empir. cap. v. & de multitud. cap. 1. Istiusmodi concursus

rerum conjecturas, statuebant, ad rem non pertinere: quia non interfit, cujus generis morbus sit, vel quid morbum faciat, sed quid tollat ²³.

VII. Objectabant quidem Dogmatici Empiricis, sæpe etiam nova incidere genera morborum, in quibus nihil adhuc usus ostenderit: ideoque necessarium esse animadvertere, unde ea cœperint, sine quo nemo mortalium reperire possit, cur hoc, quam illo potius utatur. Verum respondebant Empirici, remedia jam explorata esse, neque ulla incognita, aut nova, genera morborum reperiri. Quod si incidat malignus aliquod ignotum, non ideo tamen fore medico de rebus cogitandum obscuris; sed cum protinus visurum, cui morbo id proximum sit, tentaturumque remedia similia illis, quæ vicino malo sæpe occurrerint, & per ejus similitudinem opem reperturum. ²⁴ Et quantum ad investigationem causarum pertinet, plurimi Empirici eam ab initio flocci fecerunt; Serapion deindè, nec non Menedotus, causas, puta evidentes, scrutati sunt, quos postea reliqui sectatores insecuti sunt. ²⁵ Indagabant namque fatigatio morbum, an sitis, an fames, an frigus, an calor, an vigilia fecerit: an cibi viniq̄ue abundantia, an intemperantia libidinis, vel similis in sensus incurrens causa. ²⁶ Quid? quod & ratiocinabantur de viribus medicamentorum. Exempli causa nominabo Heraclidem Tarentinum, qui perniciosum judicabat, cataplasma in phrenitide capiti sine clystere antecesso adhiberi, & id quidem pleno corpore, siquidem ad caput rapta materia in salutis periculum præcipitat ægrum. Ratiocinium quomodocunque fuerit, non dubito tamen Cæl. Aur. orationi assentiri, Heraclidem utpote in hoc non

observatione invenerunt. Observatio deinde memoriam peperit, memoria ex-
rientiam, a qua tandem ars originem
duxit. *Idem* de subf. Emp. cap. vi.

[23] *Celsus* in Præf. libr. I.

[24] *Celsus* in Præf. lib. I.

[25] *Galenus* de subfig. Empir. cap.

XII. & VII. Cum his annumerandus
est Heraclides Tarent. quoniam statuit
lethargum fieri multitudine cruditatis, &
craftitudine vel acrimonia humoris. vide
Cal. Aurel. acut. pass. libr. II. cap. IX.
ubi illum nobilem empiricum nominat.

[26] Ita *Celsus* in dict. Præf.

[27]

non suæ sectæ morem servasse, quæ nunquam vasculorum corporis materias attendit: siquidem non solum occultæ sunt, verum etiam plerorumque iudicio Empiricorum falsissimæ. ²⁷ Hi enim nullas agnoscebant causas, nisi quæ in sensu incurrerent: atque hoc cavebant cum maxime, ut ne aliquid propter rationalem consequentiam; sed propter memoriam observationisque evidentiam affirmarent tantum. Igitur rationem Dogmaticam ab Empirica discernere licet, quod illa sit occultarum, at hæc manifestarum causarum indagatio: ²⁸ illa vocabatur Analogismus, quem quoque Dogmatici describebant, quod is sit comparatio & perceptio causarum iuvantium per similitudinem. ²⁹ Hæc autem appellabatur Epilogismus, quem Menodotus sensui rerum evidentium & memorie adjunxit. ³⁰ Epilogismum Empirici describebant, quod sit ratio, quæ id, quod ab intelligentia divertit, in firmam certamque notitiam adducat. ³¹ Eundem idcirco rationem evidentem esse, arbitrabantur, utilem ad sensibilia, nondum manifesta, invenienda: utilem ad arguendum eos, qui evidentiam rerum impugnant: utilem ad ostendendum, quodnam inter evidentia præteritur: utilem denique ad diluenda sophismata. ³²

VII.

[27] Cæl. *Aurelianus* celer. passion. lib. 1. cap. xviii.

[28] *Galenus* de subfig. Empir. cap. vii.

[29] Idem de optim. sect. ad Thras. cap. ix. In prognost. Hipp. Comm. 1. §. 9. *Analogismus est ratio, quæ ab evidenti auspiciatur, rei obscura faciens cognitionem.*

[30] Idem de subfig. Empir. cap. xiv.

[31] Eiusmodi descriptio habetur in finition. Med. cap. 1. Verum *Galenus* comm. 1. §. 9. in prognost. Hipp. dicit *Epilogismus est ratio communis, & omnium assensu conspecta.*

[32] Hunc namque ab evidentibus

nunquam abesse, sed cum iis semper veritari: longe secus, ac dixi, conditionem rationis esse; quam quidem ab evidentibus initium trahere; verum eandem in ea, quæ perpetuo abdita sunt, desinere. Ideoque varios ejus esse modos, cum ab evidentibus aliquid, quod abditum est, ad aliud accedat: indeque discordiam, quæ iudicari nequit, oboriri. Hanc indicium incomprehensibilitatis esse dicebant. Comprehensionem vero vocabant, quæ vere ac perspicue cognoscuntur. Præter hæc statuebant, quod incomprehensibile est, id esse causam dissensionis: siquidem de eo non valemus recte iudicare: & rursus dissen-

VII. Supervacuum ducebant considerationem contemplationemque Naturæ, quæ vel conjectura, vel ratione; minime autem ea, quæ sensuum adminiculo, instituitur. Et ego, latentium rerum conjecturas ad Medicinam practicam non pertinere, existimo. Etenim secum aliquis reputet velim, num id ad aliquem Praxeos fructum redundet, si quis ita tuerit, sive hac de causa concoctionem ciborum in ventriculo intercidere, sive de illa; sive concoctionem esse illam, sive digestionem, sive putrefactionem, sive fermentationem, sive tantum alimentorum attritum. Quid Practici? quid ægrotantis, interest? si quando calluerit quomodo digestio fit, nisi insimul sciverit, quis cibus optime sit digerendus. Hoc scire utriusque eorum magni interest. Neque ad rem pertinere, puto, quo pacto respiratio fiat, cujus quoque aliæ atque aliæ complurium physicorum sententiæ extant; sed quid gravem tardumque spiritum expediat. Eadem reliquarum esto abditarum rerum conditio. ³³ Equidem quid succus Scammonci ad purgandum, quid Aristolochiæ radix ad morsus serpentum possit, video; verum cur possit, nescio. Sic ventorum, &c. rationem, quam habeant, non satis perspicio: vim & eventum agnosco, scio, approbo: Quapropter hoc sum contentus, quod, etiamsi, quomodo quidque fiat, ignorem, quid fiat, intelligo. ³⁴

IX. Sed, ut expediam exitum institutæ de Secta Empiricorum dissertationis, quotusquisque est, qui non admiretur, & indignetur de pudenda quorundam recentiorum medicorum incitia? qui, dum alii medico vel ob summam inter eos contentionem, vel ob invidentiam uberius felicitatisque praxeos Medicinæ, ignominiam maculamve inurere

diffensionem inter aliquos obortam rei alicujus incomprehensibilis esse indicium; etenim eam, quæ de rebus obscuris contentio est, posse judicari, negabant: posse autem eam, quæ de perspicuis est. In his enim, cum singula, qualia sunt, appareant, si vera loqui-

mur, atque adeo nos veritatis convincant: ita ex adverso nos coargutura, si mentiti fuerimus. *Idem* de sectis. cap. III. §. 12.

[33] Ita Empirici argumentabantur teste *Celso* in Præf. lib. 1.

[34] Hæc *Cicero* de Divinat. lib. 1.

[1]

conantur, assolent eundem appellare nomine empirici; quasi vero tum huic maximum convicium facerent. Næ illi, qui hoc putant, vehementer errant: & tantum a maledicentia abfunt, ut infcientes illius laudem potius illustrent.

DISSERTATIO XI.

DE

Secta Methodicorum.

I. **L**icet *Prosper Alpinus*¹ & *Daniel Clericus*,² Viri præclara eruditione atque doctrina, copiose & abundanter de initiis & progressu Sectæ Methodicorum scripserint, ita ut eorum scriptis vix aliquid adjungi posse videatur: reliquerunt tamen nonnulla, quæ mihi spicilegium quasi instituenti auctorum, quos infra citabo, obvia fuerunt. Ex his & aliorum collectis faciam qualecunque totius sectæ brevium. Sed ad rem.

II. Asclepiade a vita recedente auditor ejus Themison præceptoris placita mutavit.³ Qui, cum finiverit Medicinam esse methodum quandam, eorumque, quæ in morbis sunt communia, contemplatricem,⁴ auctor existit peculiaris sectæ, ob dictam medendi methodum, Methodicæ postea appellatæ. Conditor sectæ, ut dixi, erat Themison Laodiceus: at perfector erat Thesifalus Trallianus,⁵ delens, Plinio

[1] Qui magnum volumen de hac secta in lucem edidit; in quo tamen complura invenies, quæ ex præceptis & institutis methodicorum finxit.

[2] Dans la histoire de la Médecine Seconde Partie liv. xv. sect. 1. chap. 11. &c.

[3] *Plinius*. H. nat. libr. xxix. cap. 1.

[4] *Celsus* in Præf. lib. 1. *Methodica est ratio, qua ab apparente progreditur, & incomptis comprehensionem facit, ut si sunt sudores, sunt exigui meatus cutis: apprens res enim est sudor: meatus autem esse, incomptum est.*

[5] *Galenus* introduct. cap. 111.

T

[6]

nio auctore, ⁶ cuncta majorum placita, & rabie quadam in omnis ævi medicos perorans. Hunc gloriosum maximeque superbum hominem id temporis fuisse, liquido ex fragmento epistolæ ad Neronem discimus: in qua insolentius se extulit, ac scripsit medicos, qui ante se fuerunt, nihil utile sive ad sanitatem tuendam, sive ad morbos propulsandos, spectet, memoriæ prodidisse. Quid? quod eo usque vesanivit, ut tribunal fingeret, Græcis, veluti iudicibus, assidentibus; coram quo singulos Medicinæ antistites accusavit; sed se ipso simul litigatore, simul Agonotheta, simul iudice, victoriam sibi tribuente. ⁷ Ad summam, in tantum se in fortuna insolentem atque arrogantem præbuit, ut non dubitavit in monumento suo, quod erat Appia via, se Iatronicen, i. e. medicorum victorem appellare. ⁸ Præter hæc non veritus est præter omnium medicorum sententiam, artem Medicam, quæ semper longa difficilisque ad discendam habebatur, brevem facilemque pronunciare, ⁹ pollicerique se eam sex mensibus traditurum. Quomodocunque sit, id saltem de ejus doctrina constat, eundem sibi summam discipulorum frequentiam, quia plurimi opificum ac imi subsellii homines se in disciplinam ejus tradebant, comparasse. ¹⁰ Post hunc celeberrimi in Secta fuerunt Mnaseas, Dionysius, Olympiacus, Mnemachus, Soranus, Julianus, ¹¹ Cæli. Aurelii Moschus, Theodorus Priscianus & alii, quorum memoriam scriptores varii venerantur.

III. Quandoquidem Methodici statuiebant animantium corpora ex corpusculis insecabilibus, seu minimis individuisque, ac similaribus orta, ea itaque nominabant *syncrimata*. ¹² Di-

[6] Libro & cap. modo citat.

[7] Galenus Meth. med. lib. I. cap.

II. [8] Plinius loco citato.

[9] Galenus de sectis cap. IV. §. 14.

[10] Galenus. d. libro. cap. I.

[11] His adde Proclum, Rheginum, Antipatrum, Eudæmum, Philonem, Apollonidam, quos memorat Galenus. d. I.

cap. VII. & in Introd. cap. III.

[12] Idem. de simpl. med. fac. lib. V. cap. XXIV. *Sextus Empiricus*. Pyrrhoniæ. hypoth. lib. III. videtur Methodicorum sententiam reprehendere; scribit enim, verum quomodo fieri dicunt syncrimata ex primis elementis, si nec *σικρίμα* existat nec *ἀφῆ*, id est tactus seu tactionis sensus, nec temperatio aut commissio ullo modo

ctorum autem corpusculorum alia esse solida, alia vero fluida: atque ex horum conjunctione, vel coalitu oriri animantium corporum duplicis generis statum, quem consistere aut contractione aut diffusione: quarum in moderato statu, Julianus existimavit, sanitatem esse positam; contra si fuerit, morbum. ¹³ Methodicorum quidem alii aliter sanitatem perinde & morbum finiverunt: ¹⁴ verum enim ego his, ne in scribendo nimius sim, superfedo. Attamen moneam, necesse est, mihi videri vocabulum morbi ut & *pathos*, methodicis in usu fuisse ut synonymum. Exempli causa Olympicus, quum dixerit morbum esse mutationem a naturali in id, quod præter naturam sit, stabilem: sive *Pathos* esse conversionem corporis a naturali habitu in eum, qui præter naturam est, permanentem, idem, quamvis aliis verbis, protulit. Differentiam tamen posuit esse *passionem* inter & symptoma. Scilicet symptoma esse, quod *passioni* accidat, quodque in iis, quæ præter naturam sunt, propriam ac magis singularem habeat figurationem. ¹⁵ Cæterum Themison, Theusalus, &c. methodici duos posuerunt modo in victus ratione morbos, & eos quidem simplicēs, ac primos & veluti elementares esse; quorum alterum a stricto, alterum a laxo, oriri. Præter hos & tertium morborum genus statuerunt, quod vocarunt mixtum,

modo fieri potest. Apparet ex hoc Methodicos temperationem elementorum, quam Hippocrates primus invenit, negasse: e diverso Empedoclis, elementa ut frustula minima in corporibus compositis inter se coherentia, sentientis, opinionem, fuisse amplexos.

[13] Galenus in libro, quem adversus Julianum composuit. cap. iv. hæc Juliani verba allegat. *Contractionis diffusionisque moderatum statum, commensuratumque statuentes in humanis coagmentis, sanitatis illum nomine appellamus: isti porro mediocritati, cum insidia a morbis tenentur, necessario fit, ut patiantur cor-*

pora contracta ac dura, sicciorave aut diffusa, molliaque facta, atque humida.

[14] Ut, sanitatem esse naturalium actionum firmitatem & robur; morbum vero nequaquam actionis læsionem & infirmitatem, sed, alii corporis quendam affectum, alii corpus certo modo affectum. Olympicus dixit sanitatem esse affectum, qui absentia sit morbi: & morbum mutationem a naturali in id, quod præter naturam est, stabilem: alii sanitatem esse dixerunt, constantiam secundum naturam se habentium actionum. Ita Galenus meth. med. lib. i. cap. vii.

[15] Ibid. cap. ix.

T 2

[16]

tum, ex ambobus modo memoratis simplicibus compositum. ¹⁶ Et quia hæc in singulis affectibus occurrere, vel in pluribus eadem esse, observarunt, vocarunt ea morborum communia, vel communitates: ¹⁷ quas etiam evidentes nominarunt. Diviserunt porro eandem ratione affectus & curationis bifariam: illius generis appellarunt passivas, ut strictum atque laxum: hujus vero medicamentosas, vel vi sanandi præditas, ut laxare & sistere. ¹⁸ Præter hæc decreverunt, quod adstrictio sit densitas, & necessariorum excrementorum suppressio: fluxus autem corporis immodica rarefactio, & eorum, quæ manere debuerant, excretio. ¹⁹ Medicis insuper in usu erant communitates ad Chirurgiam spectantes: consistere has, censebant, in ejus, quod alienum est, ablatione. Alienum autem aliquid bifariam esse, videlicet vel extrinsecus vel intrinsecus: illud simplex esse, hujusvero tres dari species; ergo in universum quaternas, ad Chirurgiam pertinentes, communitates esse: & binas, ut paulo ante dixi, ad victus rationem spectantes. ²⁰ Quibus positis suum cuique communitati tribuebant methodici usum indicandi, quo pacto nempe medicina cuique affectui sit facienda. Et primo asseriebant strictam affectionem laxandi necessitatem indicare: fluentem vero affectionem, supprimendi necessitatem: si vero mixtum fuerit vitium, occurrendum subinde vehementiori malo. ²¹ Hæc de communitatum, victus rationi propriarum, indicationibus. Superfunt Chirurgicæ dicendæ, quarum prima indicat, quod extrinsecus alienum est, ut telum ut spina, &c.

[16] Ibid. cap. 111. & lib. 11. M. M. cap. 6. & de Sectis cap. 14. §. 13. & *Celsus* in præf. Themisonis sectatores contendunt nullius causæ notitiæ quicquam ad curationes pertinere fatisque esse quædam communia morborum inveni: siquidem horum tria genera esse: unum adstrictum, alterum fluens, tertium mixtum. Nam modo parum excernere ægros, modo nimium, modo

alia parte parum, alia nimium.

[17] Communitas enim est res in pluribus eadem. Galenus de opt. sect. cap. XVI. §. 23. item de sectis cap. 14. §. 13.

[18] *Galenus* in Introductione cap. 11.

[19] Idem de optim. sect. ad Thrasymb. cap. XVII. §. 27, 28.

[20] Idem in Introduct. cap. 11.

[21] *Celsus* in Præfat. lib. 1.

&c. ut id perfecte educatur. Secunda indicat, ut id, quod loco alienum est, ut suffusio, luxata membra &c. transponendo in proprium locum restituantur. Tertia versatur in iis, quæ magnitudine aliena: cujusmodi sunt abscessus, tumores, condylomata, &c. quorum alia divisionem, alia supervacui abscissionem, indicant. Quarta tandem inhæret iis, quæ defectu aliena, cujusmodi non ut supervacanea, verum quasi deficerent, considerata: hujus generis esse, ajunt, mutila curaque cuncta: nec non ulcera, fistulas, &c. quæ singula ex defectu repletionem sui indicare. ²² Quantum vero ad symptomata pertinet, arbitrabantur, non operæ pretium esse, ut in curationis considerationem veniant: sublatis enim affectibus, aiebant, tolli insimul symptomata: positis vero illis, durare etiam hæc ipsa: ideoque hæc nihil indicare, quod in curatione ægri medico incumbat. ²³ Verum tamen & Empirici & Methodici & Dogmatici differebant inter se indicationibus: illi negabant ab indicatione remedia inveniri posse: isti putabant ab evidentibus, sensui utilia indicari: at hi ab occultis potissimum; causas enim morborum in obscuro præcipue esse positas. ²⁴ Cæterum, quamvis Methodici solerent plerumque per dictas communitates quælibet morborum genera explicare, nihilominus tamen statuebant causarum differentias, quarum aliquas affirmabant esse evidentes, quas, postquam auctores adversæ valetudinis fuerint, separari vel evanescere. In harum numero collocabant frigus, æstum, laborem, &c. Aliquas nominabant continentes, & has, postquam morbum excitarint, permanere. Scilicet his præsentibus effectum adesse: his incrementibus effectum augeri: his decrementibus, minui; & tandem his desinentibus, effectum finire.

[22] Galenus in introd. cap. 11.

[23] Idem de optim. sect. cap. xv. §. 21. Affectus namque causarum loco habebant, quoniam illa symptomata efficiunt, sed non qua causæ sunt, sed qua communitates, quas *caenotetas* voca-

bant, vim habent indicandi: nihilque vetare, idem & pro causa, & pro communitate & pro alio quopiam accipi. ibid. cap. xvi. §. 23. & cap. xix §. 32.

[24] Ibid. & cap. vi. §. 8. ejusd. libri.

finiri. ²⁵ Signum distinguebant ab accidente. Nam signum esse, quod non recedit, & semper significato conjunctum est: accidens vero, quod Græci symptoma appellant, esse, quod modo advenit, modo recedit. ²⁶ Præterea censebant quatuor plerisque morbis esse tempora, ut initium, incrementum, summum impetum, & decrementum. Morborum autem nec non auxiliorum tempora non re ipsa, sed cogitatione differre tantum: morbi enim atque auxilii tempus simul incidere: neque vero auxilii tempus absque morbi tempore deprehendi posse. Tempora autem indicare hoc argumento persuasum habebant, quia sæpenumero observarunt non omni tempore vel

[25] Dioscorides lib. VI. cap. xxxv. Quomocunque hæc sint a Dioscoride prolata, videntur tamen mihi Methodici non fuisse magnopere de his causis evidentibus solliciti. Galenus enim de febris. cap. v. §. 15. eos ita inducit disputantes contra rationales. *An omissis iis affectibus, inquiebant, qui in corpore sunt, hæc sc. frigus, astus, &c. illa sunt, quibus vos mederi debetis, quorum ne ullum quidem est, quod adhuc sit, sed ipsa quidem recedunt: quod autem ab iisdem genitum est, in corpore manet, etique mederi oportet. Id enim affectio est. Hoc ipsum igitur considerandum est, qualenam sit. Si enim adstrictum est, relaxandum: si fluens continentium, quacunque ea causa sit a qua alterutrum est genitum. Neutrum horum contrarium unquam statuebant indicare. Habebant itidem supervacua causarum obscurarum investigationem, cum ab affectu propria indicetur curatio, ejus etiam causa, a qua is ortus sit, cognitione remota. Eandem præterea statuebant conditionem esse temporum anni, ætatum, locorumque; & maximopere se admirari aiebant, cur a majoribus res adeo evidens non sit intellecta: Namque inflam-*

mationem, v. g. quæ adstricta affectio est, tam hyeme quam æstate laxantia postulare præsidia. Eandem censebant esse rationem & ætatis & locorum. Quippe memoratam affectionem oportet æque in pueris ac in senibus: æque in Ægypto ac Athenis, una eademque methodo tractare. Reliquorum eandem conditionem esse. Quæ cum ita sint, apparere ex his, illorum indagacionem ad nullam Medicinæ utilitatem redundare, sed ea universim vana curiositate tractari. Adhæc disputabant, quid paritum corporis consideratio? an non inanes hæc sunt ad indicandam curationem. Quotusquisque est, qui dicere audeat, inflammationem in parte nervosa esse relaxandam? eandem vero in arteriosa venosave aut carnosæ comprimendam? Similiter, ac de adstricto dicebant, habere se laxum. Quæ cum ita se habeant, quod partis natura nequicquam rationem curandi variet, sed pro genere affectus remedii inventio sit; confici hac ratione, putabant, partis alicujus considerationem esse inutilem.

[26] Ccl. Aurelian. auctor. morb. libr. II. cap. xxxii.

[27]

vel cibum vel medicamentum dare, ex usu ægris fuisse, qua de causa dijudicarunt, hæc propter temporum discrimina accidere. ²⁷

IV. Quamquam ex cuius hæresi additis alius ab alio opinionum dissensione plerumque discreparet: omnium tamen cuiusque Medicinæ sectæ professorum in hoc consensus erat, quod evidentia autumarent utilia: utiles itidem Medico analogismum, observationem, historiam, atque ad simile transitum; cuiusmodi quatuor erant fulcra doctrinæ Empiricæ præcipua, quibus universam artem superstruendam putarunt. Porro conveniebat inter cuiuslibet familiæ principes, historiam sine iudicio non admittendam; alia ex aliis deprehendi; iisdem malis præsentibus eadem esse facienda; additione & subtractione servari sanitatem, morbum autem fugari: ad valetudinem tuendam, & morbum sanandum opus esse fugere noxia; usu denique atque experientia omnia, sive perniciofa hominibus fuerint, sive salubria, fuisse inventa. Hæc generalis sectarum consensus: singularis autem & Empirici & Dogmatici hæc erat, quod uterque statueret a nulla re, in sensu incurrente, provenire indicationem: attamen ambo nolebant idcirco observationem rerum utilium, in sensu clare incurrentium, susque deque habendam. Singularis etiam consensus erat Empiricos inter & Methodicos: adstruebant enim utrique, occultum ex evidentibus cognosci non posse: igitur conducibilem indicationem inde haudquaquam oriri. Singularem porro doctrinæ consensum habebant & dogmatici & Methodici: statuebant etenim ex sensu cognitis & ex indicatione, quid utile sit, percipi posse. Et, ut breviter unius cuiusque sectæ characterem proferam, Empiricis hoc peculiariter fuit, quod arbitrarentur, cuncta in Medicina utilia in observando deprehendi: Methodici ex adverso censebant indicationi illa peculiariter tribui debere: Dogmatici vero statuebant aliqua observationis, aliqua indicationis adminiculo, inventa:

[27] *Galenus* de optima secta. cap. xx. XXI. §. 36. XXIII. §. 39.

[28]

venta: indicationem autem e caussis potissimum abditis erui posse. 28 Tandem conveniebat Methodicis cum Scepticis de quibusdam placitis: illi enim de incertis non temere judicabant, multo minus arrogabant sibi, ut comprehensibilia, sive fiat, sive non fiat, pronunciarent; sed apparentia sequentes, ex iis, quod utile modo fuerit visum, accipiebant. Pari modo procedebat scepticus Præter hæc Scepticus autumabat ex coactu *passionum* se a firi ad potum, a fame ad cibum, &c. deduci. Similiter methodicus opinabatur se a *passionibus* ad con-

[28] Ibid. cap. VI. & VII. & in Introduct. cap. II. hujusmodi Methodicæ sectæ characteres habentur. *Methodicam sectam primum notat similis in evidentibus consideratio, sed non in latentibus seu obscuris, quemadmodum in rationali Secta. Hoc unum intercedit discriminis, quod in illa quoque similitum inspectio, sed in obscuris consistit: secundum, quod ex simili in evidentibus, affectus, auxilia, tempora, particularia omnia ad generalia reducit: attamen non evidentia tantum Empiricorum more animadvertunt, sed particularibus, nullo generali cognito, insistant. Tertium est ex communitatum indicatione curationem accipere, nec causas, ut rationalibus in usu est, exponere, neque facta in concursibus observatione eorum, quæ per experientiam conveniunt, ut Empirici faciunt, contentos esse. Præter hæc Methodici inficiabantur, humorum seu plenitudinem, seu corruptionem morborum quorumlibet causam esse. Hoc pacto Julianus Dogmaticorum sententiam conatur confutare. Qui evacuationibus juvari ægros ajunt, necesse est, hos existimare continentem morborum causam esse plenitudinem. §. 9. &c. Is quidem perhibet hanc rationalium sententiam esse, Galenus tamen eam haud parum limitat, §. 12. Aliam propositionem*

Julianus Dogmaticos confutandi causa, subjungit. Si humores, quomodocunque fuerint, sunt in causa, ut morbi in corpore exoriantur, necesse est, ut facta illorum evacuatione, morbi protinus tollantur: atqui complures sunt morbi, in quibus frustra talis evacuatio instituitur. Igitur conficitur ex hoc, ut Julianus concludit, humores quoquo pacto constitutos nullius morbi causam esse. Namque morbum, qui a multitudine sanguinis oritur, debere extemplo profligari, ratiocinatur, quamprimum sanguinis missio fuerit instituta; eum, qui e bile, vel pituita originem duxerit, debere quoque illico extirpari, peracta cum Cholagogo vel phlegmagogo purgatione. Sin vero aliquis prætereundere velit morbos etiam oriri ab humorum in præposteram qualitatem transmutatione, tunc causatur hujusmodi transmutationem nec intelligi posse, nec veritati similem esse. Idem Julianus §. 7. flocci pendit vocabulum Naturæ. Ita scribit, *Non Hercule nobis, hi Dogmatici videlicet, persuaserint, neque vero sibi ipsis, modo verum sciantur, non ignorare se quid natura sit, quam in omnem partem vexant, magnifica ubicunque verba sonantes, an ea sit, aut simplex calidum, aut temperatum mixtumve, aut frigidum spiritusque substantia.*

[29]

consentanea dirigi : scilicet a conspissatione & condensatione ad laxationem; & e diverso a laxatione & effluvio ad ejus compressionem. Omnia enim, quæ a Methodicis dicuntur, referri queunt, ut auctor est Sextus Empiricus, ²⁹ ad coactum & vim, quam nobis *passiones* afferunt; & ad ea, quæ secundum naturam, & ad ea, quæ præter naturam, sunt. Consentiebant ultimo inter se Scepticus & Methodicus, quod uterque omnem a se removeret opinionem : ut & verbis uteretur indifferenter. Quemadmodum enim scepticis in usu erat hæc formula loquendi. Nihil definitio, nihil comprehendit; simili modo Methodici *κωνοτητα* & *διηκειν* & *ἰδαζειν*, & similia promiscue usurpabant.

V. Quod vero attinet ad affectus ab alterutra communitate ortos, Cælius Aurelianus, Methodicæ sectæ professor, sentiebat Lethargiæ, ³⁰ peripneumonix, ³¹ synanchis, ³² spafmi, ³³ hy-

[29] Pyrrhon. Quæst. lib. I. cap. XXXIV.

[30] Aurelianus. Acut. pass. lib. II. cap. I. hanc tradit Sorani descriptionem. Lethargus est pessura celer, vel acuta cum acutis febribus & pulsu magno ac tardo atque inani. Et cap. V. Mnafeas putat lethargum alium strictura effici, alium solutione, siquidem somnus nunc densitate nunc laxamento corporum fiat. cap. IX. *Lethargica passio nullo alio magis, quam strictura cognoscitur. Lux enim solis atque tepor relaxat: e contrario somnus adstringit.* Attamen Themison jubebat lethargicos obscuro in loco haberi. Etenim, inquit, lux apta non est, siquidem movet ac turbat corpora, & non sufficiunt spiramenta turbationi commotæ congruam exhalationem præbere.

[31] Idem. lib. II. cap. XXVII. Peripneumoniam dicit esse passionem

generaliter acutam atque strictura excitatam, adjuncto levi humorum fluore, quem Rheumatifinum vocant. Vel, ut habet cap. XXVI. *Peripneumonia est strictura vehemens atque acuta pulmonis, cum sputis & siti, & febricula celeri, atque acuta.*

[32] Idem lib. III. cap. I. Quamvis dixerit ex opinione Themisonis, synanchis antecedentes causas aliquas esse occultas, aliquas manifestas atque cæteris quoque communes passionibus: tamen cap. II. hanc ita definit. *Est autem passio strictura acuta, atque celeris & vehemens & sapissime continua, aliquando intercapedinata.*

[33] Idem. lib. III. cap. VI. *Est autem juxta definitionis formam conductio, quam spasmion Græci appellant, involuntaria tensio, & conductio partium cum vehementia & acuto dolore, ob strictura nimietatem.*

hydrophobiæ, ³⁴ Epilepsiæ, ³⁵ insaniæque ³⁶ causas esse stric-
turam. Phrenisim aliam ex solutione: aliam ex complexio-
ne stricturne atque solutionis, esse. ³⁷ Melancholiam esse
communiter stricturne *passionem* magnam: aliquando etiam
complexam, ob plurimas egestiones. ³⁸ Eiusdem naturæ ex-
istimat esse catarrhum vel Rheumatismum. Namque instar
pronuntiati (sic mihi, Ciceronis in vestigio insistenti, liceat
appellare axioma) Methodicis erat, constrictionem atque do-
lorem stricturne esse accidentia: multorum vero liquidorum
egestionem, solutionis esse signum. ³⁹ Inflammationes subin-
de ab astrictione ortas: interdum vitium mixtum esse. Po-
nebant enim, Galeno narratore, ⁴⁰ foraminum alia rara esse
facta, & alia clausa, quas ob res aliquem utroque vitio affi-
ci. Quid? quod aliqui asserere minime dubitabant, in uno

co-

[34] Idem lib. III. cap. XI. Hy-
drophobiam, ait, communiter esse pas-
sionem stricturne atque vehementem &
acutam vel celerem.

[35] Idem tardar. pass. lib. I. cap. IV.
Epilepsia est passio stricturne atque vehe-
mentis, & cum maxima molestia frequen-
ter revertens, tarda superpositionibus atque
lenimentis variata.

[36] Ibid. cap. V. „ Infania est pas-
sio magna atque tardissima, superpo-
sitionibus; ac lenimentis variata „ Et
post paulo subjungit. „ Nam quod omnis
„ furens stricturne afficiatur manifestum
„ atque probabile est, ex oculis sangui-
„ nolentis, qui capite inlato constitutam
„ stricturne denunciant: item quod ipsos
„ oculos, atque venas in vultu extanti-
„ ores æger habeat, totius corporis at-
„ testante duritie, cum fortitudine pro-
„ pter naturam adveniente, ob stricturne
„ consensum.

[37] Idem Celer. pass. lib. I. cap.
VIII.

[38] Idem tard. pass. lib. I. cap. VII.

[39] De hoc affectu non consentie-
bant inter se Methodici. Etenim veterum
Methodicorum alii stricturne hanc
passionem vocarunt, velut expressis hu-
moribus atque coactis, in alia venientibus
loca eam fieri asserentes: alii solu-
tionem, ut Thessalus manifestat, atque ejus
antecessores, ut Themison &c. Mnascas
vero & Soranus, cujus sententiam Aurelianus
amplectitur, complexam in-
quunt esse passionem, nunc stricturne su-
perante, nunc solutione. Idem tard. pass.
lib. II. cap. VII. Ut ut ante dictæ mor-
borum definitiones fuerint, methodici
secundum Sorani judicium definire de-
clinant. teste *Aurel. acut. morb. libr.*
II. cap. XXVI. Quid idem *Aurelianus acut.*
lib. III. cap. XIX. & XXXI. supervacuum
esse, scribit, si quis in definitione morbi
causas affectus memoraverit, cum potius
sit necessarium id, quod ex causis con-
fiscitur edocere.

[40] De Sectis. cap. IIX. §. 19.

[41]

eodemque foramine & profluvium & astrictiōem simul confistere. Qui de mulierum morbis scripserunt, ⁴¹ statuebant quoque alios strictura, alios fluxura fieri: illius generis esse menstrua retenta, matricis fervorem, tensionem, inflammationem, tumorem, duritiem & suffocationem; hujus autem mensium lochiorumque fluxum nimium, gonorrhœam, &c. Hæc & similia morborum genera, modo acuta esse, modo longa: & modo increfcere, modo minui. Cognito igitur eo, quod ex his est, morbo, putabant, medicinam se nullo negotio facturos. Namque, Celso ⁴² scriptore, hæc pronuntiatæ habebant. Si corpus adstrictum est, digerendum esse: si profluvio laborat, continendum: si mixtum vitium habet, occurrendum subinde vehementiori malo. Præter hæc aliter acutis morbis medendum, aliter incrementibus, aliter jam ad sanitatem inclinantibus. Ideoque ab re esse autumarunt, si quis in occultis rebus & suspitionibus incertis occupatus fuerit. ⁴³

VI. Utut dictorum ratio est, Methodicorum adversarii tamen reprobabant, quod illi curandi morbos præcepta generalia, & non singularia dedissent: cuncta enim nixa esse speciosa communitatum dictarum hypothefi. Enimvero non pugnant aliquando conducibile esse, ut fluxus coërceatur, & adstrictum laxetur; sed urgebant non semper hoc pacto curationem institui posse. Exempli causa proferebant recentiores Gonorrhœa virulenta laborantem, cui perniciem mortiferam allaturus esset medicus medicamentis, fluxum cohibentibus, ab initio adhibitis, neglecta prius vitiati humoris correctione. Eadem ratio est, si cuipiam in variolis ægrotantibus alvum obstru-

ctam

[41] Ut *Moschion* cap. cxxiv. cxxv. & cxxix. Ut *Cleopatra* prior, & *Priscianus* *Gynæciol.* cap. 11.

[42] In *Præf.* lib. 1. Quin etiam veteres mulomedici in animalium curis ac medicinis duplex remedium voluerunt, minutionem sanguinis, per quam

stricta laxantur, & tensionem cauterii per quod laxata firmantur, ut auctor est *Vegetius* de arte *Veterinaria* libr. 1. cap. xxviii.

[43] *Cal. Aurel.* acut. pass. libr. III, cap. xxi.

etiam laxandi animus esset. ⁴⁴

VII Verum enimvero excusatione Methodicus adversus ejusmodi objectiones uti potest; videlicet tunc temporis, quum a conditoribus sectæ dicta pronunciata proferrentur, tales morbos medicis incognitos fuisse. Quid? quod redigi queunt ad tertiam morborum classem; nempe ad morbos compositos, in quibus utrumque & strictum & laxum ponebant insimul morbum efficere. Sequebantur itaque heic memoratum paulo ante decretum: vehementiori utpote malo occurrendum esse. Præterea, si quando morbus sanari conumax, extiterit, auxilio metafyncriticam curationem invocabant. Metafyncriticos autem vocabulum, quod Cæl. Aurelianus ⁴⁵ Latine transtulit recorporationem, idem significare, Galenus ⁴⁶ statuit, quod nomen μεταποροποιήσεως, i. e. exiguorum meatuum status mutationem. Inter Metafyncritica, hoc est, quæ immutant pororum alienam a natura constitutionem, numerabant napum, sinapi, thapsiam, pyrethrum, &c. acria, quorum esum voce *drimyphigiæ* indicabant. ⁴⁷ Et, quemad-

[44] Convenit nobis cum Celso de doctrina Methodicorum. Is in Præfat. *Ac ne isti quidem, sc. Methodici, intra suam professionem consistere ullo modo possunt. Siquidem & compressorum & fluentium morborum genera diversa sunt, faciliusque id in iis, quæ fluunt, inspicere potest. Aliud enim est sanguinem, aliud bilem, aliud cibum vomere: aliud dejectionibus, aliud torminibus laborare: aliud sudore digeri, aliud tabe consumi. Atque in partes quoque humor erumpit, ut in oculis aureisque, quo periculo nullum humanum membrum vacat. Nihil autem horum sic, ut aliud curatur: ita protinus in his a communis fluentis morbi contemplatione, ad propriam Medicinam descendit. Atque in hac quoque rursus alia proprietatis notitia sæpe necessaria est, quia non eadem omnibus etiam in similibus casibus opitulantur: siquidem certâ quadam res*

sunt, quæ in pluribus ventrem aut adstringunt, aut resolvunt; inveniuntur tamen in quibus aliter, atque in cæteris, idem eveniat. In his ergo communium inspectio contraria est, propriorum tantum salutaris.

[45] Tardar. pass. lib. II. cap. III.

[46] De Meth. med. lib. IV. cap. IV. & de simpl. med. facult. lib. V. cap. XXI V. describitur facultas metafyncritica, quod ea valeat vitiatum meatuum statum transmutare. Eadem *Ætius* tetr. I. serm. III. cap. CLXXXV. & *Oribasius*. Synopf. lib. I. cap. XXXIV.

[47] Ita *Scapula* & *Bruno* in Lexicis. *Cæl. Aurelianus* vero vocem tard. pass. lib. I. cap. I. Salfamentum latine reddidit: & cap. V. habet drimyphagiam esse acriorem cibum ex aqua & capparibus confectum & aceto & sale & cepe.

[48]

quemadmodum Methodici, de natura morborum disserturi, mirè vocabula abstrusa, ut dyspathias, atonias, firmitudines, ⁴⁸ Φθοροποιόν, &c. ⁴⁹ affectabant: ita etiam affectabant diligentiam in supervacuis vocabulis, quibus curationem morborum significare omnibus nervis contendebant. Huc pertinent Encolpismus, ⁵⁰ Enchymatismus, ⁵¹ Encathisma, ⁵² Epipasma, falsa dropax, pestaria, & nescio, quæ amplius, metasyncriticorum remediorum in numero collocata. ⁵³ Statuebant insuper stalticas, hoc est sistentes seu supprimentes & constringentes, & contrahentes, & repellentes, & alia hujus generis, facultates. ⁵⁴ Hinc apud Moschum fit mentio stalticarum cucurbita-

[48] Galenus Meth. med. lib. iv. cap. xv.

[49] Dioscorides lib. vi. cap. xxxv. ubi is Methodicos, vim lethiferam rerum quarundam negantes, his verbis perfringit. *Sed Methodicos demirari licet, qui mortiferam vim, corporibus illapsam, negotiorum, quæ ipsa facessit, esse causam districantur, verum rariusculè nomini attendunt. Nam apud ipsos palam immixta vis Φθοροποιός id est mortifera, nominatur: Φθοροποιός autem nullius officii alius esse potest, quam causa. Ajunt hæc nomina, μάστιγος, & ἀνακαλύπτειν, esse reliquis omnibus similia, in quibus partes quadam dictionum non pro virtute, sed nuda enunciatione comprehenduntur. E-nim verò quemadmodum in his vocibus μάστιγος & ἀνακαλύπτειν, partes neque certos, neque principes retinent significatus: sic in hoc verbo Φθοροποιός, partis productionis gratia, non pro virtute coaluerunt. Etenim vocabula ejusmodi in se non habere, partes rerum significatrices, sed nuda & simolici pronuntiatione esse ficta.*

[50] Quandoquidem Cleopatra i. jubet Encolpismus confici e feminibus, lini, fœnugr. & similibus emollientibus, videtur mihi tale remedium fortassis de

eodem genere esse, quod hoc tempore a Medicis aut cataplasma aut fomentum appellatur. Theod. Priscianus habet cap. ii. Encolpismus fieri ex succo aut ptisanæ, aut fœnugræci aut oleis.

[51] Fiebat etiam ex oleo Moschion. cap. 129.

[52] Erat medicamentum malagmati simile e plantis odoriferis coctione paratum. Moschion cap. 131. cap. 136. habet Encathisma ex adstringentibus aqua coctis.

[53] Moschion, quem Trallianus. lib. i. cap. xv. nomine Theodori cognominat. cap. cxxvi. ita scribit. *Postea vero & metasyncritica subjungimus, quæ constant ex salsa dropace, & metasyncriticis, cucurbitis, paraptesi, fricatione partium, epipasmatis acerrimis, encathismate, & sinapismo.*

[54] Galenus harum mentionem facit lib. v. cap. xxiv. de med. simpl. facult. quas tamen idem haud improbat. Etiam Veterinarii quondam ejusdem generis vocabulis utebantur teste Vegetio de mulomedicina lib. ii. cap. xxii. quo commemorat catastolicum medicamentum: cap. xxvi. i. staltica medicamenta; cap. xxvi. anapleroticum.

V 3

[55]

bitarum. ⁵⁵ Localia adiutoria appellabant, quæ extrinsecus parti affectæ applicantur, ut cucurbitæ cum multa flamma applicatio, Dropax, &c. ⁵⁶ Verumtamen, antequam hæc metafyncritica curatio, quæ plerumque diuturnorum in morborum medicatione solebat in usu esse, institueretur, præcedebat ordinario circulus resumptivus, quo ægros, morbo, & dolore debilitatos, reficere conabantur. Interdum etiam eundem, finito circulo metafyncritico, de novo occipiebant. ⁵⁷

VII. Cæterum decernebant, initio morborum semper

[55] cap. cxxxvi. Quin etiam memorat cibos stalticos, sub quo genere ei sunt Oriza, lenticula, polenta in aceto decocta, & oleo Hispano condita.

[56] *Calius Aurelianus* tard. pass. lib. 1. cap. 1. N. Diētis adde rasionem capitatis, cucurbitas recorporativas, sternutamentum, dropacem communem & compositum. *Moschion*. cap. 136. cucurbitas, quæ cum abundante igne partibus externis apponuntur, vocat stalticas.

[57] Ut *Circulus resumptivus*, quem *Moschion analepticum* vocat, quemque Methodici in curatione chronicarum passionum crebro usurpabant, penitus noscatur, describenda ea duxi, quæ habet *Cæli Aurelianus* tard. pass. l. 1. cap. 1. ubi de Cephalea agit. Ita scribit. „ Est autem *resumptivi cycli* ordinatio „ formanda hoc modo. Prima die parvo cibo atque aqua nutritus ægrotans, „ vel si ferre valuerit: ab omni nutrimento absentus: alia die levi motu „ erit exercendus atque oleo perungendus; tunc & cibo nutriendus, i. e. ut „ tertiam panis accipiat partem solitæ „ quantitatis, quam facile percipere atque digerere solebat, sed panem, dabis „ limpidum, fermentatum: pulmentum autem ova vel holerum be-

tas, aut cucurbitas vel malvas, aut lapathos aut bulbos, &c. in hac perfeverantes qualitate atque quantitate duobus vel tribus diebus juxta virium possibilitatem, quo neque parva dando debilitentur, neque actionibus turbati opprimantur. Tum detracti panis partem tertiam adjicientes pulmentum damus, turdorum, ficularum, aut ex pullis columbarum vel gallinarum. Tum rursus post tres vel quatuor dies aliam tertiam partem panis adjiciemus & agreitia dabimus pulmenta, ut leporis, aut caprea, atque ita æquali numero dierum peracto, ultimam partem panis addemus. Pulmentum dabimus porcinum, tenerum ex aqua, vel non curiose conditum ex anetho, & sale. Præterea simili modo erit etiam vini faciendæ partitio, atque per singulas pulmentorum mutationes adjectio: ac si plus ægrotans bibere, quam damus, voluerit, aquam sumat. Simili etiam modo gestatio atque exercitium, sive motus erit augendus, ad comparationem quantitatis ciborum. Perfecto *resumptivo cyclo* erit *metafyncriticus*, cujusmodi curationem recorporativam latine vertit. lib. II. cap. III. „ adhibendus, primo ex parte, de hinc „ per-

per utendum esse adstringentibus, non ut causæ reprimantur, sed ut corpora firmiora, minusque *passionibus* obnoxia, reddantur.

perfectus: quandoquidem passio facile revertitur. Prima igitur die erit cibo abstinendus ægotans: tum alia die parva adhibita gestatione atque unctione corporis, vel si passio permiserit, lavacro, rursus panis dabitur tertiam partem solitæ quantitatis, quam ante initium curæ facile accipere atque digerere solebat. Pulmentum dabitur salsum, asium, vel tostum: dabitur etiam capparum sinapi madidatas, atque oliua ex viridi olivitate mesas, quas colymbades vocant, præcauentes ea, quæ facile caput implent atque gravant, ut est porrum, allium, cepe. Potum dabitur vinum, & si perferre voluerit æger, in hisdem duobus vel tribus perseverabimus diebus: sin minus, secunda die salamentis admiscemus cerebrum vel piscem. Tunc sequenti die panis detracti partem tertiam addimus: pulmentum damus, holus, cerebrum, piscem tenerum, hoc tribus vel quatuor servantes diebus. Tum rursus aliam tertiam partem panis addentes transimus ex mediæ quantitatis materia ad volentem qualitatem, atque in eadem simili dierum numero perseverantes, ultimam partem panis addemus, pulmentum dabitur porcinae carnis. Sed si multas mutationes facere voluerimus in quatuor partes, medietatem panis dividimus, ut singulas singulis mutationum pulmentis adjiciamus: hoc est, unam mediæ qualitatis materiæ applicantes, aliam volantum, aliam agrestium, aliam porcinae carnis. Sed ne quid odiosum e quantitate multorum dierum fiat ægotanti, hoc est, pulmentorum similis oblatio, erit in communi qualitate specierum diversitas varianda, ut quibus diebus salamentum damus, Græci drimyphiam appellant, ejusdem speciem variemus: nunc ex. c. dantes piscem, nunc scarum, nunc cordulam, atque ita in usu mediæ materiæ, quam methylen appellant, nunc turdos, nunc ficedulas, quas miliacas vocant, nunc columbarum pullos, ac gallinarum. Hoc denique etiam in aliis qualitatibus pulmentorum, five materiæ erit servandum. ut ejusdem virtutis pulmenta specierum mutatione variantur. Erit præterea porum quiddam adjungendum, quod insiare non valeat. Sed tempore, quo porci utemur, erunt etiam olera offerenda, solumque id servandum, ne modum quantitatis excedamus, five qualitatem rerum datarum. Augeatur enim oblatio non solum si plurima fuerint diversarum specierum, sed etiam si plus nutrire valuerint. In omni igitur mutatione, hoc est transitu ex qualitate ad qualitatem, prima die oportet curandum aquam bibere, adhibita perunctione: in aliis vero diebus etiam vinum accipere, & lavacro corpus recurrere; sed non omnibus necessario diebus: siquidem facile caput jugi lavatione ad passionis vestigia revocatur. Similiter autem oportet etiam motus corporis augeri, atque minui. Tunc iste cyclo perfecto erit alius adhibendus, solo ex vomitu, detracta drimyphagia, in quo oportet prima die in parvo

dantur. Compressionem namque corporum atque constrictionem, aiebant, corpora efficere solidiora, prohibereque ne eadem morbo tentarentur. Neque enim imminutione tantum morborum incrementum resisti; sed etiam se præstare hoc posse, corporibus firmitatem soliditatemque conciliando. ⁵⁸ Et hæc erat ratio, quapropter haud crebro purgantia præscriberent, quæ quamquam subinde ex usu ægri judicassent, tamen negabant iis peculiarem esse virtutem privum corporis humorem abundantem educendi; compertum enim se habere, dicebant, humorem, qualis qualis potentia medicamenti excerneretur, non ita in corpore extitisse, verum a medicamento ita immutatum corruptumve fuisse. ⁵⁹ Quid? principes disciplinæ inter se quandoque dissidebant. Ita Themisonem, lethargicis potionem ex aloë dare jubentem, vituperat Soranus; eamque noxiam esse statuit. ⁶⁰ Ita eidem Themisoni,

„ parvo cibo & aquæ potu ægotantem
 „ servare: Tum alia die levi deambu-
 „ latione motum vomitum exagitari ex
 „ radicibus raphani vel similibus specie-
 „ bus. Postquam ægotans satis vomie-
 „ rit, & lavacro & pulmento mediæ
 „ qualitatis usus fuerit, tum post duos
 „ vel tres dies cæteras cycli partes adhi-
 „ bemus. Et si æger ingravescentem
 „ vomitum & drimyphagiam perferre
 „ potuerit, audemus tunc integrum at-
 „ que perfectum cyclum metasyncriti-
 „ cum adhibere, ut initium a vomitu
 „ fumentes drimyphagiam jungamus,
 „ ac deinde per cæteras cycli materias
 „ decurramus. Hisce subnectit varia
 „ extrinsecus capiti applicanda, quæ loca-
 „ lia adjutoria appellat, vide paulo ante
 „ no. 56.

[58] *Galenus* de optim. sect. cap. xxvii. §. 49.

[59] *Galenus* contra Julianum cap. xii. exhibet argumentum, quo Thes-
 „ talus adversus dogmaticos usus est: „ Ath-

„ letam, *scripsit*, quem volent capia-
 „ mus bona præditum habitudine, na-
 „ turaliterque se habentem. Huic bo-
 „ na cum in sit in corpore materia fir-
 „ maque, medicamentum exhibemus,
 „ quæque excernuntur summe corrupta
 „ ostendimus. Unde colligimus nemi-
 „ ne, qui iis contradicere queat, reperto,
 „ cum quæ nunc excernuntur acerrima
 „ simul ac corrupta, antequam medi-
 „ camentum exhiberetur, talia athletæ
 „ non adessent, bona enim is habitu-
 „ dine erat, nihil aliud nobis restare di-
 „ cendum, quam utraque hæc a medi-
 „ camento fieri: primum quidem ma-
 „ teriam ab eo in corruptelam verti,
 „ deinde etiam excerni, sive per vomitu-
 „ tum id sive per alvum fiat.

[60] *Cæli Aurelianus* celer. pass. lib. ii. cap. xxi. Quare autem Soranus ejusmodi potionem noxiam habuerit, hanc affert Aurelianus rationem. „ For-
 „ sitan inquit ob nimiam stricturam re-
 „ tinetur, & non solum nihil egerit,
 „ verum

soni, abluitionem frigidae in lethargo, vitio vertit Aurelianus; quoniam ea non patientiores faciat, ut ille credebat, sed denset, vias. ⁶¹ Sic in Thessalum, iliofis exiguum potum dandum iubentem, quoniam ad loca patientia descendat, invehit idem Aurelianus. ⁶² Esse enim contra sectae disciplinam, curationem mutare velle ratione locorum affectorum. Non enim ob differentiam partium, argumentatur Aurelianus, mutari liquidarum quantitatem, sed ob stricturam vel solutionem.

VIII. Caeterum, quantum ad sanguinis missionem pertinet, non adeo scrupulosi Methodici erant, velut Asclepiadis aemuli, qui volebant climatam diversitatis rationem esse habendam; sed statuebant contra, pleuriticorum, v. gr. venam, strictura cogente, semper incidendam. ⁶³ Solenne adhuc habebant aegrotantibus aliquibus tridui inedia, quam *diatriton* vocabant, inventum hoc erat Thessali, injungere: quarto autem & sequentibus diebus, modice alimenta ministrabant. ⁶⁴ Generatim enim omnium *passionum* strictura laborantes minus

verum etiam ipsa remanet. Credibile autem ad ejus medicamenti stomacho effectum sensum, accurrere materiam, ac deinde ad membranas & caput recurrere, quod per vias stomacho vicinum est, & ad rapienda, quae sunt summa facultate, aptissimum ob tumoris fervorem.

[61] *Ibid.* „ Quid igitur prodest frigidae ablutio, quae stationem atque torporem viarum excludere putatur, si necessario densitas magis acquisita aegrotantem opprimere perspicitur. Ita corpuscula, quorum statione viarum obstructionem factam existimat, Thessalon se facile utique transire vel recedere possunt, si capacitas exitum dederit, in quam venisse, vel ex qua exisse videntur. Huic autem rei perficiendae frigida repugnat: densat enim

„ atque conducit vias.

[62] Acutor. morb. libr. III. cap. XVII.

[63] Idem d. lib. cap. XXI. Soranus hoc pacto argumentatur. *Quarendum inquit, utrum Asclepiades proprietate regionis noceri suspicatur eos, qui fuerint in ea phlebotomati pleuritici, an vero proprietate passionis: ex quibus si primum putat, hoc est regionum proprietate, vexari omnes oportuit, non solum pleuriticos, verum etiam synanchicos, & qui fuerint phlebotomati in curatione, & epilepticos etiam, quos phlebotomandos imperat aptissime. At si secundum, i. e. proprietate passionis vexari putat, non apud Romam solum phlebotomatos pleuriticos, sed in omni regione noceri debuit indicare.*

[64] Galenus Meth. med. lib. IV. cap. IV. Celsus tamen. libr. III. cap. IV.

X

auctor

nus cibabant. Convenire enim ajebant, cibi parvitatem densitati: siquidem corpora minus exhalent; e contrario solutioni uberiores cibum largiusve alimentum competere: quia id propter crebras excretiones, vel plurimas exhalationes, celerius infumatur. ⁶⁵

IX. Subit cogitatio animum, qui fieri potuit, ut secta Methodicorum per pauca modo secula durarit, cum tamen adeo occupata fuerit in explicandis morborum causis, juxta & in methodo medendi secundum rationem instituenda. Neque vero causari aliquis potest, Methodicos fuisse genus hominum rude, quia generalia tantum dederunt docueruntque artis præcepta, brevitate temporis a tironibus addiscenda. Namque quemlibet mihi assensurum persuasum habeo, non optima esse, quæ fusc ac prolixè: sed quæ breviter & perspicue, docentur. Proinde concludendum ex dictis est, interitorem sectæ adeo inclytæ, non ignorantia, non dogmatibus irrationalibus, quæ plena futilitatis modo essent; sed vicissitudine temporum, adscribendam esse duntaxat. Animus mihi præfagit, fore, ut etiam recentissimorum quorumque medicorum placita tandem aliquando inveterascant. Quid? inveterascant? Imo, quando in memoriam reduco quot & quantas interpolationes, mutationesque placitorum, ætatibus nostris in Medicina factas, rapior Hercule admiratione, quod arte Apollinea vix ulla ars sit inconstantior, atque mutabilitati magis obnoxia: atque adeo pene ulla ab artis professoribus sit hypothesi inveniendæ, quam perpetuare possint.

auctor est, non Theſſalum se juniorem quem fortassis non noverat, sed Asclepiadem, ubi ægrum triduo per omnia fatigasset, quarto die cibo distinasse primum; cum plerique ex antiquis tardius darent sæpe quinto, sæpe sexto. [65] Ita Cel. *Aurelianus*. Celer. pass. lib. i. cap. xi. vide etiam *Galenum* de optima secta. cap. xxiv. §. 43, & 44.

DISSERTATIO XII.

DE

Doctrina Hippocratis.

I. **H**ippocrates aperte ingenueque professus est Medicinam esse artem, quæ, quia in ea firma aliqua doctrina tradi non potest, brevi tempore addisci nequit. Causatur insuper instabilitatem corporum ratione sexus, ætatis, tempestatis, aëris, &c. alio atque alio modo se habentium. Quibus positis sequitur, Medicinam, quæ quondam profuit, in eodem affectu obesse nunc posse, ¹ Utinam medici hoc præceptum diligenter teneant, certe non tam præcipitanter ac præpostere, quam nonnunquam assolent, ægrotanti Medicinam facerent. Profecto ii, qui hoc monitum haud observant, gerunt se imprudenter, & agyrtarum muliercularumque more agunt: utique similes sunt iis medicis, qui olim inclytum Heraclitum, aqua intercute laborantem, curare aggressi sunt; de quibus Heraclitus in Epistola scribit, non eos, sed fortunam, ægrotantes curasse. ²

II. Verum aliqui ex veteribus, ut ne viderentur temere ac fortuito, inconsiderate negligenterque medicinam fecisse, condiderunt constitueruntque Sectam, quam Rationalem vocarunt. Quantum vero ad ejus professores attinet, qui interdum

[1] Vide ejus librum de locis in homine.

[2] Lubinus aliquas veterum epistolas, in unum fasciculum collectas, edidit, in quarum una Heraclitus arrat Amphidamanti se medicos de aqua intercuti interrogasse, quomodo ex humore ficcitas fieret: illi vero, scribendo pergit, cum non intelligerent, quid quererem, tacebant, de propria sua scientia dubitantes.

ibi vero cognovi, quod alios etiam non ipsi, sed fortuna curasset, impii illi, Amphidamas, qui artes, quas non habent, mentiuntur, & curant illos, quos non norunt, & homines sub nomine artis interimunt, & naturam & artem injuria afficientes. Turpe profecto est ignorantiam profiteri, turpius autem scientiam, quam quis non habet. Vide etiam Diog. Laert. de vit. Phil. libr. ix.

X 2

[3]

dum logici, subinde dogmatici, nominantur, proponebant hæc quatuor scitu necessaria, ut (1) abditarum & morbos continentium causarum notitiam; (2) evidentium; posthæc (3) etiam naturalium actionum, & (4) novissime partium interiorum. Disconveniebat inter rationales & reliquarum sectarum sectatores; hi enim abditarum causarum, actionumque investigationem, nec non partium interiorum cognitionem, contendebant supervacuas: illi contra necessarias ducebant. ³ Hujus Rationalis sectæ & auctor & Princeps habetur Hippocrates Cous. Post hunc celebres fuere Diocles Carystius, Praxagoras, Herophilus, Erasistratus & complures alii.

III. Dogmatici quidem a Menodoto, Empiricæ sectæ professore, sarcasmo appellabantur *tribonici*, quasi vero *tribones* nominari non mererentur: quia experientiæ non crederent, sed potius rebus abditis ac ignotis studerent. *Tribonem* enim antiqui vocarunt, qui in aliqua facultate longo se usu exercuerit, ut in ea jam perfectus videri possit. ⁴ Sed Dogmatici ejusmodi cavillam nauci faciebant, quia non tantum reconditarum rerum investigationi, sed etiam Experientiæ, operam dabant.

IV. Multi negant Hippocratem primo causas morborum obscuras investigasse, atque adeo eundem non primum sectæ rationalis conditorem esse. Nam, ajunt, complures philosophos, Hippocrate superiores, eidem viæ instituisse. Pythagoram enim & Empedoclem & alios Sapientiæ Professores, qui insimul Medicinæ operam navabant, causas morborum obscuras, cum de Medicina scriberent, statuisse, deque iis plurifariam disseruisse, Quid? quod Heraclitus, cujus paulo ante mentionem feci, quique tempore Darii Hystaspis vixit, ⁵ quique Hippocrate auctor vetustior, cum Amphida-

[3] De his vide *Celsum* in Præfat. lib. I. *Galenum* in introd. cap. II. & III.

[4] Ita *Galenus* de subfigur. Empir. cap. VIII.

[5] Ut habet *Diogenes Laert.* lib. IX. Cæ.

manti his verbis fere scriberet, laboramus morbo hydropē : adeo, ut quicquid in nobis ejus virtus morbus sit. Excessus caloris, febris: excessus frigoris, paralyſis: excessus ſpiritus, ſuffocatio: meque jam morbus humore abundat; & poſt paulo & in univerſo humida ſicca, calida frigida redduntur; cauſas ſane obſcuras protulit, morbum, quo laborabat, explicandi cauſa.

V. Rationales concedunt, quod illi ſumpſerunt, priſcos utpote Philoſophos abditas morborum cauſas omnimodis indagaffe. Neque ignorant ipſum Hippoeratem libro de priſca Medicina, nec non alibi, ⁶ majorum ſuorum decreta conſutantem, memorare quaternarium elementorum numerum, ut & eorundem qualitates primas, quæ a Medicis plerumque inter morborum cauſas abſconditas haberi ſolent, injuſte a veteribus ab antecęſſoribus ſuis, morborum cauſis annumeratas: quam conſutationem, dant libenter, non inſtituiſſet, niſi majores ejuſcemodi morborum explicationes memoriæ mandaſſent: verum haud quaquam dant alios præter Hippocratem Hæreſis rationalium auctores conditoresve fuiſſe. Nam conſtare, perhibent, Hippocratem Coum, primum ex omnibus memoria dignis Medicinam ab ſtudio Sapientiæ ſeparaffe, & illam ad peculiarem diſciplinam redegiſſe: ⁷ Primum fuiſſe, qui mendedi præcepta clariffime, Plinio teſte, ⁸ condidit: cum antea nihil, niſi quod confuſum atque abſtruſum in Rationali Medicina, traditum eſſet.

VI. Hippocrates longe celeberrimus in arte medica erat, & honorificentiffime appellabatur. Græcia namque illi pares, quos Herculi, decrevit honores, quoniam venientem ab Illyriis peſtilentiam prædixit, & diſcipulos ad auxiliandum circum

Cætera, idem auctor tradit varia priſcorum philoſophorum ratiocinia de cauſis tum ſecundæ tum adverſæ valetudinis.

[6] Ut libr. I. De Diæta, item de natura hominis, &c.

[7] Ita Cæſus in præfat. libr. I.

[8] Hiſt. nat. libr. xxvi. cap. 11 & primum fuiſſe, qui exteros hanc artem docuit. *Car avant lui ſcribit d'Herbelot. Bibl. or. 209. cet art étoit renfermé dans certaines familles, qui en faiſoient profeſſion, & qui ne le communiquoient par hors de leur lignée.*

X 3

[9]

cum urbes dimisit : 9 item , quia exacta scripta de arte Medica edidit , quibus perfecit , ut multi essent Medici , qui ægros servare possent , Posthæc , quod recusasset honores & munera Regis Persarum , communis Græciæ inimici , quæ dare promisit , si ejus exercitum , morbo pestilenti immisericorditer afflictum , curatum veniret. 10 Jure igitur merito posteritas Hippocrati , observantia meritisque suis Græciam sibi universam devincenti , ejusmodi præconium atque honores , tribuit.

VII. Quod vero ad Medicinæ Principis , 11 Hippocratis , doctrinam attinet , statuit is Medicinam nihil aliud esse , quam appositionem & ablationem : appositionem eorum , quæ desunt : at ablationem , quæ exuperant. 12 Hanc artem , sentit , jampridem extitisse : necessitatem autem homines coëgisse invenire & inquirere Medicinam , quoniam observarunt ea , quæ sanis ex usu fuerunt , subinde ægrotis male cessisse. Veterum tamen Medicinam , quamvis non sit exploratæ rationis , ideo noluit esse rejiciendam , sed , quia propinqua sit recto , admirari oportet , quod ex abyssu ignorantæ complura sint eruta , inventaque , quæ posteri probe & recte , & non a fortuna aut

[9] Plinius lib. VII. cap. XXXVII. Et Soranus in Vita Hippocr. Item Varro de Re Rustica. lib. I. cap. IV. *An non ille Hippocrates medicus in magna pestilentia , non unum agrum , sed multa oppida , scientia servavit ?* Perhibent enim eum Athenis ingentem rogam extructum incendi jussisse , quo æris intemperies immutaretur. Idem & Acronem Agrigentium fecisse , auctor est Aëtius tetrab. II. Serm. I. cap. XCIV. Pestem igni accenso arcere jampridem ante memoratos docuit Iachenus , de quo Suidas in vocab. *Ἰαχην* ex versione Kusteri. *Hic fuit Ægyptius , vir singularis a Deo dotibus instructus & ad multa utilis ; vixit sub Senye Rege , amuletorum incantationisque peritus , & dolorum morborumque*

sanandorum summa scientia præditus. Hic enim pestilentias grassantes exstinxit : & primum canicule exortum , astuosum sideris illius influxum mitigavit , quam ob causam magnifico funere elatus est. Et si quando morbus epidemicus invalesceret , sacra scriba , ejus sanum adveniens , sacris rite peractis , ex ara ejus ignem accendebant , rogisque passim per urbem excitatis , æris fastidi exitialem luem extinguentes & retundentes , nova plane via morbum ignis beneficio propulsabant.

[10] Vide Decretum Atheniense , quod existat in calce operum Hipp.

[11] Quo titulo cum Plinius. H. Nat. lib. VII. cap. LI. decoravit.

[12] Libro de flatibus.

[13]

aut casu, adinventa, comprobantur. ¹³ In primis vero observanda esse juvantia & lædencia & consuetudines, & occasiones. Etenim horum gnarum, censet, minime fortunam respicere, sed eum & sine fortuna auxiliante recte facturum. Quippe tota Medicina constans ac firma, & doctrinæ optimæ in ipsa compositæ: proinde eam haudquaquam fortuna indigere; Fortunam namque sui juris esse, & optatis ad eam pervenire neminem posse. ¹⁴ Suadet præterea Medico, ut abtineat a verborum controversiis, juxta & ab inani- bus quæstionibus, quales tunc temporis de præparatione, & exhibitione Ptisanæ in usu erant: etenim majores hujusmodi apinis ac tricis nunquam immoratos fuisse: & deinde, quamvis ab aliquo proponantur, difficulter explicari posse: & quod maximum est, vulgo, auditis lætisve ejuscemodi subtilitatibus, occasionem calumniandi deridendis, que artem suggeri usque adeo, ut nullam omnino Medicinam putet. ¹⁵ Hippocrates insuper floecifacit medicorum quorundam, ut & Sophistarum opinionem, statuentium, Medicinam cognosci non posse, nisi prius aliquis noverit, quid sit homo, quomodo primum factus, quomodo comparatus: verum hoc scitu magis necessarium existimat; Naturam videlicet, & quo pacto homo ad ea, quæ comeduntur ac bibuntur, comparatus sit; & quid mali cuique corpori ab unoquoque edulio vel potu importetur. Non sufficit dixisse calcus v. g. est malus cibus, quia affatim comestus dolorem corpori inferat, scire hoc & vulgus; verum potius medico incumbere, ut investiget qualis generis dolorem, & quare hunc, & cuinam hominis parti interiori afferat cummaxime? Boni præterhæc medici esse cognoscere cujusmodi affectus homini propter facultates ac potentias, & qui propter figuras accidant adveniantque. Plurima autem genera figurarum esse, quarum alias esse cavas: alias ex ampli-

[13] Libro de prisca Medicina.
[14] Libro de locis in homine.

[15] De victus ratione in morb. ac-
cutis.

plitudine in arctum coactas, alias expansas : alias solidas & rotundas : alias latas & penfiles ; alias extensas : alias longas : alias densas : alias raras & hiantes : alias spongiæ instar ac molles. Facultatem vero esse, humorum summas vires, summumque robur nosse, quid singuli ipsorum in homine perficere queant, & quas cognationes inter se mutuo habeant. Nempe an dulcis humor in aliam speciem mutetur, atque id non a temperamento, sed ipse desciscens & immutatus ab eo, qualis primum fuerat, amarus, aut falsus, aut acerbus, aut acidus. Sit exempli gratia acidus. Humor igitur acidus, reliquos potentia præcellens, maxime erit incommodus. Reliquorum eadem conditio est, excepto dulci, quem omnium homini convenientissimum existimat.¹⁶

VIII Quod vero ad numerum elementorum, quibus Sapientiæ Professores ad effecta corporum exponenda uti solent, attinet, Hippocrates in eorum numero definiendo inconstans fuit. An vero hæc rerum discrepantia auctoris inconstantiæ, an incuriæ, qui librum descripserunt, an ignorantia eorum, qui de ejus scriptis commentarium confecerunt ;¹⁷ an malignitati aliquorum, sua scripta titulo Hippocratis edentium, tribuenda, incertum. Quantum ad me pertinet, quæ posteriori loco dicta, ea potius credo. Sed, ut ad propositum veniam, statuit Hippocrates ex igne & aqua oriri omnia, tam animalia, quam quæ e Tellure proveniunt, & ea ex dictis augmentum seu nutrimentum capere : quin etiam cum intereant, in hæc iterum secerni resolvique. Igni adscribit vim omnia per omnia movendi : Aquæ vero potestatem omnia per omnia nutriendi, Utraque hæc principia tum aliis omnibus, tum mutuo sibi ipsis sufficere : adesse insuper igni calorem & siccitatem ; aquæ vero frigus & humorem. Quibus plurifariam inter se mixtis temperatisve oriri, separarique multas

[16] Hæc hausi hinc inde e libr. de veter. Medicin.

[17] De his conqueritur *Galenus*, in libr. Hippocr. quæ in Medicatrina fiunt.

Comment. 1. in prologo, ubi literistradidit, quod aliqui sint, qui heri ac nudius tertius commentaria conscribant, omniumque Hippocratis librorum peculiarem quan-

multas omnigenasque formas atque species & feminum & animalium, nihil simile nec visu nec facultate se inter habentium. ¹⁸ Alibi Hippocrates in hanc disputat sententiam. Id scilicet, quod calidum vocatur, immortale esse, cuncta intelligere, & videre, & audire, & omnia tum præsentia tum futura scire. Quadripartitum hoc esse: plurimum ejus, cum turbata essent omnia, in supernam secessisse circumferentiam; esseque id ipsum, quod veteres æthera vocarunt. Secundam partem infernam, appellari terram, frigidam hanc & siccam, multisque obnoxiam motionibus, cui quoque multum calidi inesse. Tertiam partem, aërem puta, medium occupasse locum, esse eundemque natura calidum & humidum. Quartam tandem partem proximum terræ locum cœpisse, humidamque hanc ac crassissimam esse. Cæterum inter qualitates primas, duas magni momenti arbitratur, calidum utpote & frigidum. Huic tribuit facultatem congelandi: illi autem primo dissolvendi, sin vero diu durarit, exsiccandi potentiam adsignat quoque. Præter hæc sedem cuique peculiarrem in homine esse; frigidi ac glutinosi metropolim opinatur cerebrum: calidi vero, pinguitudinem quamvis esse. ¹⁹ Verum enimvero, utcumque hæc ab Hippocrate posita, in libro tamen, cui titulus est de veteri Medicina, eos errasse, ait, qui principium tum morborum tum mortis vel unum, vel duo; vel & quatuor qualitates primas, statuerunt. Affert autem Cous argumenta e praxi Medica petita, quibus delumbat illorum hypothesein. Hoc pacto fere argumentatur. Si calidum est aut frigidum, aut siccum, aut humidum, quod hominem lædit, oportet recte menden-

quandam editionem faciant, quos inter esse etiam Dioscoridem, & Artemidorum, cognomine Capitonis. Hos, ait, circa veteres lectiones multa innovasse. E diverso laudat diligentiam fidelitatemque quatuor veterum explanatorum, quorum duos, ut Zeuxin, ut Heraclidem, in omnes Hippocratis libros com-

mentaria confecisse: de aliquibus modo, Bacchium & Asclepiadem, fuisse commentatos.

[18] De Diæta libr. I. & II. *Ex igne & aqua omnia constituuntur & animalia & a terra nascuntur, & ex his auferuntur, & in hac secernuntur ac resolvuntur.*

[19] Libr. de carnibus.

Y

[20]

dentem auxiliari, dum calidum in frigidum, frigidum in calidum, & cætera in qualitatem sibi contrariam, permutarit tantum; at quia id non eveniat, siquidem unumquodque simplex tali vi non præditum, in considerationem idcirco venire debere, quod in unoquoque forte & humana natura potentius sit, quodque non potuerit subjugari. Hoc ipsum non modo Hippocrates, verum etiam antecessores ejus existimaverunt hominem lædere, atque id ipsum auferre vel corrigere adnixi fuere. In numero autem rerum fortium, hominem lædentium, collocarunt amarum, falsum, dulce, acidum, acerbum, fluidum & similia, hinc inde in homine demonstranda. Hæc nunc, si recte invicem temperata, in causa esse, ut homo sit incolumis: ex adverso, si quod superarit, id auctorem instantis morbi esse. Quod superest, nec calidum nec frigidum aptum ut crassescat aut putrescat; qualia effecta in corpore humano fieri, ac sæpe sæpius nos contueri: neque easdem qualitates primas auctores febrium; sed amarum, sed falsum & cætera, quæ in numero qualitatum secundarum habentur, in culpa esse. Eiusdem namque naturæ, sive idem esse, amarum ac calidum, acidum ac calidum, falsum ac calidum, & sexcenta alia. Frigidi porro, qualitibus secundis juncti, eandem conditionem esse. ²⁰ Inesse in terra putat, & acidum, & amarum, & dulce, & falsum, omnigenum. ²¹ De interitu corporum hanc habet opinionem: videlicet nullum omnino corpus perire, neque fieri, quod prius non fuerit. Allucinari eos, qui putant, quidquid ex Orco in lucem autem, generari: quicquid vero ex luce in Orcum imminutum, perire atque corrumpi. ²² Generari enim & perire significare idem ac commisceri. In generatione enim fieri rerum primarum mixturam, congregationem, conjunctionem: contra in interitu vel corruptione compositorum corporum secretionem, disjunctionem modo memoratarum evenire. Nempe
ita

[20] Hæc eadem excerpti e lib. de vet. medic.

[21] Libr. de natura hominis.

[22] De Diæta lib. 1.

ita animalia & pleraque omnia esse natura comparata, ut generentur, ut occidant jugiter. Enimvero, homine moriente verbi gratia, suum quodque rursus in locum secedere disjungique: humidum utpote se iterum humido, ficcum sicco, calidum calido, & frigidum frigido associare, conjungereque. ²³

IX. Sed ut ad singularia, quæ ad hominem potius spectant, me convertam, tempore Hippocratis fuit inter philosophos abstrusorum disputationum amantes, magna quaestio, quid esset homo. Melissus aliique statuerunt unum esse hominem. i. e. ab uno elemento ortum. Alii putarunt ex igne, alii ex aëre, alii denique e terra eum constare tantum. Alii censabant hominem nil nisi sanguinem: alii bilem: alii pituitam tantummodo esse. Jam quomodocunque id unum aliquis perceperit, cogi tamen id ipsum a calido & frigido, ideoque id speciem & vim primigeniam mutare, opinabantur; fierique & dulce, & amarum, & album, & nigrum, & simile quid. At Hippocrates tales opiniones contradixit damnavitque, & statuit contra, hominem nunquam fore in dolore, si unico principio constaret: nihil quicquam enim esse, unde doleret; sin vero doloribus torqueatur, necesse etiam esse, quod ipsi medeatur esse unum: atqui complura esse, quæ medeantur: complura itidem, quæ vel calefaciendo vel refrigerando vel humectando vel siccando morbos pariant; concludit igitur, quia tot morborum totidemque remediorum diversorum genera, hominem neququam ab uno Principio ortum; quod & insuper generationem cujusvis animalis indicare, quæ citra admixtionem alterius rei fieri non posse, nisi qualitates primæ debito modo temperatæ fuerint. ²⁴ Cæterum, quæ ad generationem hominis pertinent, arbitratur

Hip-

[23] De natura hominis.

[24] Ibidem. vide etiam *Galenii* commentarium in hunc librum §. 3. & seq. Quod vero ad opinionem Melissi pertinet, putat Galenus hunc virum substan-

tiam quandam communem fuisse commentatum, quatenus subjectam elementis, a generatione corruptione liberam, quam posteris *ύλη* seu materiam vocarunt.

Hippocrates, genituram a singulis corporis membris procedere, a fanis sanam, a morbidis vero morbosam, fierique inde ut ex calvis calvi, ex cæsiis cæsi, gignantur. Eadem reliquorum ratio est. Semen autem genitale putat utrique sexui duplicis generis esse: alterum a quo masculi, alterum a quo foemellæ, gigni; illud forti, hoc vero debile, dotatum indole. In cocundo itaque, si ambo masculum semen, hoc est validius, excreverint: seu, si hoc saltem illud debile vel quantitate vel potentia superaverit, generari tunc puerulum: sin vero contra, atque dixi, fuerit utriusque genituræ mixtio, puellam. Hisce hypothesis loco positis persuasum insuper habet, mulieres, si quando diæta humida & frigida usæ fuerint, parituras puellas: ex adverso, si calida & ficca, puerulos. Ut autem parentes sui voti compotes fiant, necesse esse, ut non modo foemina, sed etiam vir alterutram diætam observet. ²⁵

X. Multus est Hippocrates in enarranda singularum corporis partium constitutione. Eo disquisitio ejus est loci, ut credat ossa originem suam debere pinguedini terræ, & modico humori, a calore utrimque exsiccatis: nervos plurimo glutinoso atque frigido paucio: membranas modicæ pinguitudini; & plusculo glutinoso. At vero renes hoc pacto productos, censet: nimirum parum glutinosi, parum calidi, a plurimo frigido condensatum esse, sicque viscus durissimum ex his extitisse, & minimum rubrum, quod non multum calidi simul coegerit. Eandem carnis cæterarumque partium, ait, rationem esse. ²⁶ Quantum vero pertinet ad cujuscunque corporis humani principium, negat ei ullum competere; sed cuique idem principium eundemque finem esse, perinde ac circulo, cui etiam neutrum dictorum esse. ²⁷ Ita comparatum natura etiam esse, ut venarum undiquaque per universum corpus dispersarum, neque initium neque terminationem,

[25] De aere aquis & locis. libr. 1. |
de diæta. & libr. de genitura.

[26] De carnibus. libr.

[27] Libr. de locis in homine.

nem, pariter ac de circulo jamjam dictum, rimari potuerit. ²⁸ Inter partes corporis tres numerat, quæ manifeste trahant, quæque plenæ sint attracti humoris: in hoc numero autem ponit ipsam vesicam, caput, & uterum. ²⁹ Valetudinem vero corporis nostri sustentari triplicis generis nutrimento, cibo puta, potu, atque spiritu vel aëre. ³⁰

XI Quantum ad naturam mentis attinet, Hippocrates literis tradidit, ³¹ in hominem irrepere animam, ignis juxta & aquæ temperamentum habentem, eandemque esse partem corporis humani; Verum, ut ingenue fatear, non asseveraverim. Cum heic loci mentem indicare. Quod autem spectat ejus ad sedem, alio in loco ³² scribit, mentem hominis in sinistro cordis ventriculo insitam, & reliquæ animæ imperare. Eandem, judicat, non alimentis quibuscunque a ventriculo mitigatis, sed pura & illustri substantia, a sanguine secreta, nutriri. Quibus positis, facili negotio inter nos liquet, mentis naturam, Hippocrate auctore, corporatam esse. Præterea opinatur Hippocrates, inter omnia, quæ in corpore sunt, nihil magis ad bene intelligendum vel prudentiam conferre, quam sanguinem: in eo enim in eodem vigore tenereque persistente, consistere & prudentiam: contra, si aliter fuerit.

³³ Delirare porro hominem, Bilc intra massam sanguinis in-

gre-

[28] Libr. de ossium natura.

[29] Libr. de veteri Medicina.

[30] Spiritus enim, qui in corporibus sunt, flatus vocari; qui vero extra corpora existunt, eos aërem. Hunc sane maximum esse omnium, quæ corpori cuiquam accidunt, & auctorem & dominum. vid. libr. de flatibus.

[31] De Diæta libr. i. & de insomniis. Anima vigilat, & quum corpori inservit, in multas partes distributa, non sui juris est, sed suam cuique corporis parti, pro munibus suis fungendis portionem mittit. Quiescente enim corpore, ait, animam in motu esse, perfice-

re omnes corporis actiones. Equidem corpus dormiens non sentire, ipsam vero animam, quoniam vigili corporis moderator, eadem fere in somnio, audire, videre, tangere, animadvertere, perinde ac si corpus vitam insomnem duxerit.

[32] Libr. de corde, adsumere autem alimentum ex proxima sanguinis cisterna, radios suos eo immittens & depascens.

[33] Libro de flatibus. Assertum suum conatur exemplo somni probare. Etenim sanguinem, scribit, corpore dormiente, frigescere: somno enim frige factandi vim esse. Erigescente autem

grediente, eidemque alienum motum, ferofamque indolem; atque majorem calorem conciliante; & hanc esse causam quapropter phrenitici, aliique febrem habentes, sæpenumero delirent. In desipientia vero melancholicorum vitiosum adesse sanguinem ob admixtam bilem & pituitam: ³⁴ & in temulentis per ebrietatem aucto repente sanguine percelli animum, & in animo intelligentiam; quas ob res ebrios præsentiam malorum tunc oblivisci, & nil nisi jucunda imaginari sibi. ³⁵ Posthæc diversitates plagarum telluris esse in causa, ut homines aliis atque aliis præditi sint moribus. Europæ videlicet incolas præ Asiaticis iracundiores, audaciores, bellicosiores. Rationem esse in promptu, quoniam quævis anni tempora propemodum sibi æqualia; & non ingens discrimen qua calore qua frigore quotannis observatur; quocirca accidere, ut mentes neque stupore percillantur, neque corpora validæ transmutationi obnoxia sint. Etenim ab his, vero simile esse, iram exasperari, cognitionemque & calorem multo magis excitari, quam si quis in eodem statu semper manserit. ³⁶

XII. Nonnulli in disceptationem quæstionemque vocant; numne Hippocrates cognoverit Sanguinis, cæterorumque corporis humani humorum circuitum? Qui affirmant, hæc habent documenta: Hippocrates venarum per corpus distributionem circulo cuiusdam assimilavit. Idem Causam omnium generis somnia interpretans conjectat, si quis. v. g. somnariit cursum, flumina, fontes, &c. significare hæc sanitate: & corpus valere, omnesque circuitus, & exhibitiones ciborum ac secretionem integras esse. Et post paulo, flumina non solito more fluentia, secundum quietem visa, significare sangu-

sanguine, ejus meatus fieri languidiores; quod hinc palam fieri, quod corpora adgravata reclinentur. Omnia enim gravia deferri natura ad fundum, & oculos ardere, & prudentiam permutari, opinionemque peregrinam mentem occupare & exercere, quæ fa-

ne insomnia appellari. Quid autem somnia varia significant, de iis agit peculiariter in libro de insomniis.

[34] De morbis libr. 1.

[35] De flatibus. libr.

[36] Libr. de aëre, aquis & locis.

[37]

guinis circuitum : & auctiora quidem fluentia , excessum : imminuta vero , defectum. ³⁷ An vero ex his conficiatur Hippocratem naturam circuitus tam plane percepisse cognovisseque , quam diligentissimi quique nostri seculi anatomici eam perspexerunt , atque argumentationibus firmissimis demonstrarunt , hoc nolim asseverare.

XIII. Cæterum commendat Hippocrates Medico , tanquam requisitum , cognitionem non modo morborum , verum etiam causarum. ³⁸ Eum enim , qui morbos juxta & causas novit , putat , facile allaturum inventurumve , quod corpori sit commodum : hoc vero esse morbo contrarium. ³⁹ Quandoquidem autem perplura sunt , quæ corpus infestant , quæque oculorum aciem fugiunt , & quæ , exauditis aliorum narrationibus , comprehendi cognoscive nequeunt ; debere ideoque medicum talia mentis oculis , vel ratiocinatione persequi duntaxat. ⁴⁰ Neque enim Medicum tantopere in morbis vulgaribus curandis , qui subinde sua sponte evanescent , inclarescere ; sed si magnos , si fortes , si periculosos morbos , quorum natura seu obscura seu abstrusior est , curaverit. ⁴¹ Ut autem ad ejusmodi notionem perveniat , necessum esse , observare tempora anni , cujus generis utpote in quibusvis eveniant rerum mutationes : deinde ventos tum calidos tum frigidos : nec non aquarum differentias , item positum urbis , an ea ad plagam septentrionalem , vel contra ad aliam sita : itidem terram ipsam an ea fuerit nuda & sicca : aut densa , & aquosa , &c. quin & incolarum dietam , an bibuli an luronones , an otiosi &c. vel contrariis moribus præditi sint. Eum igitur , qui hæc & similia diligenter fuerit rimatus , animo identidem præfigiturum morbos quolibet tempore anni futuros ; & quæcunque pericula unicuique ex diætæ ac victus immutatione sint timenda. ⁴² Morbum autem Hippocrates generatim appellat , quicquid homini molestiam atque tristitiam

[37] Vide ejus librum de insomniis.

[38] Libro de arte.

[39] De flatibus.

[40] De arte.

[41] De veteri Medicina.

[42] De aère, aquis & locis.

[43]

stiam affert. Et quantum spectat ad modum, ait, omnium morborum unum eundemque esse: nec dari ullam morborum differentiam, nisi eam, quæ ratione loci contingat, speciem omnibus unam, eandemque omnibus esse causam; ⁴³ locum, tantummodo suppeditare differentias morborum, ut in alimento, in spiritu, in calore, in sanguine, in pituita, & reliquis in corporis humoribus, vel partibus solidis. ⁴⁴ Præter hæc morborum genera Hippocrates memorat morbos hæreditarios, vernaculos, epidemicos, & privatos. ⁴⁵ Auctor finitionum Medicarum, ⁴⁶ statuit Hippocratem novenas morborum differentias novisse, ut acutum, peracutum, malignum, diurnum, medium, exitialem, *evasorium*, periculosum, & periculo carentem. Verum enimvero, utut hic morborum numerus sit, Hippocrates reprehendit eos, Cnidios utpote, qui morbos secundum genera enumerare conabantur. Ponebant etenim Cnidii Medici dari septem morbos bilis: duodecim vesicæ: renum quatuor: stranguriæ quatuor: tetanos tres: aurigonis genera quatuor, & phthisis tres species. Nempe corporum varietates, quæ ob multas rationes permutantur, considerarunt, neglecta morborum *identitate*; quam tamen Hippocrates advertibat, ut morbum a morbo distingueret, redigeretque suam quemque ad classem. ⁴⁷ Quæ vero ad morborum causas pertinent, Hippocrates eas non uno modo prodidit. Fortassis hujus instabilitatis causa est, quod iis, quæ Hippocratis titulo superbiunt, multa supposita sint intermixta. Utut sunt, narrabo tamen eas quomodocunque in mentem venerint. Alibi ⁴⁸ statuit omnes morbos a bile vel pituita oriri: alio loco dicit
 seu

[43] De flatibus.
 [44] De Alimento.
 [45] Libr. de humoribus.
 [46] Cap. VII.
 [47] Vide *Galenum* in libr. Hipp. de viét. rat. in morb. acut. comm. I. §. 8.
 [48] De morbis libr. I. & libr. de af-

fectionibus. N. Illo libro dicti humores habentur ut causæ corporis intestinæ morbos quosdam producentes. In externarum autem numero collocat, labores, vulnera, cibo, potus, &c. quatuor qualitates principes, &c.

morborum acutorum auctorem esse bilem: ⁴⁹ alibi flatum seu spiritum tantummodo omnium morborum causam esse, unde febres, dolores: ⁵⁰ &c. cibum & potum vero eundem in corpora nostra inferre, existimat. Alibi aërem vitæ & morbi solum, autumat, auctorem, & eo omnia plena: ⁵¹ alio loco, ait, morbos, dolores, &c. ab ingestis fortioribus oriri: ⁵² alibi posuit quatuor humores, ut sanguinem, pituitam & bilem duplicem; & hos esse in causa, ut aliquis aut sospes fit, aut morbidus ⁵³ Procreari autem augerique quemquam flato imprimis anni tempore: nimirum pituitam hyeme, vere sanguinem, æstate bilem, &c. autumno atram bilem adaugescere. ⁵⁴ Quatuor porro loca esse generationi cujuscunque humoris dicata. Pituitæ scilicet caput, sanguini cor, Melancholiæ splenem, & bili jecur: totidemque etiam locos secretioni illorum destinatos; quorum in numero ipsi sunt os, nares, anus, & urinæ meatus. Dictorum humorum autem, censet, aliquid cibis & potibus inesse: ex quibus, in ventri-

[49] Si ea utpote in hepar influxerit, & ad caput confliterit, de *Diab. critic.* In numero acutorum ab Hippocrate, lib. *de aëre aquis & loc.* ponuntur pleurius peripneumonia & febris ardens. & lib. de vict. rat. in acut. addit phrenitidema: Præter hos & alios esse, e memoratis qualemcunque ortum ducentes, vel illis propinquitate conjunctos, quorum febres omnino continuas esse, atque lethiferas. Eadem fere habentur in libro de affectionib. in opere Hippocratis supposito.

[50] Libr. de flatibus in fine. spiritus autem omnes nobis ab aqua esse, quod fusc Hippocrates annitur demonstrare. lib. de natura Pueri.

[51] Ibid. ab initio fere, ubi spiritus & aëris vocabula ut synonyma occurrunt. Ex isthoc loco arbitror, Celsum deprompsisse Hippocratem cujusquemodi corporis valetudinem omnimodæ spi-

ritus constitutioni tribuisse. in Præf. lib. i.

[52] De veteri Medicina.

[53] De natura hominis. Sanum quidem putat, fore maxime hominem, quando memorata moderatum inter se habuerint temperamentum tum facultate tum copia, & cum maxime fuerint permixta. Egrotaturum autem eundem, quum dictorum aliquid minus aut amplius fuerit, aut separatum in corpore & reliquis omnibus non fuerit contemptatum. Libro de *Genitura*, & de morbis lib. iv. Hippocrates enumerat has quatuor, humidi species, sanguinem Bilem, Aquam & pituitam. Tot enim species congenitas, ait, hominem in se ipso habere, & ab his morbos fieri, aut etiam ex morbis discretiones. Atra bilis hoc loco omittitur, substituitur autem ejus in locum Aqua.

[54] Ibid. de Natura hominis.

Z

[55]

triculum procedentibus, trahere ad se corpus, secundum fontium diversitatem, sibi similem humorem. ⁵⁵ Et hæc de causis morborum generatim:

XIV. Quod vero ad causas morborum speciatim attinet, nimius sane in scribendo haberer, si in animum meum inducerem, ut singulas perscribam. Attamen, ut lectori quædam innotescant, dabo quarundam corporis ægrotationum causas. Vitiosam alimentorum digestionem oriri, Hippocrates arbitratur, si quis non expectaverit justum tempus ciborum, pridie ingestorum, concoctioni evacuationique destinatum; sed in ventriculum, etiam nunc cibus oneratum, ferventem adhuc, cibos super cibos ingesserit. ⁵⁶ Febrem oriri, ait, ob denegatum humoris in carnosa parte circuitum, unde totum corpus incalescere. Calefacto enim sanguine, celerem facere ea circuitum, quæ in corpore sunt: quæ si fuerint attenuata, & sub forma sudoris calidi extrusa foras, sanguinem nativam tum recuperare indolem; & quod consequens est, futurum esse, ut homo feбри careat. ⁵⁷ Fluxus omnimodos partim fieri ob frigus, carne & venis extensis, atque angustatis, quam ob causam tunc eas humorem exprimere: partim quoque propter calorem, carnes rarefacientem, & humores attenuantem; quocirca carnes humoribus transitum præbere faciliorem, & humores attenuatos facilius illarum tubulos pertransire. ⁵⁸ Hydropem progigni plerumque, quam quis a diuturno morbo sine purgatione diu permanferit: corrumpi namque tunc carnem & liquari mutarique in aquam.

[55] De morbis libr. iv. Quomodo-
eunque dicta fuerint prolata, mihi pro-
batur placitum, quod Hippocrates hoc
lib. iv. memoriæ prodidit. Tria utpote
principia esse, ex quibus morbos fieri.
Primum situm esse in humoribus, si aut
quantitatis, aut qualitatis ratione corpus
afficiant: alterum in coelo vel aëre, cujus
vitium nos victus ratione non corrigi
posse, velut alias, si nobis modo allu-

buerit, tali pacto humorum vitium, utut
fuerit, valemus. Tertium denique si-
tum esse in violentia quadam v. g. si ali-
quis casu, vulnere, plaga, ictu mortis
& simili modo, sauciatus vel læsus fue-
rit.

[56] De veteri Medicina.

[57] De Diæta libr. ii.

[58] Libro de locis in homine.

[59]

aquam: subinde etiam vitio lienis, & hepatis & pituitæ albæ: quin minus a dysenteria ac lienteria aquam intercutem produci. ⁵⁹ Calculum generari, quum vesica & alvus ultra modum fuerint calefactæ, urinam tunc non debito modo excerni, sed in se ipsa concoqui adurique; quapropter, quod in ipsa tenuissimum & purissimum est, mingi; superstitè in vesica crassissimo ac turbidissimo, paulatim se coagmentante, in calculum vel tophum concrefcente. ⁶⁰ Sufficiant hæc ad adumbrationem Pathologiæ Hippocraticæ, in quantum ea causis morborum proximis superstructa.

XV. Quæ vero spectant ad causas remotas, ita argumentatur auctor. ⁶¹ Quando uniusmodi morbus multos homines eodem tempore corripit, ejus causam tunc ærem, quem inspiramus, esse: siquidem omnibus in promptu est, diætam non posse culpari; quia non vero proximum ad unum omnes tam senes, quam juvenes simili eademque victus ratione usos fuisse; at enim, si omnigeni morbi eodem tempore exorti fuerint, manifesto apparere eorum causam non ærem, sed pravam victus rationem esse. Nihil igitur utilius, nihilque magis necessarium homini, quam recta victus ratio est: hanc enim incolumitatis causam esse; hanc ideoque ab inventori- bus ratiocinando investigatam, ut posterius scirent, quodnam secundam, quod adversam corpori importet valetudinem? alte-

[59] De affectionibus.

[60] De aère aquis & locis. Cæterum libr. iv. de morbis Hippocrates sensit calculum impuro ex lacte, in vesica puerorum gigni: non dissimili modo, quam si aliquis in aquam turbidam vali immisiam & aliquantisper sedatam conspexerit, observari tunc ejus in medio facem quandam acervatam. Eandem rationem esse urinæ impuræ, ut que in cavo sit loco & maxime se acervans, præ dolore per mictionem non pertranscat, & a pituita cruda concrefcat. Pituitam enim ad facem admixtam fieri glutinum. Et

primum parvam lanuginem superflare, deinde quod accedit, arenosum fieri, pituita in gluten evadente. Facem autem indurati, ac quodammodo lapidescere in duritiem, perinde ac ferrum ex lapidibus ac terra, dum comburantur, efficitur. Plura qui desiderat, is auctoris d. l. pervolvat.

[61] Cujus additamentum, legimus in fine libri de Natura humana. His tamen non dissimilia habet ipse Hippocrates, si modo inter se conferantur, quæ ei sunt libro de victus ratione in acutis, de flatibus, &c. aqua aère & locis, &c.

Z 2

[62]

alterum allèquendi usùrpandive ; alterum abstinenti gratia.
⁶² Urcunque hæc se habeant , veteres tamen , teste Hippo-
 crate , vix quicquam memorabile de victus ratione memoriæ
 mandaverunt : at e diverso Hippocrates jure gloriatur se re-
 pertorem diætæ , seque hanc , quantum fieri potuit , ad ex-
 ploratam rerum , quæ fieri possunt , rationem redeçisse. ⁶³ U-
 berius ac fufius hanc in variis libris pertractavit , adeo ut,
 ullum ex his summarium , quod multam profecto scriptionem
 postularer , confici possit.

XVI. In morborum curatione Hippocrates , ut enuntiata
 profert , concocta ⁶⁴ medicamentis aggredi oportet , & mo-
 vere non cruda , neque in principio , si non turgeant. Quæ
 ducere oportet , quo maxime vergunt per convenientes locos ,
 ducere oportet. Quæ prodeunt , non multitudine æstimari
 oportet , sed quamdiu prodeant , qualia oportet & facile æger
 ferat. ⁶⁵ Sunt quidem Hippocrati plura salutaria monita atque
 præcepta. Signa prædictionesque morborum , quæ sanc ex usu
 Medici , praxim profitentis , sunt : verum quis singula nar-
 rabit ? Quid ? supervacuis etiam is labor esset , quia auctor
 inter plerosque medicos versatur ; præcipue vero ejus apho-
 rismi , qui a nemine non , ut praxicos præcepta , considerantur.

XVII. Medicamentum appellat Hippocrates omne , quod
 præsentem statum transmutare valet : omnibus autem fortio-
 ribus hoc solenne esse : interim tamen non negligendam vi-
 ctus rationem. Quicquid enim aptum omnia ex præsentem
 statu ad amovendum vel transponendum , id ægrotanti opem
 allaturum. Namque nisi id , quod morbum fecerit , fuerit
 aliorsum amandatum , hunc minime imminutum iri , sed po-
 tius increbescere. ⁶⁶ Quod vero pertinet ad vires medica-

men-

[62] De Prisca medicina,

[63] Libr. III. de Diætâ. Et libr. I.
 de Diætâ scribit se invenisse primum,
 quomodo corpus ab excessu superetur,
 & ad morbum perveniat, & quo pacto
 ex excessu, utramvis in partem facta,
 ppenotionem morbi medicus sibi com-

parare possit.

[64] Fit autem concoctio, ex per-
 mixtione & temperatura mutua, & qua-
 si coctura. Hoc pacto enim humorum
 acrimoniam & temperiem tolli. *Ibid.*

[65] Libro de humoribus.

[66] De locis in homine.

DE DOCTRINA HIPPOCRAT. 181

mentorum, statuit Hippocrates dari medicamenta singularia, singularem corporis humorem evacuantia. Ea etenim, cum corpori fuerint ingesta, trahere primum ad se quod Naturæ suæ maxime conveniens: deinde vero, quum utpote ejus medicamenti nimium fuerit datum, ea trahere & reliquos corporis humores. v. g. si quis cuiquam Medicamentum chologogum dederit, primum quidem bilem educi: at enimvero, si quantitas remedii fuerit justo major, illam tum insequuturam pituitam, postea bilem atram, sanguinem denique in ipso mortis agone. ⁶⁷ Tandem, ut ad finem hujus capituli veniam, paucis verbis commemorabo, Hippocratem Medico suadere, ut, indagata causa manifesta, nec non ea, quæ ratiocinatione tantum cognoscitur, animadvertat infimul numerum aut parem aut imparem: maxime autem metuendum esse numerum imparem: quo die ægros cum maxime conturbari: ⁶⁸ imo, quod magis est, eos plerumque mori die impari, mense & anno imparibus. In alterutrum diem Hippocrates totam morborum crisin, vel ad salutem, vel ad perniciem identidem versare, decrevit. ⁶⁹ Aesclepiades talem dierum delectum, ut vanum repudiavit, neque in ullo die, quia par, imparve esset; his vel majus, vel minus periculum esse, dixit. ⁷⁰ Sed hæc hæcenus, ne videar nimium laborem in Hippocratis doctrinam contrahendam insumpsisse.

[67] Vide librum de Natura hominis, de medicamentis purgantibus, & de affectionibus.

[68] De Dieta in morbis acutis.

[69] Libr. iv. de morbis. Aphorism. sect. II. §. 23, 24. libr. de humor.

[70] Celsus de Re Medica libr. III. cap. IV.

DISSERTATIO XIII.

DE

Quorundam veterum Dogmaticorum placitis.

I. **M**EDICINÆ RATIONALIS sectatores, pollicentes se omnium in corpore humano obortorum effectuum principia & causas duros, sæpenumero in magnam aliquam difficultatem incurrere, æquifnam dubitat? Deridemus itaque & merito & jure Pelopis, Galeni præceptoris, imaginariam Sapientiam, quam sibi gloriose arrogavit in dandis quorumcunque effectorum causis. ¹ Deludimus & plurimos nostri seculi medicos, qui itidem existimant, nullius esse effecti causam occultam & involutam, sed promptam sed apertam esse omnem. Verum enimvero eos in hac parte delinquere, non opus est, ut fufe argumenter; siquidem neminem nostrum quemquam, puto, inficiaturum, perplura in universo, imo plurima in homine, ad quæ caligat genus humanum. Perpendamus modo morborum causas obscuras, quæ ratione investigantur, quam diversas & multas de his dogmatici habeant opiniones? Equidem non diffiteor nonneminem mihi objectaturum Plutarchi decretum, morbum utpote nullum gigni sine causa posse; neque vim esse ullam, (divinam excipio) quæ ex nihilo aliquid contra leges naturæ possit producere. ² Verum enim nullum mihi dubium est, quin medicus, qui ingenuitatem præ se fert, aperte ingenuæque sit confessurus, nobis plurimum latere plerorumque causam morborum proximam, deque hac nos tantummodo divinare. Profecto si ejuscemodi causâ haud laboraret

ret

[1] Ejus mentionem facit *Galenus* de simpl. medic. fac. lib. xi. cap. xxx. Pe-
[2] In *Sympos.* viii. Quæst. ix.

ret ulla animi suspensione, non tot fictas hoc tempore haberemus in Medicina hypotheses.

II. Neque vero Dogmatici de cujuscunque modi causis tantum, sed etiam de parte corporis affecta, quænam scilicet pars in morbis aliquibus, interius in corpore obortis, cum maxime patitur, & olim & nunc inter se digladiantur. Persuasum sibi fortean quispiam habet, non arduum esse negotium, quia Anatomicus eam facili negotio detegere potest: quod verum est, concedo, si malum conspicuum in una parte: At enimvero, si variæ partes simul affectæ, tum primam, ubi videlicet materia morbida, vel resedit, vel generata fuit, possumus ægre indicare. Vero quippe simillimum est, non omnes, quæ transacta Anatomica inspectione communiter inveniuntur, ab initio affectas fuisse insimul; sed sensim sensimque tales solidas a fluidis vitatas. Si vero causa morbi ipsis fluidis, vel spiritibus infuerit tantum, tunc ea multo difficilior, quam secus, cognitu est: hinc mira variarum opinionum diversitas, dum suam quisque, tanquam omnium probatissimam, medullitus amet, opinionem. Quemadmodum nunc temporis, ita & olim fuit mira sententiarum sectatorumque concertatio, æmulatio, affectatio; quæ usque adeo quorundam hominum animos fascinaverunt, ut nil, nisi quod suæ ipsorum sectæ doctrinæque, qua primum eruditi sunt, conforme, rectum putent. Indelebile, Mehercule! malum est, quod jampridem Galenus est conquestus, atque id elui non potest, ista scilicet circa sectas ambitio: Malum hoc, inquit, scabie quavis ad sanandum rebellius.

III. Verum, ut ad propositum veniam, ostendam aliquot exemplis discrepantiam opinionum respectu partis affectæ. Quæritum est a veteribus, quis in pleuriticis locus patiatur. Pulmones pati dixit Herophilus: hypezocata, membranam latera & interiora cingentem Diocles, Erasistratus, Asclepiades,

[3] Libr. I. cap. XI. de nat. fac. VI. de etiam cap. VI. de cujusque animi peccatorum notitia atque medela, ut & comment. I. in libr. VI. Hippoc. de morb. vulgarib. §. 25.

des, & eorum plurimi sectatores. + In peripneumonia, statuit Diocles, pati venas pulmonum: Erasistratus arterias: Praxagoras eas pulmonis partes, quæ spinæ sunt conjunctæ: Herophilus totum pulmonem: Asclepiades eas pulmonis partes, quæ arteriis adhærent, quæque bronchia appellantur: Apollonius Herophilus venas & arterias pulmonis: Soranus autem totum corpus passione vexari, sed pulmonem vehementius. 5 In cardiacis cor affici dixerunt Erasistratus & Asclepiades: alii pericardium: alii septum transversum: alii stomachum: alii pulmones, atque jecur. 6 In Hydrophobia Democritus dixit nervos affici, conjiciens hoc ex corporis spasmo & veretri tentigine: aliqui ex ascleclis Asclepiadis membranam ajebant cerebri. Etenim Asclepiades statuit, omnem passionem, ut phrenitidem, lethargiam, epilepsiam, &c. quæ mentem turbaverit, in ipsa consistere. Alii iterum ajebant Diaphragma pati, siquidem in ipso sit dolor constitutus. Artemidorus Erasistrati, & Artorius Asclepiadis sectator, atque plurimi sectæ Methodicæ scriptores statuebant stomachum pati; quoniam singultus sequatur, & vomitus fellicis, & appetentia insatiabilis bibendi. Alii ex sectatoribus Asclepiadis volebant utrumque tum stomachum tum ventriculum pati. Gajus Herophili sectator, asserbat, cerebrum & ejus membranam affici: nervos namque voluntario motui fervientes atque stomachum colligantes, initium vel originem inde sumsisse: Magnus Ephesius tandem censebat omnia, quæ difficultate motus in hac passione afficiuntur, pati: hæc autem esse cor, stomachum, diaphragma, caput, illa. 7 Possem quidem plura e veteribus, plurima quoque hujus generis ex recentioribus auctoribus, petere: verum sufficere hæc, arbitror, tanquam documenta dubiæ Medicorum rationis in determinanda plurimorum morborum parte affecta.

IV. Nec

[4] Cæli. *Aurelianus*. celer. pass. libr. 21. cap. xvi.
[5] Idem cap. xxviii.

[6] Idem cap. xxxii.
[7] Idem. libr. iiii. xiv.

[8]

IV. Nec mirum cuiquam debet videri, nos de parte affecta disputaturos, nostræ ipsius mentis cæcitatem patefacere: siquidem primarius locus, vel pars corporis in primis affecta per sæpe oculorum nostrorum aciem, atque ideo nostram scientiam, fugit. Sunt enim multi morbi, ubi pars aliqua corporis, quia iisdem nervis, vel simili dotata membrana, in consensum trahitur, atque adeo longe alium, ac revera est, morbum mentitur. Exemplum habemus in calculo renum, ubi vomitus & retrorsus testiculus, qui plurimum morbum comitantur, proveniunt propter consensum nervi, & stomacho & renibus & testis, communis. Eadem conditio est suffocationis in mulierculis, quæ vitio locorum ceciderunt: ubi etiam nervus ab utero ad asperam arteriam tendit, qui dum inferne vellicatur, superiorem partem vicissim in consensum trahit. Medicus igitur, nisi signa, cuique affectui propria, bene observaverit; distinxeritque, facili negotio potest cæcari erroribus, ratione partis cum primis affectæ. Quandoquidem vero non pauci hujus generis morbi sunt, in quibus Medici ejusmodi signa, affectum unice significantia, desiderant; planum inde fit, quare difficilis ad indagandum sit pars affecta; & quare hujus gratia tot dissensiones inter Medicos obortæ.

V. Nec respiratio, quæ est actio vel negotium, ut inter nos liquet, animantibus ad unum omnibus familiarissimum, ambiguitate caret; siquidem non modo prisca, sed etiam multi recentiores, se inter discrepant, quo pacto & quamobrem ea fiat. Empedoclis, Platonisque opiniones de negotio respirandi refellit Aristoteles; ⁸ quam autem ipse profert æque atque illorum incerta, & dubia est. Herophilus quatuor motus

[8] Empedocles statuit fieri respirationem & expirationem propterea, quod venæ quædam sint, in quibus est quidem sanguis, non tamen eas esse sanguine plenas: habere autem meatus in eum, qui extra est, aërem, partibus quidem corporis minores; iis vero, quæ aëris, majores. Quapropter sanguinem natum moveri sursum & deorsum: deorsum quidem cum aer inluat, atque adeo inspiratio accidat: sursum autem, cum aer excidat foras, ac ita fieri expirationem. Vide Aristotelis libr. de respiratione. cap. vii. ubi Empedoclis versus citantur. Anaxagoras sensit pisces, cum aquam per branchias emit-

tus genera pulmonibus in respiratione tribuit, primum cense-
ret in causa esse, ut externus aer attrahatur; secundum, ut at-
tractus in pectus exprimatur; tertium, ut expressus denuo
recipiatur; & quartum, ut receptus iterum foras eiciatur.
Asclepiades autumat causam respirationis esse attenuatum aë-
rem, qui in cavitate pectoris est; inibi enim externum aërem,
quia crassior est, ferri: indidemque vero rejici, quoniam
pectus ita comparatum, ut copiosum aërem non continere,
neque eo prorsus carere possit. ⁹ Alii aliter opinati sunt, pa-
ri modo, ut etiam inter recentiores, licet suam quisque men-
tem exquisitissimis demonstrationibus, ac argumentis probare
annus fuerit, non idem opinionum consensus est.

VI. Controversabantur itidem veteres inter se de utilitate
respirationis. Hippocrates statuit nutritionis & refrigerationis
ergo fieri respirationem. Philistion & Diocles innatum ca-
lorem ventilandi refrigerandive causa. Praxagoras & Philo-
timus nutritus spirituum animalium causa: Nicarchi Praxa-
goras respirationem aiebat corroborationem quandam animæ
esse: Asclepiades autem ipsius animæ generationem. Eras-
tra-

strant, & eum, qui in ore est, aërem
trahant, tum respirare. Diogenes au-
tem putat, cum emittant aquam per
bronchias ex circumstante circa os aqua,
trahere tunc aërem, qui in ore vacuo
est, & qui in aqua quasi inest. Hæc
autem fieri non posse judicat Aristoteles.
d. l. cap. 11. Democritus statuit respi-
rationi inhiberi, ne anima & calidum,
quas figurarum sphaerarum primas,
excit. Vivere enim animalia interspi-
ratione, quia aer dictis figuris, pro su-
stentatione vitæ necessariis, admodum
dives fit: ex adverso animans quodvis
expiratione mori; esse enim mortem
talium figurarum ex corpore exitum, ob
continentium expressionem. Ibid. cap.
xv. Plato in Timæo ratum habet: ex-
eunte per os calido, ambientem aërem
pulsam, quem eundem in locum, per

raram carnis texturam, ingredi. Et quia
in universitate rerum nunquam vacuum
reperiatur: proinde, cum pectus, pul-
monesque spiritum efflaverint, protinus
eisdem genere corpori circumfuso me-
tus corporis penetrante, repleri. Aristo-
teles. d. l. cap. 22. dicit, respirationem
fieri calido, in quo facultatis nutriendi
principium, se augmentante. Etenim
quemadmodum alio indigeant alimento,
ita & illud, imo & aliis magis; quoniam
id calidum aliis alimenti causa est. Re-
spirationis autem natura, ait, ita com-
parata, ut follis; cujus exemplo hoc ne-
gotium declarare satagit.

[9] Vide Galeni Hist. phil. cap. crv.
Plutarchum de placit. philos. libr. iv. cap.
xxi. Galeni opinionem vide in libro de
caus. respiration.

[10]

stratus putabat arteriarum expletionis gratia nos respirare; Galenus tandem immoderatum calorem refrigerandi & animales spiritus nutriendi gratia. ¹⁰ Recentiorum tam Medicorum quam Philosophorum opinionibus, quia notæ ac manifestæ sunt omnibus, impræsentiarum supersedebam.

VI. Sæpenumero mentionem typi inter veteres medicos versari, offendet, qui eorum scripta perlegerit. Horum sententiam, quantum eam mente assequi valuerim, conabor quoque modo declarare, ut, qui etiam nunc in Medicina tirones sunt, sibi ex his aliquam hujus abstrusæ doctrinæ notitiam comparare possint. Sed ad propositum. Typum vocabant veteres ordinem accessionis alicujus morbi: periodum vero tempus accessionis in morbo factum. ¹¹ Licet varii morbi, in primis chronici, ut atrophia, paralyfis, lepra, &c. sint, in quibus nullam periodum, & quod consequens est, nullum typum agnoscere valemus: sunt tamen morbi complurimi, & hos inter maxime febres, in quibus doctrina de typis & circuitibus morborum, ex usu esse potest; quamquam interea non negaverim, eandem plurimis implicatam difficultatibus, quibus pauci fortassis, me ipse non excipio, se extricare queunt.

VII. Dividuntur typi in primos, (α) qui brevem habent accessionem & diuturnam remissionem, cujusmodi sunt tertiani & quartani: (β) in secundos, qui contrario, ut primi, procedunt modo, ut quotidianus, semitertianus; (γ) in consistentes, qui iisdem horis invadunt, & resistunt: (δ) in mobiles, sive ii nunc occlusi, sive tardius, seu adveniant, seu abeant: (ϵ) in simplices, qui unicum habent paroxysmum; (ζ) in compositos, quibus plures & accessiones & remissiones sunt. ¹² Præter hæc typum appellabant veteres non omnem cujusvis morbi

[10] Hæc e Galeno de utilitate respirationis. §. 1. 4. 12. Plato in Timæo dicit omne hoc opus in corpore fieri irrigatione quadam & refrigerio ad vitam

& nutrimentum.

[11] Galenus de typ. cap. 1.

[12] Ibidem. cap. 11.

morbi periodum, verum siquæ ex integris diebus juxta & noctibus fuerit constituta: proindeque opinabantur secundum unum quemque dierum numerum, typum esse quoque peculiarem. ¹³ Quæ cum ita sint, ratum habebant, typorum circuitus viginti, vel triginta dierum spatio non solum terminari, sed diutius moram trahere posse.

VIII. Ut autem aliquis invenire possit, quot sint typorum implexus, necessum esse, statuebant, ut is numerum horarum cujusque typi in memoria habeat, vel in charta descriptum. Scilicet typum quotidianum esse viginti quatuor horarum: tertianum XLVIII. quartanum LXXII. ac ita porro pergendum esse, superaddendo utpote unicuique typo XXIV. Quod, cum aliquis dicto modo typos ad calculum vocaverit, tum experietur typum decimum habere horas CCXVI. trigésimum DCXCVI. quinquagesimum MCLXXVI. &c.

IX. Quandoquidem vero typi nomen, non a diebus completis, sed ab accessionis repetitione, sunt sortiti, inspiciendæ veniunt accessionum periodorum horæ, quota pars sint horarum typorum: illis etenim efficitur multitudo, seu species typorum. Verbi gratia ponamus quendam experiri accessionem morbi per horas sex, remissionem vero horas duas, ac ita integram periodum octo horis absolvi. Præterea consideremus quoties octo in viginti quatuor, in uno typo nempe, habeatur, inveniemus sane ter haberi, pronunciemus itaque quotidianas tres esse implexas, quia typus quotidianus est horarum XXIV. Ponamus secundo sedecim horarum paroxysmi periodum esse: quoniam autem sedecim nulla est numeri viginti quatuor, sed potius quadraginta octo, seu typi tertiani, particula, & quidem tertia, enunciamus igitur tres febres tertianas invicem esse implexas. Ponamus tertio periodum accessionum esse horarum quinque, quia autem hæ sunt pars vigesima quarta horarum CXX. colligimus ex his viginti quatuor typos, ordinis sexti, invicem esse implexos. Ponatur quarto exempli gratia, quod periodus accessionum sit ho-

ra-

[13] *Idem* in libro ad eos qui de typhis scripserunt, cap. 2.

[14]

rarum septem, ducantur hæc in CLXII. pateſcet poſtmodum illa in his vigefies quater inveniri: ſtatuatur idcirco ſeptem eſſe typi octoni partem vigefimam quartam: vel viginti quatuor typos octavi ordinis eſſe invicem implexos: vel viginti quatuor typos, intra CLXIX. horas, ſeu ſeptem dies naturales, evenire, quos typos ideoque octonos eſſe appellandos. Quod autem illæ typo octonario, & non ſeptenario, adſcribantur, ratio in promptu eſt. quod non dentur typi ſecundani, pari modo ut non habentur febres ſecundanæ; ſed eæ, quæ ſecundo quoque die invadunt, ægro videlicet per unum diem febrili carente, a medicis appellantur tertianæ. Calculus namque ſubducitur a principio paroxyſmi, quod in numerum primæ diei refertur, ad principium paroxyſmi inſequentis: jam quando id in febre quadam intermittente tertio quoque die contingit, vocatur ea tertiana, ſi quarto, quartana: reliquarum eadem ratio eſt. Typis autem nominatio eſt, non reſpectu periodorum vel dierum numeri, verum ratione vicis paroxyſmorum. Sin autem cuiſpiam videretur negotium nimis moleſtum, additione, ut paulo ante dixi, numerum horarum cujuſque typi invenire: is poteſt tum via compendiaria eandem inſtituere computationem, ſi modo de numero typorum demſerit unum, & reliquum per XXIV. multiplicaverit. Exempli gratia aveo ſcire typum quadrageſimum quartum, quot is habeat horas, tunc capio quadraginta & tres, quæ per viginti & quatuor multiplicata, efficiunt mille triginta & duo, qui eſt numerus horarum typi, ut monui, quadrageſimi quarti. Cæterorum eſt eadem conditio. ¹⁴

X. Scio

[14] *Ibidem* cap. v. vi. vii. & xi. unde hæc ad compendium contuli. Quod ſupereſt, numerus horarum circumventium per acceſſiones æſtimatur, quoties is metitur aliquem ex iis, qui ſecundum typos habentur, toties typus hujusmodi illi implicatur vel complicatur. Ex. gr. periodus acceſſionum quindecim

horarum, quæ quinque dierum typus eſt, & ſextanus plerumque vocatur, poteſt eſſe, aut octo ſextani, aut ſedecim undecumani, aut viginti quatuor ſex decumani, aut triginta duo vigefimani primi, &c. typorum, ordinis. Ex his dictis efficitur doctrinam de typis dubiæ rationis haud eſſe expertem. Quinimo

A a 3

ipſe

X. Scio equidem nonnullos esse, qui hanc de typis doctrinam judicent curiosam, quæ ad nos non pertineat, imo tanquam nugalia theoremata, quæ modo ingenii, abstrusioribus in disputationibus cupidi, subtilitatem præ se ferunt, habeantur. Verum, ut, quod ego sentio, proferam, non persuadere mihi possum, veteres ejusmodi laborem, quem typorum doctrinæ impendebant, frustra suscepisse. Mihi, Galeni scripta pervolventi, videtur videre excogitatam idcirco hanc doctrinam ab ejus antecessoribus fuisse, ut accessionem morbi futuram prænoscerent, ut victus rationem rite instituerent, nec non tempus scirent, quando medicina esset ægrotis danda. ¹⁵ Verumenim vero, quoniam veteres, qui hujusmodi de typis doctrinam singulariter tractarunt, injuria temporum perire; ea de causâ & auctoritate & exemplis destitutus nequeo eam, quæ nunc cuiquam aut incongruens, aut abscondita habetur, facere planam.

XI. Non injuria aliquis ex me percuntabitur causam, quare aliqui morbi per circuitus eant, redeantque. Libenter fateor perdifficilem & perobscuram esse, quam allaturi sunt, quæstionem. Equidem non sum nescius, diuturnitatem accessionum Galenum adscribere materiæ vitiosæ multitudini crassitiei ac lentori, potentiæque imbecillitati atque meatum angustiam: brevitatem autem materiæ inutilis subtilitati; subtilitati, paucitati, & potentiæ naturalis vigori, meatumque laxitati; sentireque præterea quanto ocyus, vel tardius ejusmodi materia iterum, finito paroxysmo, colligatur accumulaturve, tanto & citius aut tardius, accessionem rursus futuram: quin etiam quotidianam pituitæ, tertianam bili, & quartanam melancholiæ, originem suam debere. ¹⁶ Neque ignoro Avicennam etiam morborum circuitum causam tribuere materiæ sive qualitate, sive quantitate perperam

ipse Galenus non diffitetur, eam esse scientiam inanem, & Iatrosophistarum inventum.

[15.] *Ibidem* cap. IV. & de differ.

febr. libr. II. cap. VIII.

[16.] Libr. II. de differ. febr. cap. 16. 17. & 2.

[17]

ram in corpore insidenti : & Averrhoem diversæ caloris innati, materiam plurifariam depravantis, indoli : & Gentilem, Thomamque de Carbo, occultæ humorum quorumlibet proprietati ; peculiare enim, rebantur, esse pituitæ, ut quotidie : bili, ut tertia : & melancholiæ, ut quarta quaque die, circuitus suos perficiant. Nec latet mihi sententia Apponis, qui vulgo conciliator vocatur, quique periodorum quorumvis morborum causam Lunæ. Telluris dominatrici, in primis refert. Nec me præterit, Sanctorium putare non humores, sed loca seu partes affectas, prout eadem multifariam distitæ, aut vicinæ cordi, causam diversitatis periodorum esse. ¹⁷ Reliquarum sectarum hypotheses, ne longius evager, impresentiarum faciam missas. Verum dicta, quomodocunque fuerint prolata, non dilucidant quæstionem propositam : nec video eam a recentioribus, naturalium rerum indefessis scrutatoribus, citra hæsitacionem fuisse enodatam. Non modo ego, verum etiam optimus ac gravissimus quisque perlibenter confitetur, se multa ignorare, & multa sibi etiam esse discenda : quo loci etiam referendam, arbitror, doctrinam de stas morborum quorundam periodis ; quam ne Apollinem quidem ipsum, puto, intelligere. Est enim ea numeris Platonis obscurior.

XII. Lubet hoc loco in medio proponere duas rationes medicinales, quarum alteram Græci *παροχέτευσις*, alteram vero *αντισπασιν* vocant ; & qui Galenum ex græco sermone in latinum verterunt, illam reddiderunt latine derivationem : hanc autem revulsionem. Galenus auctor est, has esse communia immodici actus evacuandi remedia. Derivationem autem fieri statuit, per loca vicina : si nempe id, quod v. g. per palatum, per alvum, &c. solebat evacuari, per nares, per urinas, & derivetur. At revulsionem fieri per loca contraria. Exempli gratia, humores, si sursum nimia in copia tetenderint, deorsum deducendos ; sin vero infra, supra eos esse

[17] Vide *Massaria* Practic. libr. VII. | febr. libr. II. cap. XVII. cap. VIII. de febr. causa. & Sennerti de |

esse ducendos; si intrinsecus vergant, eos tum extrinsecus flectendos; sed contra esse faciendum, si aliter, ac dixi, res se habuerit. Eadem ratio est, si vel in dextro vel in sinistro latere affluxus fuerit humorum. ¹⁸

XIII. Sed ut uberius dictas operationes explicem, fluentium humorum medelam, Galenus ¹⁹ statuit, revulsionem esse: eorum autem, qui jam membrum obfederunt, derivationem: utrumque vero evacuationis genus, per communes vias fieri. Hippocratem præcepisse, verbi causa, Medicum in locis muliebribus in contrarium trahet, si eas, quæ in cubito venæ sunt, secuerit, aut juxta mammas apposuerit cucurbitas, vel manus calefecerit & fricaverit atque alligaverit: derivabit autem, si eas, quæ in poplitibus aut talis sunt, venas incidit, & cucurbitas coxis applicuerit, & crura calefecerit ac perfricaverit atque alligaverit. Et, siquidem in parte dextra locorum muliebrium affectus fuerit, a dextra manu vel crure sanguinem detraxerit; sin vero in sinistra, a membris, quæ illi e directo sunt: hoc enim esse id ipsum, quod Hippocrates κατὰ τὴν vocavit. Interiores autem venas esse incidendas, quoniam viciniore magisque e directo sunt partibus affectis. Igitur in splenis inflammatione sanguinis missionem esse instituendam in interioribus lævæ; in hepatis, in dextræ manus, venis. Eadem ratio pleuritidis est, in qua sanguinem mittendum, ex eodem latere, quo dolor est. Expedire autem interiori cubiti venam, quam nunc Basilicam vocant ²⁰ incidere, si dolor ad claviculam pertigerit, aut molestus fuerit: vel brachio, vel mammæ, vel partibus septo transverso superioribus gravitas fuerit ²¹. Græci plerique, excepto Archigene ²² hanc sanguinem mittendi rationem

[18] Lib. v. cap. 111. & Libr. iv. cap. vi. Method. medend. acut.

[19] De arte curativ. ad Glaucl. libr. 11. cap. 11.

20. Ita putat Briffotus in Apolog. pag.

54.

[21] De quibus vide Galeni comment. 11. §. x. in Hipp. de vict. Rat. in morb.

[22] Ætius Tetrab. 11. ferm. iv. cap. lxxviii. Archigenes in iis, qui morbo acuto infestantur: siquidem circa claviculam vel mammas dolor hæreat, ait, venam incidendam in brachio, non eo, quod recta ab inflammato latere, procedat, sed ab opposito.

nem in pleuritide secuti sunt. Verum Arabes, quorum de sanguine mittendo præcepta per annos plusquam DCC., nullo pene reclamante viguerunt, sanguinem detraxerunt ex opposito brachio vel ex Saphona ejusdem lateris. ²³ Tandem Brissotus MDXV. Arabum castra deserens primus Græcorum dogma per tot secula oblitteratum ab inferis revocavit, atque ab oblivione vindicavit. Sed O Deus bone! quantas turbas, quantum bellum inter medicos id ætatis excitabat: tantum profecto erat, quasi pro aris & focis certarent. Controversiam Academiæ Salmanticæ, ut eam dirimeret, committebant. Hæc primo decernebat, ne ulli medicorum liceret in pleuritide secare venam e directo lateris affecti: deinde, causâ curatius cognita, decernebat contra Arabes, & Græcorum placitum approbat. Quid fit? Adversarii, decreto huic non morigeri, provocabant deferebantque litem decernendam ad CAROLUM V. Imperatorem, contendebantque non modo falsam & erroneam, Brissoti & ejus asseclarum, qui Græcorum tuebantur, doctrinam esse, sed impiam & exitialem eandem esse, quæ non minorem hominis corpori perniciem afferat, quam *Lutheranorum* schismata mortalium animis. Consectabantur eos præterea conviciis, appellabantque hos ignorantés, temerarios, *Eroflatoeos*, violatæ & temeratae religionis reos, sæpe sæpius medicorum *Lutheranos*. ²⁴ Tantum præjudicata opinio poterat, ut etiam sine ratione valeret, auctoritas. Sed, ut ad finem properem, reliquæ sunt aliæ viæ quibus dictæ operationes perficiuntur, dicendæ: verum, quia hæc Medicinam ægrotis jamdiu facientibus, satis cognitæ; hac de causâ dictorum enumeratione superfedebo, eademque in medio relinquam. ²⁵

[23] Hæc *Moreau* de sang. miss. in Pleurit. pag. 27.

[24] Vide vitam Brissoti a *Moreau* descriptam pag. 103.

[25] Plura, si desiderentur, vide Libellum Galeni de hirudinib. revulf. &c. & de ven. sect. adv. Erasistratum. cap.

XII. & de curand. rat. per sang. miss. item Apologiam Brissoti pag. 17. qui vult revulsionem esse arte factam humorum tractum e contrario, quam antea fluebant. Commune equidem opus & revulsionis & derivationis esse, sanguinem videlicet evacuaré ex parte affecta, sed

fed differere utramque inter se, dum illa | vero in latus, ideoque melius fieri ex lo-
nitatur ac trahatur in adversum; hanc | cis vicinis.

DISSERTATIO XIV.

DE

Philosophorum & Medicorum quorundam decretis.

I. **C**onqueruntur graviter de adulterinis suppositisque aucto-
ribus non modo Theologi, verum etiam medici.
Verbi causa afferam *Æsculapium*, cujus in librum nuper
incidi. Indignus sane hic liber antiquissimo Medicinæ paren-
te, cujus titulo superbit: suppositus est enim ab idiota ali-
quo Chronologiæ ignaro. Mentionem siquidem facit *Aristo-*
telis, qui tamen, ut ad unum omnibus, nisi in historia hospites
fuerint, res nota ac manifesta est, illo multis seculis posterior
fuit. Eiusdem incitiæ, quin dicam malignitatis, incusandus
est auctor epistolæ Hippocratis Coi ad Mœcenatem: cum
tamen ille *Artaxerxis*, hic vero Augusti ævo, inclaruit¹.
Eandem oportet maculam auctori, qui *Trotulæ*, vel *Erotis*
nomine, supinat, inurere. Perhibent quidem, Augusto re-
gnante, libertum *Erotim* *Julia* Medicinam fecisse; ² quan-
doquidem vero hic auctor, qui librum de affectibus mulierum
prodidit, passim *Galen*i mentionem facit, qui tamen illo duo-
bus fere seculis posterior, patet inde suppositio auctoris.
Non melioris notæ, sunt scripta *Mariæ prophetissæ*, *Mosis*
Sororis, *Alexandri ad Aristotelem*, &c. de *Alchimia*. Quod
ne-

[1] Idem sentimus de Epistola Hip-
pocratis ad Antiochum. Utræque epistolæ
operi *Marcelli Empirici* præfixæ sunt.
Nec minoris faciendæ est dissertatio
Hippocratis de differentia temperamen-
torum ad *Titum Imperatorem*, quam
commemorat *d'Herbelot Bibliothec.*
Orient. pag. 975.

[2] De quo vide *Mr. le Clerq. Hi-*
stoire de la Médecine. P. 3. lib. 1. cap. 1.

[3]

neminem, puto, inficiaturum, nisi in historia inque scientiis prorsum plumbeus fuerit.

II. Missos itaque faciam auctores, qui suppositis personis falsos libros in lucem ediderunt; jam vero animus mihi est exponere veterum quorundam Græcorum, tum philosophorum, tum medicorum dogmata, quibus Rationalem Medicinam locupletarunt. Sed ad rem. Plato, de origine morborum percunctans, statuit corpus ex quatuor elementis compactum. Quod, si aliquid eorum excedat, aut deficiat, aut ex loco proprio in alienum transferatur, ad morbos tum primum esse corpus. Ex secundis compositionibus non rite peractis itidem morbos progigni. Carnem enim, quoties eliquata fuerit, putat, tabem rursus transmittere in venas, unde sanguinem vario colore, amaritudine, & acidis salisq; infectum saporibus¹, bilis, cruoris pituitæque gignere quam plurimum. Quæ quidem omnia sic genita & corrupta sanguinem deintegro inficere: circumferri autem hæc per venas nullo prorsus naturalis circuitus ordine observato. Tertium morborum genus exoriri a spiritu, a pituita, vel a bile. Pituitam acidam, quin & salsam languorum omnium, qui destillatione fiunt, originem esse. Partes corporis tumescere a bilis incendio & combustione vexari. Pessimum esse malum, quando pus, sanguine mixtum, & villorum ligaminumque fila suo ex ordine dimoveat. Cæterum censet, quod si corpus ignis potissimum excessu langueat, id tum continua febris laborare: si æris, quotidiana discreta: si aquæ, tertiana, quia aqua seignior est, quam ignis & ær; si vero Terræ excessu, quartana: siquidem Terra, cum omnium elementorum tardissima & quarto gradu est, fervere defervereque quarto temporis circuitu; hinc origo febrium quartanarum, quæ ægre & tardissime submoventur.²

III. Aristoteles posuit bilem calidam, contra pituitam esse frigidam. + Bilem statuit causam morborum acutorum: quin etiam

[3] Plato hæc in Timæo.

1 [4] Problem. sect. I. Quæst. xxix.
Bb 2

[5]

etiam a bile sincera credit oriri febres acutas; ab abundantia vero atræ bilis, insaniam. Et, ut brevis sim, Aristoteles, quando de causis morborum disputat, profert eas explanandi causa vel bilem, vel pituitam: nec non qualitates primas, ut calidum, ut frigidum, &c. ⁵

IV. Theophrastus, de efficientia Solis differens, ⁶ censet ejus calorem animantium omnium & stirpium genitorem & effectorem esse, eundemque in aëre non impromiscuum manere, sed in eo potius nasci, moderationem quandam multitudinis & subtilitatis ad generandum suscipere: imo calorem, qui in corporibus animatis inest, pluribus admixtum, & peculiari quodam modo temperatum, vivacem & genitabilem ad procreationem similibus reddi. Quare spirante Austro, qui ubi mare transferit, regionem multo humore, teste Hippocrate ⁷ implet, homines deterius, quam solent, valeant, in causa esse, ait, quod liquatus humor multus fiat a tepore Austri, qui prius erat perexiguus, & ex levi spiritu grave humidum oriatur. Adhæc vim & facultatem nostram esse in articulis positam, quos autem ab Austro solvi. Viscidum enim, quod articulis inest, si congeletur, motum impedire; si nimium humescat, tensionem membri inferre. Sin vero Austro sine pluvia siccus spiret, febres exoriri, quia humorem extraneum calidum in corpora inducat: Austrum enim natura calidum & humidum, ex quarum qualitatum excessu existere febrem. ⁸ Dulcem ex alimentis confectum humorem, putat, accretioni carnis aptum, falsum vero ineptum; ideo hunc Naturam fecernere ut excrementum; quod si in vesica subsidat, uri-

[5] Ibid. Quæst. vi. ix. xii. &c. Ex quibus & aliis quam plurimis locis conficitur Aristotelem non fuisse plane plumbeum in Medicina, ut aliquis scripsit habuitque eundem pro circulatore. Cavillator respexit ad loca *Diogenis Laert.* & *Hesychni* Milesii in vita Epicuri, ubi uterque scribit Epicurum appellasse Aristotelem decoctorem, quod comeso omni patrimonio stipendia fecisset; & medicamenta vendidisset. Eadem extant apud *Athen.* Deipnos. libr. viii. pag. 354.

[6] Libro de Igne.

[7] Libr. ii. de vict. Rat.

[8] Ita Theophrastus libro de ventis. Quos Austro producat, enumerat *Hippocrates* Sect. iii. aphorism. v. xvii.

DE TEOPHRASTI DECRETIS. 197

urinam : si in carne, sudorem, dici : Illam sponte ac natura velut agente subsidere : hunc vero motu, aut labore, aut calore, aut spiritus facultate indigere, ut excernatur. Illam nunquam non esse continuam, hunc vero non semper continuum, ac minus sane quam corporis halitum, qui ne sensu quidem percipiatur. Salsum igitur esse, quia crudus : dulce enim esse, quod percoctum est ; quod autem leniter coctum aquæ instar esse, ut pituitam & lachrymam. Sudorem quidem omnem falsum esse, falsiorem vero, quo magis a longioribus erumpat partibus. Pueros ob cutem densam difficulter sudare, viros vero facile. Senes vix ullo sudore foetido manare ; causam esse cutis laxitatem & facilem *transpirationem*, quocirca parum excrementorum, in cute subsistere. Tenuem & aqueum esse sudorem, qui extimus cutis in superficie ; crassiores vero, qui profundior & interior, est. Si una cum sudore ad corporis superficiem expellantur recrementa crassa pravique succi, ut acida, falsa, amara, quæ propter copiam secerni nequeunt, prorumpere hæc tamen, & acrimonia sua carnem exulcerando efficere scabiem, papulas, lepram &c. cutis eruptiones, quas nonnullos revulsionem, i. e. in contrarium aversione sedare niti ⁹ Animi defectionem, dicit, esse privationem, aut refrigerationem caloris innati in locis, quæ respirationi serviunt, accidere hanc aut a frigore, aut a calore & æstu. Nam calorem nimium, minorem nobis insitum, absumere, & tabefacere, & respirationem inhibere. ¹⁰ Vertiginem fieri, quando aut alienus spiritus, aut impurus humor ad caput venerit, sive ab alimento aliquo, ut vino, sive ab humore quovis alio, aut quando aliquis caput in orbem agitarit. Cerebri enim locum, quum natura humidus sit, fieri, ut, cum externus & velut alienigena spiritus eo venerit, intrusus propellat, & ad venas humorem, qui inibi continetur, circumagat. ¹¹ Nervorum resolutionem, quamvis alii dicant a flatu, alii a spiritus defectu

[9] Libro de sudoribus.

[10] Libro de animi defectu.

[11] Libro de vertigine.

fectu & privatione, putat, fieri omnino a refrigeratione. ¹²

V. Hæc allata aliquo modo sufficiunt ad specimen doctrinæ Philosophorum, quos equidem non despicio, quia solebant olim Medicinæ quoque operam dare. Quid? quod medici complura ex illorum doctrina de elementis, de causis, &c. in Medicinam transtulerunt & sua fecerunt.

VI. Quandoquidem vero ab excessu Hippocratis, disciplina nostra a studio Sapientiæ separata fuit, pertractabo sectatorum Hippocratis placita. Neminem ignorare, existimo, incertum esse quicquid aliqui de Thesali, Draconis, Polybii, &c. ¹³ Hippocratis vel filiorum, vel generis, vel discipulorum scriptis, commemorant. Horum itaque narratione supersedebo, verum perbreve dicam rationalem Dioclis Carystii, omnium longe antiquissimi Dogmatici, Medicinam. Is namque post Hippocratem secundus ætate famaue extitit, & primus fuit, qui libros de anatomicis administrationibus scripsit, cum ante eum medici, (anatomie ab iis, qui e familia Asclepiadarum erant, tantum tractata) a teneris unguiculis in ea instituerentur. Hos Græci vocabant *παιδευμένους*, reliquos vero *ἀπαιδευμένους* ¹⁴. Perhibent nonnulli Dioclem Antigoni

[12] Tract. de Nervor. resol.

[13] Horum Soranus in vita Hippocratis mentionem facit. De Thesalo, cujus oratio ad Athenienses in calce libror. Hipp. extat, Galenus in libr. 111. Hippocr. de morb. vulg. comm. 11. scribit, quod fuerit filiorum Hipp. clarissimus, qui nihil non intermittebat, quo ostenderet se æmulum esse & imitatore parentis studiorum. Et in libr. Hipp. de nat. hum. Galenus memoriæ prodidit Thesalum fuisse virum admirandum, quem versatum extra patriam, cum Archelao Macedoniæ rege. Polybium autem, Hippocratis discipulum in patrio solo vixisse, & ne latum quidem unguem a præceptoris doctrinâ discer-

fisse. Equidem Albanus Torinus MDXLV. Basiliæ in lucem edidit aliquot opuscula Polybii, quæ hic e Græco in Latinum convertit, ut de tuenda valetudine, de feminis natura, de morbis libros duos; sed mihi hæc cum Hippocratis libris de salubri victus ratione, de genitura, deque affectionibus, & interioribus affectionibus, comparanti videntur prorsus eadem esse. Nam nulla in his rerum, sed verborum latine redditorum tantum, est discrepantia. In his auctor, quisquis fuerit, statuit, morborum fere omnium originem esse bilem ac pituitam.

[14] Galenus de anatom. administr. libr. 11. cap. 1. vide supra Diss. IX. p. 124.

[15]

tigoni temporum fuisse æqualem. Quantum vero ad ejus doctrinam pertinet, mire de conceptu, de formatione, deque partu foetus ratiocinatus est: imo de singulis ætatum hominis vicissitudinibus. Namque omnia, quæ homini unquam sive in vivendo, sive in moriendo contingunt, fieri, putat, ratione septenarii. Hic numerus secundum ipsius mentem habet vires longe potentissimas. ¹⁵ Semen persuasum habet non esse sanguinis *essentiam*, sed ex nutrimento partium fieri. Nam si e sanguine exoriatur, necesse esse animalia exanguia femine careant; quod autem esse contra experientiam. ¹⁶ In Epistola, ut volunt, ad Antigonum de tuenda valetudine exarata, statuit quaternarium humorum numerum omnis generis morborum causam esse, generarique illos intervalis, seu certis anni temporibus. v. g. solstitium hybernum, ait, augere in hominibus defluxionem ac humorem, usque ad æquinoctium vernum: quo tempore augeri in hominibus pituitam & dulces serososque sanguinis humores. Plejadum ortum augere bilem fulvam, & amaros serososque humores usque ad solstitium æstivum: quo adveniente adaugescere bilem atram usque æquinoctium autumnale: atque ab hoc tempore usque ad Plejadum occasum augeri pituitam ac tenues fluxiones. Tandem ab dictarum occasu usque ad solstitium hybernum in hominibus pituitam potissime generari. ¹⁷ Generatim autem oriri morbos, existimat, ex inæqualitate elemen-

[15] De his vide *Macrobius* in somnium Scipionis lib. i. cap. v. & *Gellium* noct. Attic. lib. 111. cap. x. qui varia, septenarium ad numerum spectantia, e *Varrone* excerptit. Inter alia, quorum jam non faciam mentionem, scribit, *Varronem* affirmasse pericula vitæ, fortunarumque hominum, quæ *Climacteras* Chaldei appellant, gravissima quæquæque fieri septenariis. Et paulo post scribit. *Discrimina etiam periculorum in morbis majore vi putant fieri in diebus, qui consiciuntur, ex numero septenarii.*

Eosque dies omnium maxime, ita ut medici appellant *ἑπταήμερος καὶ κλιμακῆς, cuiquam videri primam hebdomodam, & secundam & tertiam.*

[16] *Octav. Horat.* lib. iv. fase *Dioclis* mentem exponit.

[17] Hæc Epistola, unde dicta excerpti, inserta est *Æginetæ* operibus, & cit Caput. c. libri i. Huic Epistolæ, ut ovum ovo, similis est epistola, quæ nomine *Hippocratis* *Coi* ad Regem *Antiochum* superbit. Extat hæc inter opera *Marcelli*, post præfationem.

[18]

mentorū, quibus corpus compositum, ut & ex prava aëris constitutione. ¹⁸ Galenus ¹⁹ vero monumentis prodidit, eum statuisse morbum generari a similibus, solvi autem a contrariis. Quo posito sectatores ejus putabant febrem ardentem hyberno tempore aliquem ingruentem, ideo facilius sanari posse, quam quæ fit æstate. Quomodo autem speciatim de morborum causis disseruerit, discere hoc possumus ex loco, qui de affectione hypochondriaca reliquus est, ubi statuit in dicto affectu, plus caloris, quam decet, in his venis, quæ alimentum a ventriculo excipiunt, haberi; sanguinemque præterea in his crassescere. Sanguinem vero in dictis venis contineri vel hoc argumento probari posse: quia alimentum in partes corporis, ut alias assolebat, haud distribuatur; sed in ventriculo permaneat indigestum. Calorem vero in culpa esse, cum ab æstu, qui ipsis accidat, tum ab his, quæ ingerantur, innotescere, ait; siquidem saluti ægrotantis conducit si cibos refrigerantes, qui videlicet calorem refrigerare extinguereque solent, comederit. ²⁰ Cæterum opinatus est, posse etiam a similibus morbos produci: verum neminem non morbum sanari a contrariis. ²¹ Febres oriri credit ob earundem causam, ut in inflammationibus, abscessibus vulceribusque nos contuemur eas oboriri. ²² Lienteriam fieri magna ex parte propter intestinorum difficultatem; quam insequi materiam humidam & spumosam, & crudam, & multam citam post cibum ac potum assumptum excretionem. ²³ Tenuioris intestini morbum *χρόδαψον*, plenioris *είλεον*, nominavit; cum

po-

[18] Ita in Hist. phil. Galeni operibus inserta. cap. cxxxv. Eadem fere cap. xxx. Libr. v. *Plutarch.* de placit. philosoph. Stobæus serm. xcvi. scribit Dioclem statuisse plerosque morbos ab inæqualitate provenire.

[19] in aphor. Hippocr. §. xxxiv. sect. II.

[20] *Galenus* de locis affectis libr. III.

cap. vi.

[21] Idem in Aphor. Hipp. lib. I. §. 4.

[22] Idem Hist. phil. cap. cxxxiv. & *Plutarchus* de Plac. phil. lib. v. cap. xxix.

[23] *Galenus* in Aphor. Hippocrat. libr. VI. §. I.

[24]

postea, tempore Celsi illum priorem *είλειον*, at hunc *καλιόν* nominarent. ²⁴ De morfu, ictu, punctura quorundam venenatorum animalium, ratiocinari annitens Diocles, sensit, ipsis vim quandam inesse mortiferam; quæ cum fuerit infinuata in corpora, molestiarum, quæ exoriuntur, causam esse. Etenim neminem quemquam, putat, inveniri usque adeo contentionis studio flagrantem, qui aliunde exoriri molestias asseret, quam a materia lethifera, partem corporis attingente. ²⁵ Lethargi causam posuit in capite. ²⁶ Sudores esse præter naturam, quoniam omnibus, quæ ad corpus attinent, recte administratis, & alimento a natura subactò, nunquam sensibilis humor per cutem excernatur. Quæcunque enim in balneis, aut vehementibus exercitiis, vel propter æstivum calorem exudent homines, ea ex causis violentis originem habere. ²⁷ Denique acie mentis dispiciebat proprietates virtutesque medicamentorum, ac eos insimulabat incitiæ, qui arbitrabantur, cuncta, quæ ejusdem generis sapore, colore, odore, &c. prædita quoque esse iisdem viribus. Nec enim, si quid alvum seu urinam movet, aut aliam quamvis facultatem habet, putare oportet, id idcirco tale esse, quia calidum, vel frigidum, vel falsum sit: quippe non omnia dulcia, aut acris, aut falsa, &c. singillatim considerata, easdem habent facultates; sed contra putat virtutem rei, qualiscunque fuerit, toti naturæ vel substantiæ tribuendam. i. e. toti concreto. ²⁸ Vinum nigrum, quod dulce est, accessu transituque suo lenire, & humores valde spissans caput minus infestare, quæ dulcium natura est, morari circa præcordia, ideoque spiritum edu-

[24] Celsus libr. IV. cap. XI II.

[25] Plura vide apud Dioscoridem lib. VI. cap. XXXV. Verum hujusmodi ratiocinium non Dioscoridi satisfecit: scribit, enim Dioclem oportuit dicere, *quamnam res hoc opus efficiat, ut nihil prorsus nos ladar, incomprehensa communis causse, qua propterea inest ratio: quandoquidem tum svi-**denter indicari possit, cum deprehensa est.*

[26] Gal. Aures. acut. morb. libr. II. cap. VII.

[27] Vide Galenum in Aphorism. Hipp. libr. I. §. 15.

[28] Ita Galenus de alim. facult. lib. I. cap. I.

educere ²⁹ Oleo tandem dicit potentiam esse, poros corporis oblinendi, cohibendique ea, quæ effluere solent; item coria emolliendi ³⁰.

VII. Post Dioclem in Medicina Rationali longe omnium clarissimus habebatur Praxagoras, cujus de doctrina tantum pauca degustabimus. Aristoteli Praxagoras astipulabatur, quod ad nervorum principium pertinet; id scilicet non cerebrum, ut ea plerorumque omnium tunc temporis opinio erat, sed cor esse. Arterias vero e corde oriundas, dum findantur, angustentur ac minuantur, persuasum habet, tandem in nervos desinere. ³¹ In arteriis negat qualemcunque contineri humorem: ³² sed spiritum quendam, quem crassum & vapori cuiusdam similem esse ³³ Pulsum & palpitationem; convulsionem, ac tremorem, posuit, arteriarum esse affectiones. Et pulsus quidem secundum naturam: verum palpitationem & tremorem ac convulsionem esse motus præter naturam; & magnitudine solum inter se differre. ³⁴ Ex motu arteriarum desumi posse, autumat, signum multitudinis sanguinis. ³⁵ Quod vero ad cujusmodicunque corporis statum attinet, solis humoribus, omnifariam aut secundum, aut præter naturam, constitutis, eum adscribit. ³⁶ Galenus, asserit, Protagoram Nicarchi filium, (cujus loco D. Clericus scripsit Praxagoram, fortassis hoc mendum est typographi, qui Galeni opera in lucem edidit) decem humorum species enumerasse, sanguine excepto, qui ipsi est undecimus. ³⁷

No.

[29] Quod scripserunt Diocles & Praxagoras teste Athenaeo Deipnos. libr. i.

[30] Galenus de simpl. medic. facult. lib. ii. cap. xlix.

[31] Idem de Hippocr. & Platon. Dogmat. lib. i. cap. iiii. & iv.

[32] Idem de dignosc. puls. lib. iv. cap. ii.

[33] Idem an sang. in arter. nat. cont. cap. ii.

[34] Idem lib. de Tremor. palpit. &c. cap. i. iv. vi. ix.

[35] Idem libr. de multitud. cap. xvi.

Et Praxagoras & Philotimus sentiebant, arteriis facultatem pulsandi esse infinitam. Argumentum, quo assertum conabatur planum facere, erat tale. quod si quis carnem ab animalis corpore abscissam humi palpitantem deposuerit, perspicue inibi arteriarum motum observari posse. Idem de Hipp. & Plat dogm. libr. vi. cap. xii.

[36] Idem in Introd. cap. iix.

[37] Idem de nat. fac. libr. ii. cap. ix. in fine.

[38]

Nomina horum humorum, vel succorum extant apud *Ruffum* Ephesum. ³⁸ Levitatem intestinorum, censet, provenire, quia lubricum sit intestinum, præsertim vero jejunum; hinc inde citiorem solito fieri ciborum dejectionem. Neque enim cibos ideo cito, quia indigesti permanent, excerni; sed quia cito egeruntur, idcirco eos nullam sufferre concoctionem. ³⁹ In vena cava initium esse febrium statuit. ⁴⁰ Adversus iliosos temere & audacius se gessit, probans in illis, post irritum aliorum remediorum usum, ventris pube tenus divisionem: dividendum hinc intestinum rectum, atque detracto stercore id ipsum confuendum. ⁴¹ Et Praxagoras, & ejus discipulus Herophilus, inter se quidem consentiebant, quod solis humoribus corporis, quicquid vel secundum, vel præter naturam in nobis contingit, tribui debeat: ⁴² Verum de causa tremoris non fuit utriusque eadem consensus, ille arteriarum affectum: hic autem propter nervorum genus, malum semper consistere, asserbat ⁴³.

VIII. Herophilus, subtilioris sectæ conditor, teste Plinio, ⁴⁴ non magni pendeat ire per solitudines, & quærere herbas alias aliis diebus anni, ut id majoribus in more erat po-

[38] Hoc modo dictus auctor de appel. Part. corp. hum. lib. I. cap. xxxvi. Praxagoras peculiari quodam modo *χυμοίς*, succos nominavit, (1) *γλυκὸν* dulcem, (2) *ἰσόκρατον* aequalitatem temperatum, (3) & *ὕδασιδῆν* vitreum: quem etiam memorat Galenus de differ. febr. lib. II. cap. VI. hos a pituita specie sic vocavit. Item (4) *ὄξύ* acidum (5) *νιτρῶδη* nitrosum, (6) *ἄλκον* salsum, (7) & *πικρὸν* amarum: hos ita, ut gustus indicat, appellavit. Alios præterea (8) *πρασινῶδη* quidem porraceum ex colore (9) *λευκῶδη* vero vitellinum ex crassitudine: alios quoque (10) *ἔρσικον* quidem rosarium aut vellicatorium, quia efficit rosionem, seu vellicationem: (11) *στάσιμους* vero stabilem seu fixum, quod in venis inhaerant, neque in

carnem permaneant, quod illi *στάσιμους* *χυμοί* tenues venosique sint.

[39] Galenus in Aphor. Hipp. lib. VI. §. I.

[40] *Ruffus* Ephes. de appel. part. corp. hum. lib. I. cap. xxx. Galenus de differ. febr. lib. II. cap. XVIII. in fine: de causa Synochæ differens, paulo post subjungit, Praxagoram exiitimalis febres oriri ab humorum in vena cava putrefactione.

[41] *Calius Aurel.* lib. III. cap. XVII. acut. morb.

[42] Galenus in Introd. cap. VIIII. Celsus in Præfat.

[43] Idem de palpitat. Tremor. &c. cap. IX.

[44] Hist. Nat. lib. XXVI. cap. I. I.

Cc 2

[45]

positum; sed gratius erat in ejus schola sedere, & verborum inanum auditioni operam dare. Agebant enim ætatem in perquirendis morborum causis, in describendo venarum pulsu per ætatum gradus in muscos pedes, & in cæteris hujus generis quæstionibus subtilibus. Haud diu ejus secta duravit, quoniam necesse erat in ea literas scire, ⁴⁵ quarum plerique homines, velut & nunc assolet, fastidiosi. Quanquam in Anatomicis rebus exercitatissimus & paratissimus esset; ⁴⁶ Galenus tamen errorem ejus, qui putabat, vasi seminali majorem, quam testibus, semen generandi vim esse, coarguit ⁴⁷. Placita ejus perpauca tempus, rerum edax, nobis reservavit; ea propter imperfectam solum ejus doctrinæ cognitionem habere possumus: v. g. omne vitium, quod adversam valetudinem creat, in humidis posuit ⁴⁸. Mortem repentinam, sine manifesta causa oborientem, censebat, fieri paralyti cordis ⁴⁹. Porro statuit quatuor facultates, quæ animalia moderantur: ⁵⁰ an vero hæc sint eadem, quæ a nonnullis naturales vocantur, an aliæ? incertum. Equidem sectatores ejus facultatem continendi, quæ corpora quælibet cunque coerceat, ne dissolvant dilabanturve, Stoicorum more credebant: ignorabant tamen an aër, an ignis, an utrique in causa sint, ut omnigena corpora naturalem servant statum. ⁵¹ Introduxit etiam Herophilus trium temporum notationem ⁵². Ex iis, qui in

He-

[45] Idem libr. xxix. cap. i.

[46] Teste Galeno de dissect. vulvæ cap. v. ix. &c.

[47] Idem de semine libr. i. cap. xv.

[48] Celsus in Pract. lib. i.

[49] Cels. Aurel. morb. chronic. libr. ii. cap. i.

[50] Galenus de dignosc. puls. libr. xi. cap. iii.

[51] Idem de Multitud. cap. iv.

[52] Ita latine reddunt vocabula græca ἀπὸ τῶν ἐπιπέδων ἀναστάσεων. Quid autem hæc ἀπὸ τῶν ἐπιπέδων ἀναστάσεων notatio sit, puto inno-

tescere; si humorum multitudinem, tanquam exemplum, proponam. Ejus notatio e tempore desumpta præterito est, otiosa vita, ut & excernendorum ultra modum retentio: e præsentis, id ipsum, quod est adimpleri, & ulcerosa dispositio, pigritia, corporis universi gravitas, rubor, vasorum distentio, &c. e futuro denique, quod Medicus iis, qui ejusmodi corporis habitu præditi, evacuando humores sit opem allaturus, vide Galenium de Multitud. cap. xii.

[53]

Herophilii hæresi fuerunt, Demetrius *phrenitidem* dixit *delirationem vehementem, cum alienatione atque febre, definitam in interfectionem celerem, aliquando & in sanitatem.*⁵³ *Letbargum, esse passionem acutam cum pressura & obstructione sensuum frequentem cum febris.*⁵⁴ *Peripneumoniam esse tumorem totius pulmonis: sin vero idem ex parte intumuerit, pleuritidem dici.*⁵⁵ *Furorem appellat parvi temporis excessionem mentis.*⁵⁶ In spasmu fieri putat motum per *extentionem* atque *conductionem* in ligamenti membrorum, & non solum in quibusdam partibus sensibilibus, verum etiam in his, quæ sensu carent. In palpitatione motum minorem esse & magis in partibus sensibilibus ac nervis, qui voluntario motui subjecti sunt⁵⁷. Apollonii cognomine *Myos*, definitionem pleuritidis, quia nimis ampla & manca tamen, prætermitto⁵⁸.

IX. Memoravi paulo ante Herophilum cognitioni arteriarum pulsationis sedulo operam dedisse; libet itaque hoc loco in medium proferre, quid veteres de ea senserunt. Non omnes in ea inter se consensisse apparet ex tam variis variorum auctorum pulsus definitionibus, quarum apud Galenum mentio fit. Aliter enim cum descripsit Erasistratus,⁵⁹ aliter Asclepiades,⁶⁰ Heraclitus Tarentinus,⁶¹ Alexander Philalethes,

[53] *Cel. Aural. Acut. morb. libr. i. cap. i.*

[54] *Idem. acut. morb. libr. ii. cap. i.*

[55] *Ibidem libr. ii. cap. xxv.*

[56] *Idem morb. chronic. lib. i. cap. v.*

[57] *Idem acut. morb. libr. iii. cap. vii.*

[58] *Idem acut. morb. libr. i. cap. xiii.* Hanc habet definitionem *pleuritidis est communiter passio temporalis atque celeris secundum laterum membranas, quas veteres vocant, atque inter earum carnem, aliquando etiam in pulmonis par-*

tibus, sapissime sine tumore vel ex solis causis effecta.

[59] *Is dixit pulsus esse motum arteriarum per distentionem & contractionem, quem facultas efficit vitalis & animalis ad implendas arterias, spiritum continentis vitalem.* Galenus de diff. puls. libr. iv. cap. ii.

[60] *Qui dixit motum esse arteriarum per distentionem & contractionem, quæ spiritu implentur, cum extenuantur: cum confidunt earum tunica, evacuantur.* Galenus. *Ibid.*

[61] *Pulsus dixit motum arteriarum esse & cordis.* *Idem cap. iiii.*

thes, ⁶² Demosthenes Philaletes, ⁶³ Bachius, ⁶⁴ Aristoxenus, ⁶⁵ Zenon, ⁶⁶ Chrysermus, ⁶⁷ Heraclides Erythraeus ⁶⁸ Agathinus, ⁶⁹ Archigenes, ⁷⁰ Magnus, ⁷¹ Athenæus, ⁷² Moschion corrector, ⁷³ Galenus, ⁷⁴ & alii aliter, & eadem non semper, eodem modo eundem pulsum definiunt. ⁷⁵

X. Eadem ratio differentiarum pulsus est, quas plerique omnes

[62] Is, pulsum bifariam definit (1) ut in *subjectis* est, ait, esse cordis & arteriarum contractionem atque dilatationem citra voluntatem, qua apparere possit: (2) ut in *consideratione*, dicit pulsum esse ictum ex arteriarum perpetuo citra voluntatem motu ad tactum, & intervallum, quod ictum excipit. Idem cap. IV.

[63] Is dixit fere eodem modo ut Alexander, ut pulsum ratione *subjecti* esse cordis & arteriarum distentionem vel contractionem naturalem, qua valeat apparere. Idem cap. V.

[64] Hic dixit pulsum esse distentionem & contractionem, quam simul fieri in omnibus arteriis. Idem cap. VI.

[65] Qui pulsum finivit, quod is sit *functio cordis & arteriarum peculiaris*. Idem cap. VII.

[66] Hic pulsum dixit esse *partium arteriosarum mixtam ex contractione & dilatatione functionem, ex qua eundem omnibus in partibus ordinem consonum esse, sive equalibus illa, sive inaequalibus temporibus absolvatur*. Idem cap. IX.

[67] Is hoc pacto. *Pulsus est dilatatio & contractio arteriarum, exurgente undique tunica, & in se ipsam rursus consistente ab animali facultate atque vitali, comitans perpetuo tam sanitatem quam morbum, ad sensum deprehendi potens*. Idem cap. IX.

[68] Hic dixit *distentionem & contractionem arteriarum atque cordis esse pulsum, a vitali & animali facultate pluri-*

mum valente, effectum. Idem cap. X.

[69] Is, *cordis & arteriarum motum dicit pulsum esse: vel solam arteriarum distentionem nominari pulsum*. Idem cap. XI.

[70] Secundum hunc, *pulsus est cordis & arteriarum distentio atque contractio naturalis*. Idem cap. XII.

[71] Hic dixit pulsum esse cordis, eorumque, quæ afficiuntur, in molem elevationem & concidentiam sensibilem. Idem cap. XIII.

[72] Hic ita. *Pulsus est distentio & contractio cum perspiratu cordis & arteriarum*. Idem cap. XIV.

[73] *Is hoc modo*. Pulsus est motus peculiaris cordis, arteriarum, venarum, cerebri, ambientisque hoc membranæ, quæ in una inspiratione non semel, sed identidem fit. Idem cap. XVI.

[74] *Is dixit*. Pulsus esse actionem peculiarem præcipue cordis, deinde arteriarum, quæ distentione & contractione moventur a facultate vitali, quo caloris nativi mediocritas retineatur, generetur autem in cerebro spiritus animalis. cap. II.

[75] Ut sectatores Asclepiadis & Erasistrati, quorum Galenus cap. XV. & XVII. mentionem facit. Illi dixerunt. Pulsus esse distentionem & contractionem cordis & arteriarum, quæ non semel sed identidem in una inspiratione fit: *hi vero*, ut Appollonius Stratonis filius. Pulsus est dilatatio arteriæ, quæ su-

DE PULSUUM DIFFERENTIA. 207

omnes non uno modo numerant. Herophilus quatuor genera statuit: Magnitudinis utpote, celeritatis, vehementiæ, & rythmi. Totidem etiam Archigenes magnitudinis, vehementiæ, plenitudinis, & duritiei, posuit. ⁷⁶ Galenus, recensita priscorum sententia, ponit pulsum differre ratione motus trifariam: unum enim celerem, tardum alterum, & moderatum esse tertium; & has species de novo dispersit primum in novem,

perimpletionem fit spiritus a corde emissi: vel Pulsus est arteriæ dilatatio & contractio, a facultate, quæ illis adjuncta est, proportionem: vel Pulsus est dilatatio, quæ facit, ut tactum arteria feriat. Empirici dixerunt pulsum esse memoriam affectuum tactus ex arteriarum motu. Galenus de diagnosc. puls. libr. I. cap. II. Recentiorum pulsus definitiones, quarum etiam omnigenæ reperiuntur, nunc missas facio. Cæterum dissentiebant quoque veteres inter se de modo, quo pulsus fiat. Eorum, qui de familia Erasistrati, opinio erat, cor primum præ omnibus arteriis distendi atque contrahi, immisso autem ab illo in arterias spiritu, simulatque implentur, distendi: primum ipsi cordi vicinas, deinde, quæ has consequuntur, mox his proximas, atque ita continenter ad extremas omnium arterias motum penetrare, omni ipsi arteriis facultate vocantibus tum peculiari tum a corde ipsis suppeditata, cujus se ipsa ope distendant ut cor, contrahantque. At Herophilo in Arterias placebat, quia sunt cum corde continentes, per tunicas insuere ab illo vim, cujus ope perinde atque cor, distendantur, ex omnibus partibus, unde possint, attrahunt quod impleturum suam intercapedinem sit: dum contrahuntur, reddunt. Itaque eas simul uno tempore omnes videri distendi & contrahi. Idemque constitutum ac cor utriusque motus servare. Hæc Galenus de differ. puls.

libr. IV. cap. VI. Pneumatici arbitrabantur pulsum constare ex distensione atque contractionem, ut partibus. Idem cap. XI. Et in contractionem materiam quandam ab arteriis allici: in distensione vero, excerni. Contrarium statuit Galenus. Ibid. cap. II. Quantum vero attinet ad causam pulsus, v. g. vehementis, Herophilus affirmavit ejus causam esse vitalis facultatis robur arteriæ: Athenæus vitalis vigoris vim: Asclepiades utrumque denticulo habet & vigores & facultates, eaque omnia dixit esse nomina inania: verum retulit causam vehementiæ ad copiam & subtilitatem spiritus. Erasistratus non vegetæ tunicarum, quæ arteriis est, facultati, vehementiam pulsus assignavit, sed a spiritu valenter e corde expressi, per arterias transitu, sensit renisum in ictu gigni. Archigenes, in vigore motus arteriarum vehementiam pulsus, statuit. Vide plura. Cap. II. Lib. III. de differ. puls.

[76] Herophilus hæc pulsum genera in alias species dispersit, ut ordinis & perturbationis, ut æqualitatis & inæqualitatis: Archigenes vero magnitudini pulsus contrapositam statuit parvitatem, vehementiæ remissionem, plenitudini vacuitatem, & duritiei mollitudinem. Porro, celeritati tarditatem, crebritati raritatem, opposuit. Idem de differ. puls. libr. II. Cap. III.

[77]

vem, & deinde in ter novenas species, ita ut in summa viginti septem sint pulsuum ratione motus differentiarum. Ratione distinctionis novem ipsi sunt distinctiones, tres scilicet in longitudine, totidem in latitudine, & totidem in profundo; quibus in summam collectis emergunt rursus viginti septem pulsus species. Ratione vigoris tres numerat species, vehementem, imbecilem, & medium pulsus. Ratione corporis articularum tres, plenum, vacuum & medium, Ratione temperaturis denique tres, crebrum, rarum, & medium. ⁷⁷ Superfunt & aliarum pulsus species, quæ ad aliquam inæqualitatem referuntur; cujusmodi ab interpretibus ita latine redditæ sunt, quin & ob defectum Latinæ, aliquæ Græcam servarunt nomenclaturam, ut pulsus vibratus, ⁷⁸ dicrotus, ⁷⁹ caprizans, ⁸⁰ undosus, ⁸¹ decurtatus, ⁸² innuens, circumnuens, ⁸³ myrme-

[77] De his vide de diff. puls. libr. 1. Cap. 14. xv. libr. 11. Cap. 111. Vide etiam *Philaretum* de pulsib. Cap. 19. qui dicit quinque pulsuum generibus insuper quinque alia adnumerat, ita ut in summa sint, dena pulsuum genera. In quibus singulis vero observandam esse quantitatem, longitudinem, motionem, virtutem, qualitatem, spissitudinis motum, æqualitatem, ordinationem, plenitudinem, concordiam vel rhythmum, & calorem.

[78] In quo magna plerumque articularum est distentio, & partes arteriarum quædam superiora petunt, quædam vero uno eodemque tempore dimittuntur. *Galenus* de diff. puls. libr. 1. Cap. 25. In pulsu convulsivo omnia mitiora, quam in vibrato, observari. Plura de causis puls. libr. 11. Cap. 61.

[79] Seu bis feriens, est cum recessio, quæ creditur, arteriæ non perfecte exequitur, sed cunctatur; idque pro subductionis, aut inhibiti spiritus quantitate; dein repetitio perfecta debita fit

contractionis. *Galenus* fin. Medic. cap. 11.

[80] Græcis *δρακονίζων*, est pulsus; qui insurgendo & extollendo fit, sed aliquantum intercitus: deinde citatus differentes motus efficit, ceu caprea, *Philaretus* de puls. cap. 7.

[81] Hunc a vermiculante pulsu *Galenus* libr. 1. cap. 231. de Diff. puls. ait magnitudine differre: in illo fluctuationi undarum; at in hoc gressui vermium aliquid simile reperiri. De causis. libr. 11. cap. 61.

[82] Græci hunc vocant *μειλίχρον* vel *μειλίχρον* hoc est mutilum vel decurtatum, quoniam in acutum terminatur: in hoc articularum vigor magis magisque in partibus remotioribus dissolvitur. *Ibid.* cap. 19.

[83] Hujusmodi pulsus fiunt ob inæqualitatem quantitatis distentionis in diversis arteriæ partibus; atque hos non ortum ducere a morbo, vel ab ulla præter naturam causa, sed a conformatione nativa tantum. *Galenus* de præfag. ex pulsib.

mecizon, scolecizon, & nescio quos amplius ⁸⁴.

XI. Profecto scientia pulsus, mea hæc opinio est, obscura est, & difficiles explicatus habet. Quotus enim quisque, tametsi per totam vitam se ad scientiam pulsus applicarit, gloriari audet, se mente percipere atque distinguere posse, tot differentes, quotquot a Galeno solo enumerantur, pulsuum species. Quantum ad me pertinet, perplacet mihi censura Celsi: ⁸⁵ *Venis enim, ait, maxime credimus fallacissimæ rei, quia sæpe istae leniores celerioresve sunt & aetate & sexu, & corporum natura, & plerumque satis sano corpore, si stomachus infirmus est, nonnunquam etiam incipiente febre subeunt & quiescunt, ut imbecillus is videri possit, cui facile laturo gravis instat accessio. Contra sæpe eas concitat & resolvit sol & balneum, & exercitatio, & metus, & ira, & quilibet alius animi affectus, adeo ut quum primum medicus venit, sollicitudo ægri dubitantis quomodo ille se habere videatur, eas moveat.* Et post paulo. Quas venas autem conspectus medici movet, quamfacile mille res turbant.

XII. Haud diu ante Herophilem in Medicina celebris fuit Chrysiippus, cognomento Cnidius. ⁸⁶ Hunc, Plinius auctor est, ⁸⁷ antecessorum placita ingenti garrulitate mutasse, eundemque, ut ex Galeni ultro citroque citatis locis, plane aperteque probari potest, inanibus quæstionibus ac contentionibus valde fuisse deditum. Pluribus verbis enim disputavit de origine nervorum, de

pulsib. libr. II. cap. XI. & de diff. lib. I. cap. XIX.

[84] His adde Arachnoïdem, cuiusmodi pulsus ratione incessus dictorum insectorum sunt nominationem fortiti. Et quod ad eorum pulsuum naturam spectat, hic parvus est, ac brevis auræ in modum agitatus: iste movetur instar vermium reptatus; at ille imprimit digitis, arteriæ incumbentibus, speciem formicæ veluti ambulantis: quamobrem & parvus est, & obscurus. Mentio paulo ante facta est Rhythmi, quo indicatur proportio partium temporis, quæ quendam

ad pulsus inter ipsos habent respectum. Heterorhythmus vocatur, si quis alterius ætatis habet rhythmum. Pararhythmus vero, si quis pulsuum habet non omnino, sed quadantenus ætati conditionique corporis, conformem. Plura si libet vide Galenum. d. lib. ut & finitio. cap. X.

[85] Cap. VI. lib. III.

[86] Quem Diog. Laertius libr. VII. scribit Medicum fuisse, a quo Erasistratus professus se multa didicisse.

[87] Hist. nat. libr. XXIX. cap. I.

Dd

[88]

de animæ & ejus perturbationibus, de virtutibus, animæ facultatibus, & aliis hujus generis subtilitatibus. ⁸⁸ Pauca admodum superfunt, e quibus ejus opiniones de rationali Medicina petere possumus, præterquam quod Galenus memorat cum statuisse cordis ventriculum sinistrum non sanguine, sed spiritu animali plenum. ⁸⁹ In praxi Medica magni faciebat vinum frigida temperatum, quale esse præsentissimum adversus choleram remedium. ⁹⁰ Sanguinis missionem teruncii faciebat. ⁹¹ Et, quia is erat Erasistrati, ab Aristotelis filia nati, Theophrasto æqualis, ⁹² præceptor, vero simile est, utrisque de placitis convenisse. Siquidem autem hujus Erasistrati plura, quam illius, fragmenta hinc inde occurrunt, non difficile ideoque fore, existimo, ex dicendis traditam utrorumque doctrinam colligere.

XIII. Quantum igitur ad placita Erasistrati attinet, corporis initia solidis tribuit, eaque, omisissis spiritibus & humoribus, triplicis generis esse, ut nervos, venas atque arterias, duplici

[88] Quarum hinc inde mentio fit in locis, a Galeno in libris de Hippocr. & Platon Dogm., citatis. Verum aliquis mihi potest objicere, loca non e Medici, sed e Philosophi, scriptis Galenum desumpsisse: siquidem Diogene Laert. scriptore liquet inter eruditos, quatuor viros, nominatione Chryssippi Orbi literato tunc temporis innotuisse, unum Sapientiæ professorem, duos Medicinæ operam dedisse, & quartum Georgicorum scriptorem. Quid? quod & Philosophus subtilioribus quæstionibus plerumque immoratus fuit. Verum, qualiscunque ejusmodi objectio fuerit; tamen proximum vero habetur mihi Galenum refellisse Medici, Theophrasti æqualis, opinionem; quod, puto, apparere ex hoc imprimis, quia Galenus de Dogm. Hipp. & Plat. vii. cap. 1. citat tres libros rationalium Chryssippi, in quibus

eum, attestatur, tractasse de perturbationibus animi: citat præterea librum curationum: quos libros sane video a Laërtio, pleraque Philosophi scripta enumerante, haud indicatos.

[89] Galenus de Hipp. & Platon Dogm. libr. 1. cap. 111. Posuit Chryssippus præterea cor fontem omnium animæ passionum esse. Cujus asserti ergo prolixè a Galeno verbis perstringitur. libr. tertio de Hip., & Plat. Dogm.

[90] Vide Galenum de venæ Sectione adv. Erasistratum. cap. 18. ubi eundem vocat Erasistrati præceptorem.

[91] Idem de ven. sect. adv. Erasistraticos cap. v. ubi scribit non modo Chryssippum Cnidium, & Erasistratum, sed etiam Aristogenem, & Medium, sanguinis missionem flocci fecisse.

[92] Idem in libr. an sang. in arter. natur. contin. cap. viii.

[93]

duplici autem materia regi corpus animale, sanguine perinde ac alimento; dein spiritu, tanquam naturæ in functionibus obeundis adjutore. ⁹³ Calorem, qui nobis est, non esse innatum, sed acquisitum aliunde. ⁹⁴ Cibum non concoqui, sed atteri in ventre contendit: ⁹⁵ Esuritionem facere inanes patentefque intestinorum fibras, & cava intus ventris, & stomachi vacua hiantia, quæ ibi aut cibo compleri, aut inanitate diutina contrahi, & connivere, tunc loco, in quem cibus capitur, vel stipato vel adducto, voluntatem capiendi ejus desiderandique restingui. ⁹⁶ Sanguinem nec in arteriis nec in sinistro cordis ventriculo contineri, sed spiritum, & quidem vitalem. ⁹⁷ Animalem autem spiritum ab inspiratione nutriri; & eundem, non illico per nares ad cerebri ventriculos pervenire, velut Hippocratis sectatoribus visum; sed e corde per arterias in cerebri membranas transportari. ⁹⁸ Herophilus autumavit quidem & cor & arterias omnes insimul distendi contrahique: at Erasistratus contra putavit, cor utpote primum, idque mittere spiritum ad arterias; quæ quanto cordi viciniores propioresve, tanto & ocyus spiritu adimpleri, hinc aut distendi aut contrahi illas citius. ⁹⁹ Quo pacto omnis generis humores in corpore gignantur, an ita in ventriculo fiant, an mixti alimentis potius insint, hoc indagare velle, ad nullum, ait, pertinere Medicinæ usum; sed horum percontationem spectare magis ad Physicam. Animalia, existimat, proinde ac catenam vel calathum auferere grandescere; cuilibetque enim similia, &

[93] *Idem* in Introd. cap. 119.

[94] *Galenus* in lib. de Nat. Hum. comm. 1. in Præf.

[95] *Idem* de nat. fac. libr. 11. cap. VIII. *Celsus* in Præf. libr. 1.

[96] Hæc *Geslius* noct. Attic. libr. XVI. cap. VII.

[97] *Idem*. libr. an sang. in arter. nat. contin. fusc. confutat sententiam Erasistrati: & libr. de ven. sect. adv. Erasistratum. cap. 11. De corde spiritu vitali pleno vide *Galenum* libr. 1. cap. 11. de Hipp. & Plat. Dogm.

[98] *Idem* de utilitate respirat. cap. V. §. 10.

[99] *Idem* de differ. pulf. libr. IV. cap. VI.

[1] *Idem* de natur. facult. libr. 11. cap. VI 11.

& in principio, & in fine apponi seu applicari. ² Nervos, quos considerat veluti catenam seu chordam, ex tribus diversis natura loris, nervulo scilicet & vena & arteria, contextam, ali statuit a lento tenacique humore, prope nervos residente; quam opinionem fati perspectam putat, siquidem nervi, si elixentur, si putrefiant; in istiusmodi humorem abeunt, dissolvuntur, convertuntur. ³ Inter viscera, duxit, splenem frustra formatum: attamen inter ejus sectatores aliqui extiterunt, qui hanc principis suæ disciplinæ sententiam damnarunt, judicaruntque contra lienem succum ex cibis in usum jocinoris preparare, ut bonus sanguis inde generetur. ⁴ Ullam in corpore humano trahendi vim esse, de qua nimium multa Galenus disputat, negavit ⁵.

XIV. Quantum vero pertinet ad sanitatem atque ad morbum, non uno modo opiniones Erasistrati ab auctoribus prolatae sunt. Namque memini me alicubi legere Erasistratum existimasse nos ægrotare, si alimentum nimium vel incoctum aut corruptum sumamus, contra si fuerit factum, nos recte valere. ⁶ Alibi proditum est memoriæ, Erasistratum solidis partibus corporis solum tribuisse, quod aliquis aut incolumis fit, aut valetudinarius. ⁷ Alibi scriptum est, arbitratum esse Erasistratum, quod, quamdiu per venas sanguis perque arterias spi-

[2] *Idem* cap. III. Quantum vero ad nutritionis modum pertinet, sciendum est, Erasistratum nutrimenti per venas transitum *ἀσάδωρον*. i. e. distributionem appellasse; translationem autem, vel *διάδωρον*, quæ in singula simplicium illorum & invisibilium nervorum arteriarumque fit. Postea transitum, qui per venas agitur, sola successione pro modo ejus, quod evacuatur. In ultimis autem & simplicibus, quæ tenuia juxta & angusta esse, contingere appositionem ex vicinis vasibus, in vacuitates eorum, quæ abierunt, nutrimento a lateribus vasorum attracto & translato. *Ibid.* Cap. VI.

[3] *Ibid.* d. c. & libr. de Atra bile. Cap. VII. Ut nervum, ita etiam arteriam statuit trium vasorum complicationem esse, constare eandemque e venis, arteriis & nervis. *Idem* an sang. in arteria nat. contineatur. cap. IV.

[4] *Idem* de atr. bil. cap. VII. & de usu part. libr. IV. cap. XIV.

[5] *Idem* de nat. fac. libr. I. cap. XVI. & deinceps.

[6] *Idem* in Hist. phil. cxxxv. Plutarchus de plac. phil. lib. V. cap. xxx.

[7] *Idem* in Introduct. Cap. VIII. & Method. med. Libr. II. cap. VI.

spiritus vehatur, tamdiu sanum fore hominem; quamprimum autem vena a causa qualibetunque violenta distenta, referata, sanguinem tunc, propriis alioqui circumseptum terminis, in vasa spiritalia, i. e. in arterias incidere, & causam vaniorum morborum esse. Sanguinem namque in arterias transfusum, spiritum a corde delatum, perturbare, illiusque motum alterare. Jam vero sanguine, extra receptacula debita, in parte principe consistente, oriri febrem: in parte autem ignobiliori & in finibus arteriarum se condensante, gigni omnimodas corporis inflammationes. * Alibi posuit febrem a phlegmone, & hanc a plethora, quæ corrivationis auctor est, exoriri. 9 Plethoram vero progigni a copia alimentorum: & ab hac denuo paremptomim. id est casum ad arteriam fieri. 10 Malam eduliorum digestionem exoriri, si venter ob imbecillitatem circa illa contrahatur, adeoque illa atterere haud valet. 11 Aquam intercutem oboriri existimat ab Hepatis scirrho: angustiam enim viarum inhibere, ne sanguis amplius per jecur procedat; 12 at membrorum resolutionem, si quando

[8] Idem de v. s. advers. Erasistratum. Cap. III.

[9] Idem de caus. procathartic. in med. fere. In libr. de nat. comment. II. §. 22. de Multitud. Cap. LIX. Celsus in Præf. Ast Plutarchus de plac. phil. libr. v. Cap. XXIX. & Gal. Hist. phil. Cap. cxxxiv. memorant Erasistratum febrem definivisse, quod ea sit motio sanguinis spiritus vasa illapsi, non proficiscens a nostra voluntate. Sanguinem in corpore concitatum spiritus conceptacula. i. e. arterias, subire, inibique cum fuerit calesfactus, totum postea corpus incendere.

[10] Galenus de caus. procathartic. Cap. III. N. Celsus in Præfat. lib. I. Erasistrati excogitatum περιμπτωσις circumscribit hoc modo. Si sanguis in eas venas, quæ spiritui accommodatæ sunt, transfunditur, &c.

[11] Galenus de Nat. fac. libr. II. Cap. IX. Siquis vero interrogaret affectum Erasistrati, quod ventriculus male munere suo perfungatur. Id responsum tunc ei dabatur. *Non curamus, inquietabat, nec curiosi sumus in ejusmodi causis investigandis: quoniam hæ non ad Medicum, sed ad Physicum, spectant.*

[12] Ibid. Cap. VIII. Cels. Aurel. Chronic morbor. libr. III. cap. VIII. & Celsus libr. III. cap. XXI.

[13] Idem de atra bile cap. v. Erasistratus memorat paralyticos genus, quod paradoxon appellat: quo ambulantes repente sistuntur, ut ambulare non possint, & tam rursus ambulare sinuntur. Cels. Aurel. Chronic. morb. libr. II. cap. I. statuit etiam paralyticos, sive conductione sive extensione affectos, diverse curandos esse.

do humores in vasa, spiritui dicata, in nervis, quibus voluntarii motus perficiuntur, defixa intercalentur: indolis autem eos, qui nutritioni alias destinati, esse lentæ tenaciorisque, propterea difficulter excerni hoc pacto vitiatos. ¹³ Ex sc̄ptoribus ejus Artemidorus dixit cardiacam esse tumorem secundum cor. Apollonhanes inquit cardiacos febricitare, si quidem hic affectus ex cordis tumore fieri videatur: febriculam autem fieri ex causa magni tumoris ¹⁴ Erasistratus porro censebat inflammationem fieri, quando incidens in arterias sanguis, spiritui, a corde delato, se dat obvius, atque ideo ad extremas arteriarum partes repellitur. ¹⁵ Suffocari homines in specubus graveolentibus, & ædibus recentissime calce oblitis; ut & ab exhalatione prunarum extinctarum; quoniam tenuis in ejusmodi occasionibus aër est, qui ab arteriis neque recipiatur neque contineatur, verum absque ullo negotio evacuetur; hinc animal quodvis, ob inopiam spiritus, interitui proximum. ¹⁶ Cæterum Erasistratus maximopere amicebat rationem, ac in Empiricis, quod eam nimis præfracte contemnerent, cavillabatur; idcirco suam quibuscunque affectibus, tametsi obscuris, causam assignabat; inficiabatur tamen communem & supremam morborum causam esse incomprehensibilem. ¹⁷ Tandem Chryssippi, Præceptoris sui, placita pertinaciter observabat: dictorum enim neuter vel sanguinis missionem vel purgationem paulo fortiorem instituendam curabat: ¹⁸ in horum autem loco uterque substituebat incediam, exercitia, lavacra, &c. ¹⁹ Et quod ad purgationes pertinet, negavit
Era.

[14] *Gal. Avel.* acut. morb. libr. II. cap. XXXI. & XXXIII.

[15] Galenus de locis affect. libr. V. cap. 3.

[16] Idem de utilit. Respir. Cap. IV. §. 8.

[17] *Dioscorides.* libr. VI. Cap. XXXV.

[18] Galenus de V. S. adversus Erasistratos. Cap. XV.

[19] Idem, de V. S. adv. Erasistratum Cap. XIII. Chryssippus & Erasistratus ideo non adhibebant sanguinis missionem, ut æger, qui propter inflammationes necessario in inediis continendus, perdurare possit. Etenim eis, qui ex inflammatione ægri, non facile esse cibum offere, asserbant; si jam aliquis in talibus affectibus velit insuper venam esse incidendam, causabantur, periculum

Erasistratus purgantium vim humorem fingularem attrahendi, sed quodvis medicamentum, cui purgandi vis inest, quemlibet humorem, ad quem pervenit, in suam naturam convertere ²⁰.

XV. Argumenta, quæ ab iis, qui de familia Erasistratorum erant, in contemptum neglectionemve missionis sanguinis proferebantur, partim ridicula quæsitæ, partim commentitia futillaque erant. Exempli gratia. Apocemantes & Strato, causabantur sectionem venæ perdifficilem, quoniam vasâ ægre internoscantur: vel quod per errorem possit arteria incidi. Alii prætendebant quosdam præ timore mortuos: alii, nos accuratam sanguinis mittendi mensuram ignorare, si parum fuerit, ad nullum ægrotantis emolumentum redundare operationem: si nimia fuerit sanguinis missio facta, differre cum nihil quicquam a cæde. Alii paremptosim. i. e. transitionem spirituum ex arteriis ad venas fieri; non posse enim, quin sanguinem evacuando per osculorum aperturam spiritus ipse sequatur. Alias alii rationes proponebant, quas jam missas faciam. ²¹

XVI.

lum fore, ne æger viribus concidat. Et quamquam uterque repletionem seu multitudinem sanguinis admitteret; neuter tamen nolebat idcirco missionem sanguinis esse institutendam; sed diminui sed exinaniri eundem posse, aucta sudoris & lotii excretionem. Ex usu itidem esse cibos, & deambulationes in locis planis non celeriter peractas; interdum lavacra copiosa, subinde vomitiones, vide etiam cap. xvi. de V. S. adv. Erasistratæos. Qua de causâ vero usum purgantium aspernarentur, hoc argumento agebant. Nimirum quos libet humores tam in purgationibus, quam sanguinis egressu, pariter evacuari; unde nec purgare revera quicquam, sed cum immutatione quadam, & corruptela alvum evacuanda inanire. *Idem* Gal. de purg. medic. fac. cap. iv. De cætero

Erasistratus monet medicos, ut in curatione ægrotum advertant, quibus rebus hi assueverint, aut desueverint. Quod si bene a Medicis observatum fuerit, per raro eos fausto successu ægris opem allaturos. *Idem* de assuetud. cap. ii. Præterea in præparandis medicamentis supervacuam, curiosamque damnavit eorum diligentiam, qui fossilia, & alia, remedia a feris, & terra & mari deprompta confundant: expedire potius, ratum habuit, ut, omisis illis, Medicina in pituitana, cucurbita, & oleo aqua temperata, collocetur. *Plutarchus* sympos. iv. Quæst. 1.

[20] *Idem* de purg. medic. facult. cap. i.

[21] *Idem* de V. S. adv. Erasistratum cap.

[22]

XVI. Erasistratus & sectatores ejus persuasissimum habebant sanguinem non naturaliter arteriis, sed spiritum tantummodo, inesse. Quale paradoxum ut mente percipiamus, oportet prius indicare eorum opinionem, quam habuerunt de spiritu. Hunc procreari, putabant, ex ambiente nos aëre intra corpus assumpto, eumque primo in arterias pulmonis, deinde in cor, inque ortas ab eo arterias, didi: & ejus adminiculo arterias, musculorumque cavitates, siquando eo utpote repletæ, extendi: eundem autem fugere, non mirum esse, quia tenuis & levis est; proinde sequi, ut is facili negotio recedat, sine ullo indicio sui. Contineri ejusmodi spiritum, a corde ministratum, in arteriis duntaxat, dixit Erasistratus, & arterias aërem, quem inspiramus, per universum corpus diribere: hæc enim arteriarum munia esse. Objectanti sanguinem protinus effluere ex arteria fauciatâ, responsum dabat primo spiritum exire, hunc autem e vestigio cruorem, ut ne locus maneret inanis, subsequi. Alteri rursus instanti, in arteria denudata ligataque sanguis sit, necne sit? Responsum reddebat simul atque pellis modo detrahebatur, e vestigio sanguinem in arterias transfundi. At quia experimentum fieri nequit, nisi corpus aliqua in parte deglubatur; non deerunt ergo & Erasistrato, & ejus assèctis tergiverfationes, quibus adversariorum opiniones labefactare queunt²².

[22] *Idem* an fang. in arter. nat. cap. II. VII. X. de v. s. adv. Erasistratum cap. II. Caterum ut clarior Erasistrati opinio, quam de venis deque arteriis habuit, reddatur indicandum est, illum statuisse venam sanguinis, & arteriam spiritus, esse receptaculum. Deinde grandiora receptacula, ubi divisa fuerint, minora angustioraque quidem, sed etiam numero plura, fieri. Et cum nullus locus datur, ubi circa terminum unius, vas aliud non existat, illa undique per corpus delata, in tam minus fines definire, ut contentus in illis

sanguis præ extremorum osculorum conniventia intus retineatur: quamobrem, etsi oscula venarum arteriarumque sibi mutuo vicina sint, sanguinem tamen propriis circumseptum terminis permanere; quoniam necubi in vasa spiritalia, in arterias puta, transfundi possit. Verum enimvero, quamprimum causa quædam violenta advenerit, tum sanguinem ipsum in arterias transfundi: cum hæc alias in statu naturali sint tantummodo spiritu quodam repletæ. Quemadmodum nunc arteriæ ultro citroque per corpus dispersæ sanguine sint vacuæ, ita

ita etiam Erasistratæi opinabantur, habere se pulmonis arterias. Harum ope in unaquaque cordis elevatione spiritum e pulmone trahi: & hujus transitu fieri pulsus, ei, qui per omnes totius corporis arterias editur, æqualem. Etenim & illarum pulsus non corporis ipsarum functione peragi, ut in corde, sed spiritus transmeantis copia: cor enim compressum ipsis eum transmittere. Verum tamen aliqui arbitrabantur, eadem cordis facultate reliquas arterias, & eas, quas pulmo continet, comprimi atollique. Id autem discriminis intercedere, quod nativa cordi insit facultas: arteriis verò ex illo influens. *Idem de Anat. adm. libr. vii. cap. iv.*

DISSERTATIO XV

DE

Placitis Asclepiadis, Celsi: de Pneumatica, & Episyntetica, & Eclecticæ Sectarum, decretis.

I. **A**sclepiades, Prusia oriundus, ætate Magni Pompeji erat Romæ primum orandi magister: quandoquidem aurem in ea arte non fatis quæstuosus esset, repente se ad Medicinam convertit: atque adeo (ut necesse erat homini, qui nec id egisset, nec remedia nosset, oculis usque percipienda) torrenti ac meditata quotidie oratione blandiens omnia abdicavit, totamque Medicinam ad causam revocavit. ¹ Eum vocat Celsus, bonum multarum rerum auctorem. ² Tullius eo non modo ut medico, sed etiam ut amico, usus est, & attestatur; quod istum, cum eloquentia vinceret cæteros medicos, Medicinæ facultate usus sit, non eloquentiæ. ³ Mithridatis regis legatos & pollicitationes sprexit: ⁴ in arte Medica vero sequutus est pleraque Cleophanti, Medici antiqui, præcepta. ⁵ Inter præclara ejus facinora habere

[1] Ita *Plinius* H. N. libr. xxvi. cap. 111.

[2] Libr. iv. cap. iv.

[3] Libr. i. de Oratore.

[4] *Plinius* H. N. lib. vii. cap. xxxvii.

[5] Hæc *Celsus* libr. 111. cap. xiv.

Ec

[6]

betur, quod funeri obvius intellexit, eum vivere, qui effebatur, quemque etiam usu vini servavit. Tandem ipse Asclepiades suprema in senecta lapsu scalarum exanimatus est ⁶.

II. Siquidem vero Asclepiades, ut constans fama est, quondam in Medicina singularis fuit, placet hoc capite placita ejus, quæ e variis auctoribus collegi, enarrare. Sed ad rem. Asclepiades statuit, omnia fieri necessitate quadam, & nihil sine causa, Naturam, dixit, nihil aliud esse, quam corpus, vel ejus motum. ⁷ Primordia corporis esse atomos, per quas intelligit corpuscula intellectu cognita, sine ulla qualitate solita, atque ex initio comitata, æternum moventia; quæ suo incurfu invicem occurrentia, mutuis ictibus in infinita partium fragmenta solvantur, magnitudine atque schemate differentia: quæ rursus cundo, sibi adjecta vel conjuncta, omnia faciant sensibilia, vim in semet mutationis habentia, aut per magnitudinem sui, aut per multitudinem, aut per schema, aut per ordinem. Deinde fieri meatus corporis, ex dictorum complexione corpusculorum, intellectu sensos, magnitudine atque schemate etiam differentes. Hæc bina nunc, atomi scilicet & pori vel meatus corporis, erant Asclepiadis elementa, quibus pleraque corporum effecta explicavit. ⁸ Cæterum aliquando ponebat triplicem, quosdam morbos explicandi gratia, hypothesim. Nempe in nobis esse quosdam, qui intelligentia perspiciuntur, meatus, se inter magnitudine distinctos; deinde cum parte humoris & spiritus undique, ratione considerabilium humorum seu corpusculorum, collectum esse inane innumerabile: tandem perpetuos a morbis emitti vapores, ratione mutabilitatis corporis, aliquando plures aliquando pauciores ⁹.

III.

[6] Sponsione enim maxime facta cum fortuna, ne medicus crederetur, si unquam invalidus ullo modo fuisset ipse, & vicit suprema in senecta lapsu scalarum exanimatus. Plinius libr. VII. cap. XXXVII.	[7] Cælius Aurelianus celer. pass. libr. I. cap. XIV.
	[8] Idem. ibid.
	[9] Sextus Empiricus adversus Geometras cap. XIX. Galenus vero libr. I. cap. IV. de Elementis, scribit Asclepiadem fo-

III. Neque tamen Asclepiades solus conjectura jampridem, est assequutus, quam seculo præterito Sanctorius labore indefesso stabilivit *transpirationem*, seu exhalationem insensibilem: verum etiam Hippocratem, ¹⁰ & plurimos veterum, non fugit corpus nostrum perspirabile; sed non convenit nobis cum illis de materia & copia perspirationis vel evaporationis. Diapnoem enim, quod vocabulum interpretes latine reddiderunt, difflationem, *transpirationem*, *perspirationem*, dixerunt veteres esse aëris ex corpore attractionem per totum corpus, & rursus ejusdem per poros excretionem. ¹¹ Licet nunc videam, visum esse nonnullis, aërem tantum, cutis per poros transire: attamen Galenus ¹² auctor est, si humores justo tenuiores, si corpus justo rarius, i. e. si patentiores habuerit poros, celerime corpus tunc *difflatione* insensibili evacuari, atque adeo maccre. Sed, ut ingenue fatear, videtur mihi Sanctorius, Asclepiadem, juges corporis exhalationes statuentem, assecutus fuisse; hac tamen distinctione, quod ille operationem

COR-

foramina & corpuscula postuisse. Galenus libr. I. cap. XII. & XIII. de nat. fac. auctor est, Asclepiadem statuisse substantiam quandam immutabilem, alterari nesciam, in tenuia dissectam, & vacuitatibus, quas nunc poros vocant, interceptam. Porro nec naturæ nec animæ propriam ullam substantiam facultatemve esse; sed has primorum corporum, quæ & impatibilia & simplicia, certo quodam congressu fieri. Nihil præterea ex alterius affectu pati: omni substantia naturaliter divisa, atque in elementa, quæ cohærere nequeunt, & in moleculas conscissa. Et quantum ad perceptiones animæ spectat, aliqui ex ejus sectatoribus opinabantur, nullam animæ ab initio esse insitam. Ideoque perceptionem consequentiæ, repugnantia, divisionis, compositionis, justitiam, injustitiam, honesti, sensuum ope in nobis fieri,

ac animal quibusdam imaginationibus, & memoria gubernari. Alii dixerunt nullam animæ esse ratiocinandi facultatem, sed sensibus nos pecorum ritu duci, propterea nil quicquam nos renovere posse.

[10] Vide aphor. LXIII. Sect. v. aph. LXXIX. S. VII. & ultim. Sect. VIII. & Galenum de fanit. tuenda. libr. VI. cap. VI. Item Antyllus apud Stobæum serm. XCIX. putat media nocte, quæ hyemem repræsentat, merito dolores ægrotantium vehementiores fieri, ob cutem a frigore densatam, & interceptam transpirationem insensibilem.

[11] Ita describitur in finit. Galeni operibus insertis, cap. III. Vide etiam cap. XIV. libr. VIII. de Hipp. & Platon. dogmat.

[12] Libr. II. §. 28. in aphorism. Hipp.

Ec 2

[13]

corporis, quam hic rationis adminiculo investigavit, trutina examinarit indicaritque, quot ac quanta ea pro diversitate sex rerum non naturalium in dies distincta esset. Sed e diverticulo in viam.

IV. Quamquam Aesclepiades, Celfo¹³ auctore, statuerit, facilius concoqui cibos varios: tamen, Cæl. Aureliano¹⁴ scriptore, negavit ullam cibi concoctionem digestionemve in nobis esse, sed solutionem ciborum in nobis fieri crudam, & per singulas particulas corporis ire, ut per omne tenuis ipsa penetrare videatur. Operationem hanc appellavit *Leptomerem*. Deinde neque ferventis qualitatis, neque frigidae esse, ut cibi attenuentur: neque aliquam causam ciborum per corpus & distributionis esse, & nutritionis, quam vias receptaculorum nutrimenti diversas; hinc arteriam, hinc nervum vel venam, vel simile quid fieri. Appetentiam credidit viarum majore patefactione & magnitudine fieri in stomacho atque ventre: sitim vero parvarum viarum causam. Excrementa ventris, negavit, aliena esse natura; quippe quaedam animalia ex ipsis nutriuntur. Somnum, statuit, fieri spiritus sensibilis crassitudine. Regnum animæ, quam nihil aliud, quam sensuum omnium congregationem esse, aliqua in corporis parte constitutum inficiatus est. Negavit etiam ullam nobis seu animale, seu vitalem facultatem esse: ¹⁵ sed humorum corporis quomodocunque factam secretionem fieri ratione omnimodaë meatuum formæ, vel angustiaë. ¹⁶ Æthiopes celerius senescere, anno sc.

[13] Libr. III. cap. VI. opinionem tamen ejus redarguit *Celsus*.

[14] Celer. pass. libr. I. cap. XIV. unde, quæ sequuntur hausi. Cæterum Celfo non erat opinio, quam de digestionem Aesclepiades habuit, ignota; scribit enim in præf. I. Aesclepiadis æmulus proposuisse, nihil concoqui, sed crudam materiam, sicut assumpta est, in corpus omne deduci.

[15] Galenus de multitudine, cap. VIII.

[16] *Idem* de Natur. fac. libr. I. cap. XII. Hujus loci etiam sunt, quæ habet *Octavius Horatianus* libr. IV. *Aesclepias autem consentiens, ait, essentiam atque seminis universalis hominum vel animalium, item principalis corpusculi intellectu sensam: subjectam autem passilitatis cruditatem, hoc est, novum cibum acceptum sese nova subinde nutrimenta: vult enim ex crudis fieri redditiones, ut accepti cibi dissecta materies, in corpusculis minutata, sui*

sc. xxx., quoniam eorum corpora nimio solis æstu exurantur: in Britannia contra senium anno cxx inchoari, quia corpora ob frigus istarum regionum igneam in se contineant naturam: imo corpora Æthiopum rariora esse, quod relaxentur colore Solis: in septentrionalibus autem regionibus corpora densiora, ideoque etiam vivaciora. ¹⁷ Inficiatus est quoque ullam rem ab alia posse trahi: & si aliquis ipsi admirabilem Magnetis facultatem ferrum attrahendi objectaret, diluebat objectum, quod parva sint corpuscula, quæ a lapide Magnete resiliunt, cuiusmodi cum aliis ferri similibus corpusculis complicando utrorumque complexum efficiant. Dicta corpuscula autem adeo parva, ut minimorum horum corporum, quæ in aëre circumferuntur, eorum aliqua decies millesima pars sint. ¹⁸ Quid causæ sit, ut in pulmone vena sit arteriosa, & arteria venosa, hoc pacto ratiocinatur. In pulmone tantum, ait, arterias motu agi duplici:

seu cocta, & in lacteum humorem mutata, omnes per corporis partes, ac particulas discurret, atque ita in nares veniens mucilentum faciat liquorem: in vesicula jecoris, sel: non aliter etiam in seminales venas cadens, ea cum naturali virtute sive fabricatione semen fieri.

[17] Plutarchus de Placit. Philos. libr. v. cap. xxx. Verum Rochefort. Histoïr. des Antilles libr. 11. chap. xxiv. opinionem Asclepiadis funditus repudiavit, scribens: *Mais l'expérience des Caraïbes, & de tant d'autres peuples de la Zone torride, qui vivent d'ordinaire un si grand âge, pendant que nos Européens sont veus communément mourir jeunes, est contraire à ce raisonnement naturel.* Quin etiam Guil. Piso Hist. nat. utriusque Ind. libr. 1. cap. 1. de incolis Brasiliæ, quæ sita est sub Zona torrida, scribit eos quidem perquam mature pubescere, senescere autem tarde sine calvitio ac vivere plerumque ultra centesimum annum viridi senectâ, quod & non raro usu venire

Europæis istuc locorum commorantibus. Quæ cum ita sint, Plagam hanc telluris mereri nomenclationem territorii *Macrobii*; salubritatem autem & longævitatem non promiscue esse omnibus inter tropicos habitantibus: contrarium enim observari in incolis Insulæ S. Thomæ, Guineæ aliarumque regionum, ubi corpora a torrente calore arefcere, resolvi, minimeque longævos fieri. In causa esse attractos a Sole verticali vapores, quos perpetuas *malacias* non dispergi, nec aquas ob tranquillitatem aëris agitari, sed stagnare, hinc tepidos vapores, hinc nebulam & putredinem continuo fere oboriri. longe aliam autem rationem esse Brasiliæ, ubi vastissimum oceanum tum pluviis tum ventis perpetuam ad exhilarandum litus materiam suppeditare, non tepidam, sicut extra Tropicos affolet, sed egelidam & siccam, eamque a Sole illustratam ab oriente in occidentem ad milliarum aliquot spirare.

Ec 3

[18]

plici: altero, quem familiarem habent, ex propria videlicet substantia pulsantes: altero, quem e pulmone, in respirando semper agitato, nanciscuntur. Inde arterias immensis tandem laboribus confectas extenuari: cum e diverso, quæ aliis corporis partibus insunt arteriæ, uniusmodi habeant motum, eundemque moderatum; ideoque eas bene nutriri, robustasque esse. Venas autem graciles tenuesque in toto corpore esse, quia motione careant: pulmonis vero venas, motum ab hoc viscere adeptas, fieri crassas robustasque.¹⁹

V. Ut naturam sanitatis & morbi exponeret, fumebat paulo ante memoratos corporis meatus, tanquam res concessas. Per hos itaque meatus, si succi more solito percurrerint, si nullo fuerint impedimento retenti, sanitatem semper manere: ex adverso, si manantia corpuscula per inconspicua foramina subsistendo iter clauserint, extemplo morbum insequi. Moram autem illa facere aut magnitudinis, aut schematis, aut multitudinis, aut celerrimi, qui ordinem perturbat, motus causa: aut viarum flexu, conclusionem, atque squammularum obtusione, ut in retento sputo.²⁰ Solidis itaque corpusculis tribuit in primis morborum causam.²¹ Namque non esse activas atque operantes causas ægritudinum in liquidis constitutas, quas *synecticas* vocant, sed esse antecedentes, quas Græci *procatarrhicas* vocant.²² Manantibus nunc corpusculis & foraminibus inconspicuis, tanquam plerorumque morborum causis *synecticis*, positus, Asclepiades causam phrenitidis,

[18] Galenus de Nat. fac. libr. 1. cap. XIV

[19] Idem de usu part. corp. hum. libr. VI. cap. XIII.

[20] Proinde bifariam accidere, ut corpus ægrotet, scilicet aut locorum & viarum differentia, aut statione corpusculorum. Aurelianus celer. pass. libr. I. cap. XIV. Et Galenus method. med. libr. IV. cap. IV. scribit Asclepiadem statuisse in symmetria quadam exiguorum

meatum sanitatem: in ametria morbum: in reditu ad pristinam meatum symmetriam, sanationem esse constitutam.

[21] Galenus in Introduct. cap. VIII. Et Celsus in Præf. lib. I. literis mandavit, Asclepiadem contendisse, morbos fieri, si manantia corpuscula per invisibilia foramina subsistendo iter claudant.

[22] Cæl. Aurelianus, celer. pass. libr. I. cap. XIV.

tidis, lethargiæ, pleuritidis, &c. daturus, dixit hos morbos, statione corpusculorum fieri. Quotidianam majorum corpusculorum statione fieri asseveravit: cito enim ea exantlari atque impleri. Tertianam minorum statione corpusculorum; quartanam vero minutissimorum; siquidem ea difficulter impleri atque exantlari possunt. ²³ Quare autem varii morbi tempore vespertino vehementiores habeant accessiones, in causa esse, ait, Naturam, quam vesperi ob aëris crassitudinem densatam, inflare corpora, atque accessionis initium generare. ²⁴ Bulimum fieri, opinatus est, magnitudine viarum stomachi atque ventris. Defectionem, immodicum corporis profluvium, maciemque, viarum raritate procreari. Hydropem oriri perforatione carnis in parvam viarum formulam; quæ potis est solita corporis alimenta seu nutrimenta in aquam ver-

[23] *Idem ibidem. & cap. i. hanc exhibet descriptionem Phrenitidis, Phrenitis, inquit Asclepiades, est corpusculorum statio sive obtrusio in cerebri membranâ, frequenter sine sensu cum alienatione ex febribus. Alienationis substantiam in febribus constitutam: in lethargo, putabat Asclepiades obtrusionem esse in membranâ cerebri cum febribus ac sine consensu. & libr. ii. cap. xiiii. Pleuritim, dixit, esse humoris fluorem parvi temporis, atque celcram interiorum lateris partium, cum febre atque tumore. lib. ii. cap. xxxi. Asclepiadis sectatores dixerunt cardiacam esse tumorem secundum cor, corpusculorum coactionem, sive obtrusionem effectum. & cap. xxxiiii. plurimos hoc morbo correptos non febricitare ipse Asclepiades statuit. Febriculam enim esse fervorem plurimum in omnibus vel plurimis corporis partibus, commutatione pulsus in vehementem propter obtrusionem facta. Choleram dixit esse humoris fluorem celerem ventriculi atque intestinorum, ex concursu sive obtrusione corpusculorum,*

atque sæpe ex indigestione initium fumentem. libr. i. cap. xxxi. Diarrhoeam esse rheumatismum vel fluorem brevis temporis ultimarum partium coli atque intestini recti, quam fieri ex conventu vel concursu atque congressu corpusculorum. Hanc a cholera magnitudine tantum differre: in illa minorem, in hac vero majorem corpusculorum concursum & obtrusionem accidere: differre etiam hos affectus inter se ratione partis affectæ. In cholericis enim ventris & stomachi rheumatismum; in diarrhoea vero ultimarum partium profluvium, esse. Et Galenus libr. de palp. Tremor, &c. cap. xii. *Asclepiades non solum non calorem, sed neque aliam aliquam naturalem ponens facultatem, omnem febrem propter corpusculorum, semper in meatibus consistere dicens, in meatuum magnitudinibus differentias ipsius collocans. Sic contendit ostendisque aliquibus necessario rigorem conjunctum esse, quibusdam non.*

[24] *Aurelianus celer. pass. libr. i. cap. xv.*

[25]

vertere. ²⁵ Plenitudinem tandem, quam *plethoram* vocant, sensit, non continentem morborum causam esse. Namque saepenumero observatum, ait, largas inter morbi initia evacuationes factas. Quod si nunc ejusmodi morbi causa continens esset plethora, velut hypothetice ponitur, oportere tunc ut aeger revalescat protinus: ablata enim causa tolli effectum. At quia contrarium in dies observetur; consequens igitur esse, ut plenitudo non continens morborum causa sit. ²⁶ In morbo articulari, dixit, non nervos, sed carnem dolore affici. ²⁷ Spiritus cohibitionem, ait, caput opplere ²⁸.

VI. Habebat etiam Aesclepiades singulares de Medicina aegrotis facienda opiniones. Nam, quum statueret officium esse Medici ut tuto, ut celeriter, ut jucunde curet, ²⁹ excogitavit quinque res maxime communium auxiliorum, ut abinentiam cibi, vini, fricationem corporis, ambulationem, gestationes; quæ cum unusquisque sibi ipsi sibi præstare posse intelligeret, faventibus cunctis, ut essent vera, quæ facillima erant, universum prope humanum genus circumegit in se, non alio modo, quam si cælo emissus advenisset. Blandimenta varia, ut auctor est Plinius, excogitavit, jam suspendendo lectulos, quorum jactatu aut morbos extenuaret, aut somnos alliceret; jam balneas avidissima hominum cupidine instituendo; & alia multa dictu grata atque jucunda, magna auctoritate, nec minore fama, instituit. Traxit præterea mentes artificio mirabili, vinum promittendo aegris, dandoque tempestive, tum frigidam aquam. ³⁰ Aurelianus ³¹ ridiculam censens Aesclepiadis opinionem, quod post

[25] *Idem* libr. i. cap. xiv.

[26] Vide *Galenum* contra Julianum, &c. cap. xi.

[27] *Idem* de loc. affect. libr. ii. cap. vii. scribit Aesclepiadem fuisse opinatum in articulari morbo nervum affectum, dolore haud quaquam cruciari. quod nihil omnino sentiat: carnem autem, quamquam non affectam, dolere ta-

men, utpote a parte vicina compressam.

[28] Item de Sanit. tuend. libr. iiii. cap. iv.

[29] *Celsus* lib. iiii. cap. iv.

[30] Hæc Plinius. Hist. Nat. lib. xxvi. cap. iiii.

[31] Celer. pass. lib. ii. cap. xxxix.

post cibum dandum vinum propterea interdixerit, ne citius currens corpora pertranseat, probaveritque e contrario falsum dandum, quo citius corpora penetret, ac suos effectus exhibeat. Idem cavillatur cum Asclepiadis placito, & dicit, hic est ille Asclepiades frigidans atque calefaciens, exantians atque replens, & contrariis semper utens rebus. Cæterum Asclepiadem adjuvare multa, quorum cura nimis anxia & rudis, ut obruendi ægros veste, sudoresque omni modo cendi, nunc corpora ad ignes torrendi, soleve assiduo quærendi in urbe umbrosa: imo vero tota Italia imperatrice, tum primum penfili balnearum usu ad infinitum blandientem. Præterea, scribit Plinius, ³² in quibusdam morbis medendi cruciatus detrahit, ut in anginis, quas curabant in fauces organo demisso. Damnavit merito & vomitiones, tunc temporis supra modum frequentes: arguit & medicamentorum potus stomacho inimicos.

VII. Attamen alii auctores contra ac Plinius de Asclepiadis curandi ratione scripserunt. Exempli gratia Cælius Aurelianus monumentis prodidit Asclepiadem in synanchicis etiam usum fuisse Pharyngotomia, hoc est cannæ five gutturis ob respirationem divisuram, quam operationem chirurgi vocant *pharyngotomiam* vel *laryngotomiam*. ³³ Et alibi ³⁴ idem auctor scribit, fabulosam arteriæ asperæ ob respirationem divisuram, quam laryngotomiam vocant, esse: quam operationem a nullo antiquorum traditam, sed caduca atque temeraria Asclepiadis inventionem affirmatam. Quæ cum pugnancia, imo contraria, sint, nescio an Plinii an Aureliani scriptio fidem habeat? Præterea narrat Plinius, ut supra memoravi, Asclepi-

[32] Loco jamjam citato.

[33] Celer. pass. libr. I. cap. XIV.

[34] Celer. pass. libr. III. cap. IV. & iterum. ibid. Dehinc a veteribus probatam approbat, Asclepiades sc. arteriæ divisuram, ob respirationem faciendam, quam laryngotomiam vocant. Ex quibus locis apparet, (1) Asclepiadem non

fussilisse talem in anginis medendi cruciatum, ut Plinius memoriæ prodidit, sed eum subinde instituisse: & (2) Aurelianus non consentire sibi, cum modo adstruit Asclepiadem ejusmodi operationem invenisse, modo memorat eam a veteribus probatam solum approbasse.

piadem quinque communium auxiliorum genera posuisse : at-
tamen Celsus, auctor gravis, scribit ³⁵ illum mentionem trium
tantum in peculiari volumine fecisse : frictionis nempe & equi,
& gestationis. Itidem sanguinis missionem, ait, nihil a jugu-
latione differre : veruntamen alibi ratum habet pleuriticis e
venis sanguinem detrahendum, sed observanda climata seu
diversas Terræ regiones. se enim vidisse testatur Athenis &
Romæ, pleuritide ægros, peracta sanguinis missione, fuisse
plurimum deteriore conditione : ast in Paro atque Hellepon-
to contrarium evenisse. Ita etiam Phreniticis cum dolore æ-
grotantibus ex usu esse sanguinis missionem judicavit. Dolorem
namque majorum corpusculorum statione fieri, quam sola san-
guinis missione exantari posse. Quandoquidem vero phre-
nitici perraro doloribus torquentur ; siquidem in iis angustiis
parvorum corporum facta videatur statio ; ideoque ægrotan-
tes instituta venæ incisione, animi deliquio atque frigido cor-
poris torpore affici, aut obmutescere, aut delirare. Detracta
etenim materia, morbi causam superstitem crassescere, pro-
ducereque corporis algorem : quin & cerebri ad membranam
spiritum vel fervorem ferri, posuit ; statione enim corpuscu-
lorum adaucta, ingeminari quoque alienationem mentis. ³⁶ Ea-
dem ratio est Scribonii, Asclepiadem ægris medicamenta dan-
da negasse, scribentis. ³⁷ Celsus auctor est, ³⁸ Asclepiadem
fuisse causatum, omnia fere medicamenta stomachum læde-
re malique succi esse, ideoque eundem ad ipsius victus rationem
potius omnem curam suam transtulisse. Verum enim, si quis
probe perspexerit, quid Asclepiades ? quid auctores optimæ
latinitatis voce medicamenti intellexerint ? tunc patebit eos in-
dicasse, quod vim habeat purgationem cumprimis concitandi.
Hujus generis medicamento multum antiqui auctores tribue-
runt, præcipue vero Herophilus, deductique ab illo viro,
adeo ut nullum morbi genus sine hoc curarent ; putabant enim

[35] Libr. II. cap. XIV.

[36] Vide Cæl. *Aurel.* lib. I. cap. IV. |

& lib. II. cap. XXII.

[37] In Præfatione ad Calistum.

[38] In Præfatione lib. V.

[39]

enim, materiam, exacta concoctione, ducendo sæpius alvum, subtrahendam esse. Aselepiades medicamenta, puta purgantia, num ne sustulit? Nequaquam, abusum improbavit: nam is ipse, quamvis alvum non toties, ut veterum mos erat, sed fere tamen eam in omni morbo subduxit: ³⁹ non ut persuasum haberet noxium peculiaremque corporis humorem tantum educi; sed utilitatem, quam inde percipit æger, provenire ratione communis evacuationis, opinatus est. ⁴⁰ Ejectus etiam est ab Aselepiade vomitus; forsitan offensus eorum est consuetudine, qui quotidie ejiciendo vorandi facultatem olium Romæ moliebantur; neque illum eapropter reprehendo, neque ob id, quod purgationes, quæ valentibus medicaminibus fiebant, expulerit. De cætero astipulor Celso, ⁴¹ dicta submovenda non esse perpetuum, scribenti, quia corporum temporumque ratio potest ea facere necessaria, dum & modo, & nonnisi, quum opus est, adhibeantur. Quid? quod ille ipse Aselepiades, si quid jam corruptum esset, expelli debere, confessus est. Itaque non ex toto res condemnanda est, sed in ea quædam paulo subtilior observatio adhibenda. Ad curationem tetani utiles esse clysteres, & eos quidem acerrimos, putavit; salutarem enim ex his generari febrem, quo raptus vel adductio materiæ e partibus affectis ad intestina fiat. ⁴² Quod vero ad cætera medicamentorum genera pertinet, Aselepiades ea non penitus improbavit; quod si ita res se haberet, is ipse non composuisset librum præparationum medicamentorum, ex quo fortassis Galenus ⁴³ ea, quorum sæpenumero mentionem

[39] Idem libr. III. cap. IV.

[40] Galenus de Element. libr. I. cap. IV. Quid? quod is & ejus sectatores opinabantur, medicamentum omne, purgandi facultate præditum, quemcunque humorem ad naturam suam convertere transmutareve; & humorem non talem, qualis e corpore eductus, in corpore antea infuisse: sed, ut dixi, taliter vi medicamenti transformatum fuisse. Equidem concedebant

venæ incisione, contentos in venis humores indifferenter omnes exire; verum in purgatione non omnes, sed quosdam modo exantari, atque adeo sanguinem hoc pacto purum reddi. Hæc Galenus de purg. med. facult. cap. II. & IV.

[41] Libr. I. cap. III.

[42] Cels. Aurelian. acutor. libr. III. cap. VIII.

[43] In libris de compos. medicam. secundum locos.

nem facit, excerpfit. Quid? quod Afclepiades contendit ultimæ fortis eſſe medicum, qui non ad ſingula quæque vitia binas ternasve compoſitiones & expertas, protinus paratas habeat. ⁴⁴ Quæ cum ita ſint, conficitur his rationibus, non uſum, ſed abuſum, medicamentorum, reprobafſe.

VIII. Quantum vero ad abſtinentiam, quam Afclepiades in auxiliorum communium numero poſuit, attinet, eam e Celſo, ⁴⁵ qui Afclepiadem in plurimis ſequutus, petam. Is autem ſcribit, abſtinentiæ duo genera eſſe, alterum ubi nihil aſſumit æger: alterum, ubi nonniſi quod oportet. Afclepiades in febre convellendas vires ægri putavit, luce, vigilia, ſiti ingenti: ſic ut ne os quidem primis diebus eluere ſineret, & ubi ægrum triduum per omnia fatigaſſet, quarto die cibo deſtinabat. Antiqui quidem quam integerrimis corporibus alimentum offerebant: verum Afclepiades inclinata quidem febre, ſed adhuc tamen in hærente. ⁴⁶ Die, quo æger viribus gravior, jubebat cibum dare pauciſſimum, atque expectato febrium ſtatu, piſanam vel hordeum, veſalicam, vel cum beta lenticulam, cujuſmodi edulii genus *Teutlophacen* appellavit. Si febris perfeveraverit, exantlare obtruſiones, jubebat, requiemque corporis adhibere, ac aquam pro potu dare, non plus quam bis in die uſque ad heminam, vel ad ſummum duas, & hunc modum etiam nocte ſervandum: ſic rurfum ſecunda die, tranſacto acceſſionis augmento dandum aliquid de dictis forbilibus: quin & altera die, declinante febre, eodem pacto procedendum eſſe: perfeverante vero febre rurfum abſtinere, & præterito ſimilem tertium imitari diem. Adveniente autem ſeptima jam audere ægrum & pane & piſcibus, & vino uti; ſolvi namque morbum tertia sæpe periodo. Neque enim quotidie cibum ægrotanti offerre nutrireve, duxit neceſſarium, atque id magis, ſi nulla fuerit ſolutio conjuncta ſolo tumore conſtrictis corporibus: hu-

[44] Ita Scribonius Largus in Præf. | [45] Libr. II. cap. XVI.
ad Caj. Pul. Caliſt. | [46] Idem libr. III. cap. IV.

[47]

jusmodi enim quotidianam non posse perferre cibi sumptionem ⁴⁷. Et ut brevis sim, diebus ulterioribus cubantis etiam luxuriæ subscripsit, primis vero tortoris vicem exhibuit ⁴⁸.

IX. Caterum erat ipsi in usu curatio febris in robustis instituenda, quam vocavit *Philoparabolon*, quasi vero nunc ausum seu facinus magnum esset effecturus. Erat scilicet ea traditæ a se febrium curationi similis, præterquam quod vinum cum melle circa vesperam non, nisi omnino morbus contrarium ostendit, dederit: sin minus, primo ingressu statim atque plurimum & extentum, hoc est, meracum & salsum dedit vinum; quam potionem e vino & aqua falsa nominavit *Thethalassomenon*, sensitque eam potu *Thalassomeli*, ex duabus aquæ marinæ & una parte mellis parato, validiorem esse, ut & celeriolem præstare opem. Quod vero ad facultates vini pertinet, arbitratus est Asclepiades, id duplicis generis dotatum virtutibus: aliquando enim id sudores cohibere, aliquando vero eosdem prolificere, pari modo fere ut coagulum, quod densat atque extenuat lac, caseo interim & sero singillatim subsistentibus seu separatis. Non aliter fere, ac jamjam dictum, vinum quoque, vi quadam percutiendi vel præcipitandi donatum, plurimam nutrimenti partem condensare atque in se cogere: plurimam vero dissolvere attenuareque. ⁴⁹ Habuit insuper Asclepiades singulares opiniones de facultatibus tum corporis, tum medicamentorum, de peculiaribus medicaminum viribus, deque aliis quæstionibus ad medicinam spectantibus; verum enim vero, quoniam dictarum alibi, ⁵⁰ mentio facta, ea de causâ has faciam missas.

X. Quod tandem ad frictionem ad gestationem, ab Asclepiade in communium auxiliorum numero collocatas, pertinet, Celsus memoriæ prodidit, ⁵¹ illum quidem latius & dilucidius,

[47] Hæc <i>Cal. Aureliani</i> lib. I. cap. XIV. & XV. celer. pass.	} evaevationem, tanquam remedio <i>extensionum</i> , usum fuisse.
[48] Ita <i>Celsus</i> . lib. III. cap. IV.	
[49] <i>Cal. Aurel.</i> d. I. & <i>Galenus</i> in aphor. Hipp. lib. VII. §. XLVI. scribit Asclepiadem vino, post totius corporis	
	[50] Vide supra Dissert. IV. pag. 58. 59. 60. 61.
	[51] Libr. II. cap. XIV.

dius, ubi & quomodo frictione utendum esse, præcipisse: nihil tamen reperivisse, quod non a vetustissimo auctore Hippocrate paucis verbis comprehensum. ⁵² Quandoquidem autem hujus auxilii alibi, ⁵³ mentio facta, capropter indicabo gestationem, qua Asclepiades etiam in recenti vehementique febre, præcipueque ardente, ad discutendam eam, duxit, utendum esse: ⁵⁴ vias etenim apertiores fieri gestacione, nec non stationem corpusculorum tolli: siquidem vero & defectio & sudor febricitantes, incongrua motos gestacione, plerumque insequantur; hanc ob causam æstimavit ex usu ægri esse, si nocte, si a cibatione, gestetur. ⁵⁵ Complura autem genera gestacionis veteribus in usu erant, adhibebanturque, & pro viribus cujusque & pro opibus, ne imbecillum hominem nimis digerent, aut humili obessent. Celsus auctore gestacionum levissima est in navi vel in portu, vel in flumine: vehementior in alto mari, navi, vel lectica aut scamno: acrior, vehiculo, &c. Atque hæc ipsa & intendi & leniri posse: Sin vero nihil horum fuerit, suspendi lectum debere, ait, & moveri: si ne id quidem fuerit, at certe uni pedi lecti funiculum esse subjiciendum, atque ita lectum, huc & illuc manu pellendum. ⁵⁶ Plinius ⁵⁷ id solum indignatur, unum hominem e levissima gente, Asclepiadem indicat, sine opibus ullis orsum, vectigalis sui causâ repente leges salutis humano generi dedisse: verum non diu perdurarunt, siquidem plerique

[52] Nimirum, frictione, si vehementis sit, durari corpus: si lenis, molliori: si multa, minui: modica, impleri. *ibid.*

[53] In Dissert. vii. pag. 118.

[54] *Celsus* libr. ii. cap. xv. Tamen Celsus conatum Asclepiadis redarguit, & scribit, id periculose fieri, meliusque quiete ejusmodi impetus sustineri.

[55] *Celsus Avelianus*, d. l.

[56] *Celsus*: *Ibid.* Antyllus & Herodotus (loca excepit *Oribasius* collect. Medic. lib. vi. cap. xxxiii. & xxv.) com-

memorant gestacionem, quam fieri in lectica, fulcra habente lineis ab angulo ad angulum per pedes distincta: vel fieri in sella, hancque bifariam inlittui, vel sedentibus iis, qui gestantur, vel jacentibus, vel in vehiculo, vel in navi. Commemorant etiam gestacionem curru instituentam: item navi per pontem, gestacionem in bigis. Describunt etiam, quid utilitatis una quæque in valetudine recuperanda afferant. vide quoque *Atrium* tetr. i. Sermon. lxxi. cap. vi.

[57] Libr. xxvi. cap. lxxi.

[58]

que ex sectatoribus Aſclepiadis ſectæ Methodicorum ſe adjunxerunt, abrogatis maxima parte, & legibus, & hypothefibus Aſclepiadis.

XI. Quandoquidem Celſi ſæpenumero mentio eſt facta; hoc loco libet ſtrictim attingere, quid de Medicina ſenſerit? Quamquam ex ejus ſcriptis appareat, eum pene quorumlibet ſectatorum, qui tunc temporis in Medicina florebant, decreta ſciſſe, non conſtat tamen eundem ſe ulli addiſſe, verum potius, quicquid ex omnibus maxime probabile ipſi videbatur, elegiſſe. Putabat quidem rationalem eſſe debere Medicinam, inſtrui vero ab evidentibus cauſis, obſcuris omnibus non a cogitatione artificis, ſed ab ipſa arte rejectis. Communia inſuper Methodicorum flocci faciebat, ſiquidem & compreſſorum & fluentium morborum genera diverſa: aliud eſſe enim ſanguinem, aliud bilem, aliud cibum vomere: aliud dejectionibus, aliud torminibus laborare: aliud ſudore digeri, aliud tabe conſumi. Nihil autem horum ſic, ut aliud curari: qua de cauſa neceſſarium eſſe, ut protinus in his a communi fluentis morbi contemplatione, ad propriam Medicinam deſcendat. Atque in hac quoque rurfus aliam proprietatis notitiam ſæpe neceſſariam eſſe; quia non eadem omnibus, etiam in ſimilibus caſibus, opitulentur. In quibus communium inſpectionem contrariam: propriorum autem eſſe ſalutarem. Præterea competere eum, qui propria non noverit, communia tantum intueri; eumque, qui noſſe propria poſſit, illa quidem non negligere, ſed his quoque inſiſtere. ^{ſſ} Quibus poſitis patet, Celſum, quia cauſarum abditarum investigationem non magnificat, ideo non Dogmaticæ; & quia morborum communia non tanti, quanti ſectatores Themifonis putabant, habuit, eapropter Methodicæ ſectæ, non fuiſſe addiſſum. Quod ſuperest in deſcriptione & prædictione morborum in plurimis Hippocratem ſecutus eſt: Aſclepiadem vero in communibus auxiliis. Caetera ex aliis auctoribus,

ab

[58] Hæc Celſus in Præf. lib. 1.

[59]

ab ipso citatis, petivit, Fortassis is ipse plurimarum curatio-
num tum in Medicina clinica, tum chirurgica auctor est,
quas impraesentiarum sciens prudensque prætermitto.

XII. Inter Sectas quondam florebat Pneumatica, idcirco
dicta, quoniam qui de hac hæresi erant, pleraque omnia cor-
poris effecta spiritibus, qui Graece πνεύματα vocantur, tri-
buebant ⁵⁹ Galenus ⁶⁰ Chrysippum appellat hujus sectae
proavum; conditor vero & princeps hujus disciplinae erat
Athenaeus Attalus, cujus affectae pneumatici vocabantur.
⁶¹ Celeberrimi etiam in hac fuere Archigenes, a Tralliano
⁶² divinissimus appellatus, Agathinus, Magnus & Herodotus;
⁶³ quorum scripta tamen tempus, rerum edax, absumpsit.
Quaecumque ita sint non possum perfectam sectae, ejusdemque
dogmatum, historiam tradere. Conabor tamen ex fragmentis
hinc inde collectis quoddam ejus doctrinae specimen dare.

XIII. Princeps familiae Pneumaticae, Athenaeum puto,
calidum, frigidum, humidum & siccum, statuit hominis ele-
menta esse proxima, & manifesta, haec nec ulla egere demon-
stratione: ⁶⁴ proxima autem vocat, quae propria sunt & nulli
alteri communia. ⁶⁵ Bina ex his, calidum & frigidum scilicet,
ait, fungi causarum efficientium: & reliqua, siccum vi-
delicet & humidum, materiei munere. Huic vero elementor-
um quaternario ulterius quintum, secundum Stoicorum opi-
nionem, addidit, quem spiritum vocat. Hunc, putavit, cun-
cta penetrare, & continere, & gubernare. An hic spiritus
idem sit, quem Stoici ἐκτίον. i. e. habitu positum vel compa-
ratum: ⁶⁶ an vero natura? quam spiritum esse, atque ignis
speciem præ se ferre, ⁶⁷ incertum est. Quantum spectat ad
ne-

[59] In introd. Galeni cap. viii.

[60] De different. puls. libr. xi. cap. xi. prope finem.

[61] Idem de diff. puls. libr. iv. cap. x.

[62] Libr. vii. cap. vi.

[63] Horum mentionem facit Gale-
nus de diff. puls. libr. iv. cap. v.

[64] Idem de Element. libr. i. cap.

xi.

[65] Ibidem. cap. xii.

[66] Vide cap. iix. Introduct. Ga-
leni, unde hæc contraxi.

[67] Ut habet Diogen. Laertius libr.
vii. prope finem. Auctor tamen In-

negotium generationis consentit cum Aristotele Athenæus ; statuit enim genituram non ex omnium animalis partium eliquatione , verum e sanguine tantum percocto produci. Deinde posuit , imo perinde ac pronunciatum quoddam ipsi est ; Fieri non posse , ut unum animal in se habeat utraque sui simile generandi principia , materiam puta & facultatem ; hæc duo enim ad generationem postulari , arbitratus est. Quibus positis & concessis , concludit sexui fœminino nullum semen genitale esse : sed fœminas materiam generationis , i. e. sanguinem menstruum ; at mares genuinum semen , vitalitate seu movendi facultate præditum , suppeditare duntaxat. ⁶⁸ Cæterum pneumatici antiquum dogma , omne febris genus ex putredine oriri , profitebantur. ⁶⁹ Rigorem dicebant totam esse affectionem frigidam , quapropter & eum facientis nomine appellabant. ⁷⁰ Pulsus statuebant , distentione juxta & contractione cordis arteriarumque perfici. ⁷¹ Quod superest , dolendum est sane , hujus sectæ scripta & dogmata interiisse. Sectatores ejus Galenus frequentissime omni laude cumulavit , honorificentissimeque appellavit ; viros nempe esse cum in cæteris , quæ ad artem pertinent , tum maxime in febrium contemplatione , minime contemnendos. ⁷² Agathinum nominavit virum non vulgarem. ⁷³ Is erat Herodoti præceptor , cui librum suum dicavit. ⁷⁴ Archigenis fit etiam honorifica passim mentio : ⁷⁵ & is erat in disputando longe pertinacissimus :

ta-
troducitur. Galeni operibus insertus cap. xii tradit spiritum esse , qui lapides continet. Eundem post paulo scribit in lethargico vel cardiaco affectu resolvi.

[68] Galenus de femine libr. ii. cap. v. & seq.

[69] Idem libr. i. cap. v. de different febr.

[70] Idem de palpit. tremor. &c. cap. x.

[71] Idem de differ. puls. libr. iv. cap. xii.

[72] Idem de differ. feb. libr. i. cap. v. Præterea aperte ingenueque fatetur,

se illis magna ex parte de doctrina febrium consentire , exceptis eis , quæ a medicis ephemeræ nominantur.

[73] Idem in libro , qui de typis scripsit. cap. iv.

[74] Idem de differ. puls. libr. iv. cap. xi. Galenus addit Herodotum apud Romanos in exercenda Medicina inclaruisse.

[75] Ut libr. iiii. cap. iv. de loc. affect. Galenus attestatur Archigenem in curandi ratione fuisse longe exercitatissimum.

statuebat enim civitatem potius, quam ullum sectæ placitum, prodendam. ⁷⁶ Proh hominum fidem, quæ fuit illa pertinacia, quanta vis amoris erga sectam. In religione tuenda quidem, fateor, constantiam, sententiæque perseverantiam laude dignam haberi; sed quotus quisque credit ulli medico, sententiam modo suam tuendi causa, tantam fuisse pertinaciam. Mitto temerariam, irrisione dignam, Archigenis jactantiam & perversitatem; semper æmulatores, semper propugnatores sectæ cujuslibet fuerunt, qui nihil, nisi quod suæ disciplinæ conforme, putarunt rectum. Quemadmodum Metrodorus nihil, nisi quod Asclepiades; & Zenon nihil, quam quod Herophilus; & Hermogenes nihil, quam quod Erasistratus; ita Herodotus nihil, quam quod pneumaticus aliquis invenit decrevitque, admirabatur & magni faciebat. ⁷⁷ Eadem posterorum sive Galenici, sive Iatrochemici, sive mechanici fuerint, conditio est. Sed ad propositum, abs quo declinavi, revertor.

XIV. Et Aretæus videtur Pneumaticorum, familiæ annumerandus. Perlegenti enim dicti auctoris scripta, a me propter fidelem, accuratissimamque diligentiam traditam, signorum morbi doctrinam, magni æstimata, nullo negotio innotescet, in ipsis offendi parilia, ut supra significavi. Ita Aretæus rationem daturus, quapropter mulieres sapius, quam viri nervorum distentione tententur, in medium profert frigidum; & quia illæ insimul natura humidæ, hinc eas præ viris crebrius ab hoc malo liberari. Verum senes cum maxime dicto vitio corripitur, in causa autem esse frigus pariter & ariditatem senectutis. ⁷⁸ Anginæ causam, existimat esse, spiritum solum, prava conversione in calidissimam siccissimamque naturam mutatum; nul-

[76] *Idem* de diff. puls. libr. II. cap. III. in fine. Proditionem autem, arbitratur, esse, si vera dicendo, dissentendum sit de his, quibus ea secta defenditur: putabat insuper, omnia sua decreta turbari, si aliquando vel in uno reprehendatur. Galenus d. I. de loc. aff.

[77] *Idem* de simpl. Medic. fac. lib. I. cap. XXIX.

[78] *Aretæus* de morb. acut. sign. & caus. lib. I. cap. VI.

nulla interim corporis parte aliqua inflammatione laborante.
⁷⁹ Quandoquidem puerorum corpora rara, humida, fluxa, atque crebrior eis, quam adultis, sit difflatio digestiove: hinc illa minus pleuritidi obnoxia: imo pleuritidis omnino experita esse. ⁸⁰ Vertiginis causam, ait, frigidam esse & humidam. ⁸¹ Asthmatis frigus, spiritum atque humidum esse causas: materiam vero, crassos atque intrinsecus abditos humores. ⁸² Morbi regii causam opinatur esse calidum fatigatum debilitatumve, quocirca id ipsum in acre atque igneum converti: omne autem humidum in bilem abire, seu transmutari: ignis enim ope id amarum fieri, & bile infici. ⁸³ De cætero reprehendit medicos, qui existimarunt jecoris tantum vitio hunc morbum provenire: contra putat Aretæus, posse aliquando vel ventriculum, vel lienem, vel renes, vel laxum intestinum. i. e. colon, causæ esse. Jecur dictum affectum producere, si quando aut phlegmone aut scirrho opprimatur. Meatibus itaque, per quos bilis ad intestinum fluit, dicto modo interclusis, bilem retro labi, cumque sanguine misceri; abs quo sanguine, bile infecto, inque cuncta membra diffuso, hæc colore bilis deinceps tingi. Porro arquatam etiam provenire posse, ratum habet, si ventriculi, si intestini coli, facultas concoquendi læsa fuerit: in primis vero concoctionem in colo effici, & ab ipso alimentum in usum jecinoris digeri. Et hoc modo putat posse etiam a cæteris visceribus, sive ea nunc alimentum hepatis suggerant, sive ab hoc accipiant, aurigonem oriri. Neque enim per canales duntaxat sensibiles; verum multo copiosius alimentum a Natura halitus sub forma per univèrsum corpus distribui. Etenim tales halitus, quia discurrere facile queunt, a natura per solidas perque densas partes dirigi.

XV.

[79] Ibid. cap. vii.	[82] Ibid. cap. xi.
[80] Ibid. cap. x.	[83] Ibid. cap. xv. Indidem ea ver-
[81] <i>idem</i> de diuturn. affect. sign. & causis. lib. i. cap. iiii.	ba, quæ sequuntur, ad compendium contuli.

XV. De Philareto, qui mihi videtur aut Galeno aequalis, aut ætate non multum posterior, (citat enim Galenum) ⁸⁴ mihi dubium est, utrum Erasistrati assæcla, an Athenæi? Scribit quidem, in diastole attrahi substantiam quandam arteriæ, quare intra explicatam arteriam refrigerans aër, vitalem refocillans firmitudinem, ingrediatur, & inde animalis spiritus oboriatur: in systole vero, convenientibus ad centrum extremis arteriæ, id quod ex humorum digestionem in toto corpore, tanquam fumosum excrementum est contractum, eliminari, excernique. ⁸⁵ Item arteriam esse aëris & spiritus naturalis copiosioris, cum modico admodum sanguine mixti, receptaculum: venam vero sanguinis, cum exigua naturalis spiritus portione confusi, receptaculum. ⁸⁶ His dictis tamen non efficitur auctorem memoratum fuisse sectatorem Erasistrati, quia Erasistrati credebant nihil quicquam sanguinis in arteriis in statu corporis naturali contineri, sed merum spiritum. Quandoquidem vero alio loco ⁸⁷ tradit arteriarum pulsus in primis vim caloris frigorisque in spiritibus significare; existimarem potius hujus generis dictionem pneumaticorum similem esse. Horum quippe mos erat omnimodum corporis humani statum per qualitates primas, perque spiritum explicare.

XVI. Concedatur laus veteribus pneumaticis: hos tamen, si reviviscerent, existimo, Wirdigium, seculi præteriti scriptorem, in loco Coryphæi habituros: Is enim nil nisi spiritus peperit. Dabo præcipuorum dogmatum & positionum breviarium. Cælos, Wirdigius credit, esse meros spiritus, seu corpus subtilissimum atque tenuissimum. ⁸⁸ Aërem, quippe spiritus est, necessario sentire: ergo etiam ægrotare; eundemque laborare hyeme febre algida: vere, intermittente; & æstate, febri calida continua cum exacerbatione caloris. ⁸⁹ Atomos, quia maxime sunt agiles, appellat spiri-

[84] Cap. ix.
[85] Idem cap. ii.
[86] Idem. cap. iii.

[87] Cap. x. vide etiam cap. vi.
[88] Lib. i. cap. iii.
[89] Ibid, cap. vi. & §. 4.

spiritus. ⁹⁰ Hominis spiritus, ait, esse corpus vivum subtilissimum, tenuissimum, calidum mobileque, a subtilissima maximeque sincera sanguinis parte secretum. Spiritus autem *minerales*, salinos puta, quos etiam peregrinos vocat, rotundos quidem in superficie esse: verum tamen, quia Terræ filii sunt, atque ab ejus phantasia generati, idcirco illos esse hirsutos, hispidos, fenticosos, aculeatos. ⁹¹ Affectiones spirituum naturales & præter naturam enumerat adeo multas, ut nihil supra ⁹² Temperare tamen mihi non possum, quin lepidam auctoris argumentationem, qua probare conatur ideas esse spiritus, Lectori exhibeam. Ita argumentatur. Quodcunque spiritu subtilius est, hoc est spiritus. Ideæ sunt spiritibus longe subtiliores. Ergo spiritus sunt. Spiritus constant igne & humore pingui, idea non. ⁹³ Ipsum corpus humanum, dicit, sine spiritibus, nec sanum esse, nec dici posse. ⁹⁴ Catarrhi causam esse spiritum frigoris: eum enim & fugare & necare spiritus calidos; quibus fugatis insequi colliquationem alimenti. ⁹⁵ Tarantulam, postquam hominem pupugerit seu icerit, communicare cum homine ideas saltatrices: canem rabidum, complures caniculorum ideas: cujusmodi subinde in saliva inque urina conspectas. Præterea hoc ipsis

[90] Ibid. cap. VIII. §. 6.

[91] Ibid. cap. XVI. §. 1. & 2. Efficitur autem spiritus hujusmodi, quia a terra, quæ suos habet montes, cautes, scopulos acuminatos & prominentes, tanquam a matre, nati sunt.

[92] Sunt autem affectiones spirituum naturales, ut eæ libr. I. §. 12. & 13. ab auctore enumerantur. 1. Vita seu vividitas, vigor, sensatio, vis generandi, vegetandi, sese multiplicandi in infinitum, creandi ideas. 2. Subtilitas, tenuitas, teneritudo, penetrabilitas, pernitas, homogeneitas, simplicitas, puritas, serenitas. 3. Caliditas, igneitas, lumen, luminositas, pelluciditas, claritas, radiatio, illuminatio.

4. Nobilitas, levitas, circulatio, irradiatio, velocitas, influxus, extensio, robur, activitas. 5. Humiditas, dulcedo. Præter naturalis spirituum constitutio. 1. In qualitate, & quidem in densitate, spissitudine, crassitie, nigrore, obscuritate, tenebricositate, partim in impuritate, & aciditate. 2. In quantitate aucta vel imminuta. 3. In motu concitato & motu imminuto, motu organico intumescens iracundia, motu enormitico, & tandem motu trepidationis, vibrationis, convolutionis.

[93] Ibid. cap. XII. §. 5.

[94] In Proœmio. libr. I. §. 8.

[95] Ibid. cap. IX. §. 10.

ipsis peculiare esse, ut habeant, fermenti instar, multiplicandi sese potestatem. ⁹⁶ Adhæc hydrophobiam esse symptomata: morbum vero esse de genere febris ardentissimæ, ortum ex spirituum igneorum flagrantia, incendio, seu nimia qualitate ignifera: hac de causâ etiam spiritus igneos, ratione naturæ igneæ, aquam naturaliter averfari. Quapropter autem submersio hydrophobicos plerumque sanet; hanc ejus rei rationem, ait: nempe, sicut copia aquæ seu diluvium, ignis incendium: ita submergendo hydrophobicum, spirituum incendium, & una ideas furibundas caninas, mordaces, invidiosas extingui, obliterari, suffocari. ⁹⁷ Pestem talem Wirdigius longe omnium atrocissimam judicat, quæ ex putredine in conflictu quodam occisorum ac insepulcorum oritur. Ratio ipsi in promptu est hæc. *Miasmata* pestifera, credit, esse spiritus, ex cadaveribus militum, in ipso iracundiæ furore occisorum, egressos, in aëre fluctuantes, ab aliis attractos, furorem vindictamque retinentes, eamque exercere desiderantes. Et quia animum, indolem, vindictam, & occidendi furorem, in corpora, in qua migrarunt, exerunt, ideo spiritus hujusmodi vocari a nobis occisores. ⁹⁸ *Metempsychosin* nihil aliud esse, quam circuitum & transmigrationem spirituum vegetantium in animantia, & animantium in animalia & animalium in homines, & hominum brutorumque in aëreos, & aëreorum in terram, & terrestrium iterum in vegetantia. ⁹⁹ *Necromantia* auctores, superstiosè credit, esse cadaverum spiritus frigidos, & ab his totam istiusmodi divinationem dependere: adde ex hac inveniri posse Medicinam hæctenus incognitam, ad coercendos spiritus morbosos, *enormonticos*, copia, caloreque atque orgasmo, omnifariam corpus humanam afficientes. Conjectat insuper spiritus hujusmodi frigidos, forsan esse nigros tenebricososque; quoniam facultatem habeant spiritus corporis

[96] Ibid. cap. xxiv. §. 21. 25.

[97] Ibid. cap. xxviii. §. 26. 28.

[98] Ibidem §. 16.

[99] Hanc esse rerum naturalium pe-

riodum, circulum initio & fine carentem, antiquorum serpentem gyratum, se ipsum mordentem: caudamque suam devorantem. *Ibid.* cap. xxi. §. 8.

ris humani radiantes coruscantesve extinguendi. O delirationem incredibilem! O lepidas anilesque fabulas! Dolendum sane, quod homines non vulgaris eruditionis vitam in ejusmodi fabellis fingendis transigant. Et quod magis est, tunc demum se sibi applausum conciliaturos existimant, si stylo sæpe sapius tropos; & hos inter cumprimis catachresin & hyperbolem, inferuerint.

XVII. Cl. Majow, quamvis singulares de spiritibus opiniones habeat, mihi videtur pneumaticus dicendus. Etenim spiritus nitro-aërei, ab ipso primum evulgati, ope annitur omnis generis corporis actiones explicare. Pauca modo ex hoc deprimam, ut B. L. quoddam ejus doctrinæ specimen habeat. Motum musculorum, statuit, ab effervescencia particularum nitro-aërearum & salino-sulphurearum, in motum perniciosissimum una erumpentium seu ruentium, concitari; has asserit a sanguine separari: at illas a cerebro proflire, atque esse ipsos spiritus animales; particulas autem nitro-aëreas spirituum animalium indoli valde similes, ex hoc argumentatur, quia subtilissimæ, agiles, distensusque capaces sunt. Spiritibus itaque animalibus i. e. spiritu nitro-aëro, pro animi arbitrio e cerebro in partem movendam, prodeuntibus, inibique particulis salino-sulphureis occurrentibus non posse, quin fibrillarum contractio fiat, & partis istius commotio. Igitur spiritus nitro-aëreus particulis sulphureis commixtus, motus corporis velocissimi, & nonnunquam plane ignei, auctor est. Idem spiritus a consortio particularum sulphurearum liberatus, maxime corporis quietis, ut asserit, causa est. Sudorem esse falsum, autumat, quia particulae nitro-aëreæ & sulphureæ una cum latice seroso foras in cutem populæ, eandem acrem & penetrantissimum reddunt. Et, ut breviter & summatim dicam, utramque paginam facit spiritus nitro-aëreus, eo nihil mobilius est, nihil tranquillius. ²

XVIII.

[1] *Ibidem* cap. x. §. 10.

[2] Vide ejus tractatum, hujus spiritus gratia, in lucem editum: ut & ejus libellum de motu musculorum.

XVIII. Commemorant veteres etiam *Episyntheticam* & *Eclecticam* sectas; sed, licet de his anquisiverim, invenire pervolvendo varios auctores non potui, quo effici possit alterutrius doctrina: Dabo nihilominus sectæ utriusque reliquias passim inventas. Sectæ *Episyntheticæ* (quod vocabulum latine reddunt super composita secta) alius Agathinum, ³ alius Leonidem Alexandrinum, ⁴ asserit, auctorem esse: vocabatur etiam *Heëtica*, i. e. habitu comparata: si Agathinus fuerit princeps disciplinæ, videtur mihi is in quibusdam placitis a Pneumaticis dissensisse. Hic enim, ut paulo ante præfatus a Galeno in familia Athenæi habetur: ⁵ sin vero Leonides, autumo, eum a Methodicis dissensisse; siquidem, cum Lethargum finiverit esse obstructionem secundum vias membranarum cum furore mentis, atque febre & moestitia, ac pressura & pulsu magno, more Methodicorum fere locutus est. ⁶ Cæterum Leonides admittebat causas tam obscuras, quam evidentes: cum e diverso Methodici omnia, in corpore oborta, mala per communitates suas explicarent tantum. Assertionem meam possum auctoritate *Ætii* ⁷ confirmare. Is, capite de Hydrocephalo, locum e Leonida habet, ubi hic affectionem, ait, oriri, vel a causa obscura, *localibus* utpote vasis sua sponte rarefactis, & aquosa in ipsis *essentia*, quæ cum sanguine permixta erat, depulsa, inque unum locum congregata: vel e causa manifesta, vasis nimirum *localibus* ex plaga aut contusione ruptis, & sanguine in ipsis effuso, postmodum rarefacto, atque in *essentiam* fæculentiam aut cruentam dissoluto. Superfunt quidem penes dictum *Ætium* alia loca e Leonide excerpta; verum, quoniam in his cum maxime agitur de curationibus, ad Chirurgiam in primis spectantibus, sine expositione causarum affectus quoslibet pro-

[3] Ut auctor finition. cap. 11.

[4] Ut auctor Introduct. Galeno adscriptæ. cap. 111.

[5] Ast. *Cel. Aurelianus* lib. 11. cap.

x. acutor. mort. Agathinum & Archigenem refert. inter Methodicos.

[6] *Cel. Aurelianus*. Celer. pass. libr. 11. cap. 1.

[7]

producentium, hanc ob causam iis supersedeo.

XIX. Quemadmodum Leonides forsitan a Methodicis defecit, sine dubio fuit eadem conditio Archigenis ⁸ Ecclesiæ sectæ conditoris, quem paulo ante etiam in Pneumaticis annumeravi. Evenit fortassis, ut quædam ipsi displicerent Athenæi placita, unde occasionem captavit peculiaria tradendi dogmata. Cujus generis autem hæc fuerint, apparebit ex quibusdam locis a Galeno citatis. Sensum eorum, quantum possum, compendifacium reddam. Dolores capitis sine inflammatione obortos, vinculum, quod barbaricum appellat, arceret. Vasis etenim vehementer compressis prohiberi in ipsa incurfionem. In *sphacelode* Hemicrania arteriam primo affectam, eandemque inducere dolorem pulsantem perfultantemque, adipifcique formam rotundam ac horrorem excitare. Nervos, in describendis dolorum signis pergit Archigenes, subinde intortos distendi, indurarique, hinc inde inferri dolores torpentes, dura distentione cruciantes; quin & profundos infixos, angustiae plenos, &c. membranas in latum discurrentes excitare inæquales dolores, habereque illas interdum simile quidpiam *hemodia* propter transmissionis asperitatem: superficies & membranas in media carne contentas, si afficiantur, inferre dolores dilaniantes. Dolores a perioftio dependentes proinde affligere ac si in ipsis ossibus confisterent.

⁹ Supersedeo cæteris, quia uberius ac fufius dicta sunt, quam
ut

[7] Tetrabibl. II. Serm. II. cap. I.

[8] Cujus Præceptorem Agathinum fuisse memoriæ prodidit Ætius tetrab. I. Serm. III. cap. CLXXII. Narrat de Archigene, quod is Agathinum ex vigiliis delirantem, confestim a vigiliis ac delirio liberaverit, capite ejus multo calido oleo irrigato.

[9] A venis graves & detrahentes, & æqualiter infartos dolores excitari. A carne, & fufos & laxiores, quapropter non adeo extendi videantur; sed agro-

rantem arbitrari, quasi sensu asperis quibusdam rebus impleatur. Musculi carnem & nervos, imo etiam arterias, proprietatum misturam in doloribus referre, & efficere frementes, & late se distendentes, ac stupide pulsantes, dolores. Ex reliquis vero ulcerofum dolorem, & in ulceribus leviter acutum, & maxime dulciorem, qui pruriginem inducere potest, pertinere ad superficiem. Puncturium profundas partes infestare: infixum, cum ad sinus accesserit: stimulantem,

ut a me breviter describi possint: indicari enim istis censebat, quomodo ex dolorum differentiis partes affectæ inveniri queant. Utitur tamen aliquando vocabulis, magis aptis ad saporem, quam dolorem, exprimendum, qua de causâ etiam a Galeno fusc perstringitur. Alibi asserit, Archigenes actiones quasdam lædi, illæsa ea corporis particula, quæ ipsis deputata est. ¹⁰ Principatum animæ in corde esse. ¹¹ A vaporibus calidis & acris ad caput delatis, & animale in cerebro spiritum evertentibus, ducit, primum hebetudines quasdam oculorum fieri; postea etiam aurium sonitus assiduus, & gravitatem auditus; augescente autem affectione, & oculorum obscuritatem, & vertiginem. ¹² Insaniam quidem citra febrim, sed fieri multo sanguine non putrefacto ad cerebrum confluyente: eundem aliquando purum esse, & multitudine solum affligi, velut in ebriis: aliquando autem ipsi flavam bilem esse admixtam. ¹³ Postquam omnes nervi sensum perinde & motum amiserint, siderationem appellari affectionem: si vero id in parte siue dextra siue læva acciderit, vocari re-

partim eorum, quæ in loco sunt, aliquid affectum esse, declarare, partim contra, utpote eum, qui haudquaquam profundas partes occupat: lacerantem autem esse, qui in sinu quodam consistit. Hæc Galenus de loc. aff. libr. II. cap. VII. Capite octavo Archigenis variorum corporis viscerum dolorum singularium descriptio traditur. Scilicet Hepatis dolorem esse *holcimon*, i. e. *tractorium*, & inhaerentem, & torpidum & atrocius molestantem. Splenis non esse acutum, sed & gravitatem simul & extensionem habere, atque similem videri ei, qui ad elisionem quidem atque expressionem, sed extrinsecus incumbentem renitatur. Renes & austeros dolores inducere, & cum permanente adstrictione pungentes vesicam vehementer adstringentibus affici doloribus, atque

intensionibus punctoriis. Uterum autem acutis, persultantibus, pungentibus, dissendentibus, in modum torminum incenditibus. Eum vero taliter dolere, quia ex huiusmodi mixtione natus sit: ideoque etiam proprietatis ambiguitatem inducere.

[10] *Idem* de affect. locor. notit. libr. III. cap. I.

[11] *Ibid.* cap. IV.

[12] *Aetius* tetrabibl. II. serm. II. cap. VII. Quod autem aliquis trochum, vel aliam rem gyrantem aspiciens, vertigine corripiatur in causâ esse, quod spiritus *visvus* ad trochum, qui circumvolutatur, allabens moveatur, & simul cum illo circumferatur, atque sic inæqualem, & turbulentum, ac inordinatum humorum & spiritus motum efficiat.

[13] *Ibidem* cap. VIII.

[14]

resolutionem. Oriri autem affectionem hanc a copia humorum viscidorum atque crassorum, nervos obthurantium. ¹⁴ Cœliacæ passionis causam esse assiduas ciborum corruptiones, & perigrinorum usum eduliorum; eandemque vero eo magis oboriri, quo magis seu frigus, seu vehemens ardor insitit. ¹⁵ Calculos renum a jugi cruditate generari, atque in primis a copia materiæ crudæ congregata, & ardore circa renes & vesicam exorto, humores istiusmodi assante vel torrente, inque lapidem indurante; pari fere modo ut topi, in aqua reperti, in æreis præsertim balnearum vasis, excoqui assoleant. ¹⁶ Hemitritæum ponit in numero intermittentium, atque ducit illud a tertia & quotidiana ortum: cum contra Agathinus id inter tertianas, a quibus sola accessionis vehementia differat, retulerit. ¹⁷ Plerisque morbis duo esse tempora, in altero vigorem seu statum, inque altero ejusdem declinationem, posuit: medio interim tempore, morbi videlicet incremento, omisso. ¹⁸ De cætero copiosus admodum est in medicamentorum compositione, eorundemque virium traditione. Fragmenta plurima etiam nunc reliqua sunt penes Galenum, Oribasium, Ætium, &c.

XX. Venit mihi in mentem Posidonius: non iste Philosophus, cujus Cicero meminit, quemque familiarem suum appellat; ¹⁹ sed is, quem Archigene, ævo Trajani claro, po-

[14] Ibidem cap. xxviii.

[15] *Idem* tetrabibl. iiii. Serm. i. cap. xxxvii. Non dissimile dicto affectui tradit causam volvuli, quem oriri dicit propter continuam ciborum corruptionem: præsertim si multi, si vari, si insueti, & inter hos cum maxime carnes pingues ingerantur. Subinde etiam plagam mundi in causa esse: quandoque copiosam frigidæ potionis potationem; interdum oboriri intestino, in scrotum una cum stercore, delabente; quod si inde violenter retrudatur, inflammatione ex facili affici: aliquando etiam dictum

affectum progigni ob veneni potionem, ob induratum ilercus, circa lactes impactum, in uno loco dolore innitente, ut admota manu durities tactui succumbat, quem affectum veteres *Chordapson* vocasse *ibid* cap. xxviii.

[16] Ibidem. Serm. iii. cap. xv.

[17] *Galenus* de differ. Febr. libr. ii. cap. x.

[18] *Idem* de morbor. temporib. cap. ii.

[19] Vide libr. iiii. Tuscul. Quæst. &c.

steriorem conjecto, quia solet ab Ætio pone Archigenem collocari: imo Posidonius citat Archigenem, quod non fieri posset; nisi fuisset posterior, vel saltem æqualis illorum temporum. Et quoniam insuper utrorumque sæpenumero sub eodem capite fit mentio, quid vetat statuere, utrosque de doctrinæ præceptis congruisse, atque Posidonium Ecclēcticæ disciplinæ, cujus princeps erat Archigenes, sectatorem fuisse. Dabo quædam ejus doctrinæ placita. Anteriore cerebri parte læsa, statuit, imaginationem solum lædi: medio autem cerebri ventriculo læso, rationem perverti: posteriore vero circa occipitium parte læsa, perire memoriam, & cum ipsa etiam duas reliquas facultates. ²⁰ Carum oriri, autumat, frigidis & humidis humoribus cerebrum occupantibus. ²¹ Coma vero, vaporibus calidis & humidis e subjectis partibus ad caput delatis, ac ipsum implentibus. ²² Morbum, quem Medici incubum appellant, non esse daemonem, sed procerium & prænuncium morbi comitialis, aut infaniae, aut siderationis. Affectum vero oboriri, si quando ventriculi cerebri vaporibus & crassis, & frigidis impleantur, prohiberi tunc, quo minus nervi munere suo perfungantur. ²³ In convulsione, & morbo comitali, censet, principium nervorum lædi, a re infestante & molestiam exhibente. Namque prout stomachus, aut alimenti copia gravatus, aut ab acri humore vellicatus, non solum singultum, sed etiam convulsionem excitat: similiter principium nervorum, atque stomachus, ejusmodi motionem enormem concitat, dum rejicere conatur, quicquid tandem fuerit id, quod e parte primitus affecta ad ipsum affertur. ²⁴

XXI. Dionysius Ægeus, cujus Photius mentionem facit, mihi videtur fuisse Sophistes, sic enim appellantur hi, qui aut ostentationis aut quæstus causa philosophantur: aut Pyrrho-

[20] Ætius. tetrabibl. II. Serm. II. cap. II.

[21] Ibidem cap. V.

[22] Ibidem cap. VI.

[23] Ibidem cap. XII.

[24] Ibidem cap. XIII.

rhoniorum aliquis. Nam Theses, quas protulit, non modo in disceptationem quæstionemque vocavit, sed de his, in contrarias partes disputavit, similiter ac id positum erat in more institutoque Pyrrhoniorum. Sextum Empiricum, si modo ætate non prior fuerit, videtur fuisse imitatus. Superfunt quidem ejus proposita, quæ in quæstione versabantur, sed argumenta, quæ in partes contrarias attulit, injuria temporum deperdita sunt. Tradam ipsas summas propositorum. Venarum principium est cor vel hepar vel ventriculus. Cor emittit sanguinem. Cor non sanguinem emittit, sed arteriæ potius ipsum attrahunt. Cor a se ipso movetur. Cor est arteriarum principium vel pulmo. Arteria illa, quæ juxta dorsi spinam sita, arteriarum principium est. Sanguis naturaliter arteriis inest, & arteriæ non sunt sanguinis receptaculum. Vasa omnia summo simpla sunt, imo plicata atque involuta in Vasorum principium sunt meninga. Exterior cerebri pellicula, quæ in cavitate est, principium est nervorum. Per nervos sensus & motus animanti sunt. In corde non est vis intelligendi sed in capite, aut in medio cerebri ventriculo. Duplex quædam in stomacho est efficientia. Edendi bibendique appetitus per univèrsum corpus diffunditur. Non ita se habet, sed est in stomacho: nec ita, sed situs est in imaginatione. Ex humorum inopia nascitur sitis. Glaucedo ex eo nascitur, quod alimento suo meatus visui inserviens destituatur. Eadem oboritur ob sanguinis in dictum meatum, illapsum: aut ob humidorum crassitiam atque exhalationem. Phrenitis fit per distensionem meningis sanguinisque corruptionem: aut ab caloris excessu; aut ab inflammatione. Lethargus fit ex inflammatione; aut per distensionem corruptionemque. Lethargus non ob multitudinem sed ob qualitatem eorum, quæ exhalantur, accidit. Pharmaca per corpus divisa purgant. Non est utendum medicamentis purgantibus. Vomitus procreatio nihil prodest. In morborum incrementis clysteres sunt utiles. In morborum initio unctionibus non est utendum. Caput ca-

raplafmatis curandum. Balnea febricitantibus ex usu sunt. ²⁵

[25] Hæc e Photii Biblioth. codic. | genitili memoravi supra Dissert. iv.
 clxxxv. & cxxs. cæteras theses, ut de | pag. 44. & lxxi. pag. 60.
 concoctione ciborum, & de femine

DISSERTATIO XVI.

DE

Placitis Galeni.

I. **G**alenus ab ephēbis liberalibus disciplinis enutritus ¹ gentilem quidem Religionem profitebatur; verum non adeo tardi erat ingenii, ut crederet plures, sed unicum universi Conditorum. Existimabat insuper in hoc sitam esse veram cujusvis pietatem, non ut ei plurimæ taurorum hecatombæ sacrificentur; neque cassæ aliaque sexcenta odoramenta, ac unguenta, suffimigentur; sed si ipse Dei cultor noverit primus, deinde & aliis exposuerit, quænam sit illius Sapientia, quæ virtus, quæ bonitas.

II. ² Ex instrumentis, quibus res quæpiam invenitur, putat hæc duo sufficere, rationem nempe atque Experientiam. ³ Quod autem ad ullius artis scientiam acquirendam pertinet, neminem, arbitratur, hanc nancisci posse, nisi & methodum quandam habuerit per universalia vocata theoremata, & in singularibus se exercuerit exemplis. Neque enim fieri posse, ut multiplici in quibusvis ægris singulatim instituta exercitatione, quod ex usu sit, fiat; neque sine universalium

co-

[1] De his lege cap. x. libri de cognosc. | usu part. corp. hum.
 curandisque animi morbis. *Galeni.* | [3] Ita in libr. de curand. rat. per
 [2] Tam pie sensit libr. lxxi. cap. x. de | sang. miss. cap. lxxi.

[4]

cognitione exercitatio probe procedat: methodum enim in universalibus, at exercitationem in singularibus, consistere. ⁴

III. Elementum, quoniam sit minima pars ejus, cujus sit elementum, ⁵ censet, sensibus externis non judicari. Et tale, quia simplicissimum est, atque remotum, ægre investigari posse: ideoque vult tradi oportere, tamen quodammodo composita sint, propinquiora corporum quorumlibet elementa, quæ etiam ab ipso principia aliquando appellantur; ⁶ quorum in numero autem ponit ignem, aërem, aquam atque terram. Cæterum differentiam ponit principium inter & elementum, ac autumat principia non necessario in idem genus coire cum rebus, quarum principia sunt: elementis sinceris vero necessario idem genus esse. ⁷ Præter hæc suam cuique elemento corporum tribuit qualitatem, ut igni calidam, aëri frigidam, aquæ humidam, & terræ siccam. ⁸ Hujusmodi qualitates vulgo appellantur primæ, & alibi a Galeno habentur tanquam communia omnium corporum elementa: proxima autem animalium elementa statuit esse sanguinem, pituitam, atque bilem tam flavam quam atram ⁹.

IV. Memoratae qualitates primæ vocantur quoque a Galeno simplices, ac persuasum habet eas inter se plurifariam commixtas, qualitatum compositarum, alias secundarum, elementa esse. ¹⁰ Partitur autem has compositas in genera qua-

[4] Hæc in libr. ix. cap. vi. Method. Med.

[5] De Hippocr. & Platon. dogm. libr. viii. cap. iv.

[6] Vide libr. i. cap. i. & seq. de elementis.

[7] Ibid. cap. iix. xiii. & in libr. de Nat. Hum. Comm. i. §. iii. scribit fere hoc modo, licet principia etiam elementi vocabulo nuncupari queant, tamen, ut ne confusio rerum fiat, elementi vocabulo significandam, sensit,

minimam totius rei particulam: ast principii, particulam minimam, quam ne mente quidem in minores partes partiri valeamus. Quæ cum ita sit, non inficiatur, nos sincera simplicissimaque corporum principia revera demonstrare non posse; nimirum ut sensuum adminiculo de eorum simplicitate aliquis judicare possit.

[8] Ibid. libr. i. de element. cap. xiii.

[9] Ibid. libr. ii. cap. i. & Meth. med. libr. vii. cap. iii.

[10] Ibid. de Elem. lib. i. cap. xiii. de

quaterna, secundum quosdam sensus externos, ut (1) in numero qualitatuum saporis habet adstrictum, austerum, acerbum, amarum, salum, acre, insipidum, dulce & pingue: (2) in numero visus, omnis generis colores: (3) in numero odoratus, omnimodos odores: (4) in numero tactus, durum, molle, friabile, lentum &c. ¹² Compositionem autem harum qualitatuum non vult in eo fitam esse, ut elementa frustulatum compingantur, ac ita sese attingant, sicut quondam Empedocles docuit; sed Hippocratem, primo *craseos* seu temperamenti vocabulo usum, sequitur; elementa utpote invicem commiseri. ¹³ Hæc elementa, quomodocunque invicem mixta fuerint, in causa esse, ut unaquæque animalis particula propriam actionem edat, & quælibet ab altera distincta sit: provenire enim hoc, quia particula alia alia sit aut calidior, aut frigidior, aut siccior, aut humidior: aut quod binis sit affecta simul qualitatibus. ¹⁴

V. Homini credit esse corpus divinum atque optime ad animæ rationalis potentiam seu facultatem comparatum: cum e diverso simiæ propter animam ridiculam corpus sit etiam ridiculum. ¹⁴ Membraturam autem, seu positionem quarumcunque partium solidarum corporis humani nonnisi adminiculo Anatomæ addisci posse, ecquis ibit inficias? verum tamen omnes minutias corporis anquirere velle, existimat, non redundare ad aliquem Medicinæ fructum. Exempli gratia, si alicui esset animus percipiendi musculos linguæ, quoteni reperiantur, quæve forma singuli sint dotati: itidem quot membranæ singulis cordis orificiis sint; quot venæ id ipsum nutriant, aut unde quomodove procedant, aut quo pacto

de compos. medic. per genera. libr. v. in Præf. & de simpl. medic. facult. libr. v. in Præf. Harum qualitatuum mentio facta est supra Dissert. vi. pag. 83. & seq. ubi copiose & abundanter de his differui.

[12] *Ibidem* §. 14.

[14] i. e. calida & sicca vel calida & humida, vel frigida & sicca, vel frigida & humida. vide libr. XI. cap. III. de Meth. Med. & alibi.

[14] De usu part. corp. hum. lib. XII. cap. XI.

[11] Vide ejus comment. in lib. de Nat. Hum. Hipp. §. 6.

pacto nervus diffusus ex paribus illis, quæ a cerebro deorsum feruntur, eidem inferatur. Hæc & similia, statuit, non ex usu Medicinæ, sed curiosum potius esse ea scire vel-
le ¹⁵.

VI. In animalibus sensus, triplicis generis compositionem reperiri. Primam esse earum partium, quæ similes appellantur, veluti arteriarum, venarum, nervorum, ossium, cartilaginum, ligamentorum, membranarum & carnis: alteram instrumentalium, ut cerebri, cordis, pulmonis, hepatis, &c. Tertiam totius corporis ¹⁶.

VII. Inter quatuor corporis humores sanguinis maximam copiam adesse, eundemque esse generationis nostræ quasi materiam. Et gignimus ex ipso, ait, dum in utero concipimur, primamque formationem adipiscimur, editique in lucem deinceps formatorum membrorum distinctam applicationem, incrementum & perfectionem inde accipimus. In infantia lacte, ex sanguine ortum habente, educamur: deinde iisdem, quibus adulti, cibis vescimur; ex quibus rursus sanguis, pituita, & utraque bilis genera existunt. ¹⁷ Quantum vero ad ipsam sanguinis compositionem pertinet, statuit, hanc non e secundis, velut Plato sensit; sed e primis, qualitibus originem ducere. ¹⁸ Reliquos corporis humores, juxta ac si tantum amandationi extra corpus destinati, imo excrementa essent, considerat ¹⁹.

VIII. Partes corporis animalis, autumat, non fieri omnes simul, sed aliquas prius, aliquas posteriorius, consistere. ²⁰ Cor esse vitæ principium, ²¹ & cæteris corporis partibus seu ca-

lo-

[15] Ex adverso satis esse cognoscere, a quibus musculis extendatur brachium, cubitus, femur, tibia & pes: a quibus rursus inflectatur: quinam in obliquam singulas partes enumeratas circumgant, quotque unamquamque nervi perreptent, unde progrediantur, quemve sint nati situm: adhuc ubi vena, aut arteria insignis, ubi parva substrata sit. vide lib. 11. cap. 111. de Anatom. administrat.

[16] De different. morbor. cap. 111.

[17] Lib. VIII. cap. vi. de Hipp. & Platon. dogmat.

[18] Ibidem cap. VII.

[19] Libr. 11. cap. VIII. de temperam.

[20] Vide libellum ejus, hujus questionis ergo conscriptum.

[21] De usu part. corp. hum. libr. XIII. cap. x.

lorem, seu frigus suum impertiri. ²² Procreari autem id viscus a spiritu & sanguine arteriarum: a corde autem iterum produci arteriam aortam, a sanguine vero procreari jecur, & hoc deinde venarum esse primordium. Cerebrum esse nervorum principium, atque id generari ex solo semine, & cerebrum postea medullam spinalem velut truncum quendam producere. ²³ Ventriculum, cui quatuor esse facultates attrahendi videlicet, retinendi, alterandi & excernendi, alimenta assumpta in chylum elaborare; hunc a venis meseraicis exceptum perferri ad hepar, ubi eundem in sanguinem mutari, fierique sanguinis purioris a fecibus secretionem, vesicula interim bilis id, quod leve & flavum supervacuum recipiente: splene vero, quod crassum limosumque est, attrahente. Chylum, si prius ab eo dicta duo excrementa fuerint separata, & is beneficio innati caloris exactam fuerit adeptus coctionem, statuit, inchoare tum rubescere, induereque naturam sanguinis; quem a vena maxima exceptum in utramque animalis partem, sursum nimirum & deorsum, in usum nutritionis circumferri. Fluo-rem vero esse sanguini respectu aquae admixtae; imo, quod magis est, hanc esse causam, ut particulae nutrientes angustissimos quosque partium nutriendarum poros adire valeant; ac tantum, quantum pro nutricatu necessarium, relinquunt. Sanguine istiusmodi particulis, crassioribus puta vel parte fibrosa, privato (aquam etenim nutritioni ineptam esse) non posse, quin is, propter copiam scilicet aquae ipsi admixtae, justo fiat tenuior, atque adeo ad alium oeconomiae animalis usum inhabilis sit. Quale incommo- dum vero ut tollatur, adesse renes, qui tenuem humorem, in sanguine abundantem, fecernant, eundemque postmodum ad vesicam urinariam amendant, indidem foras excernendum. ²⁴ Crassum nigricantem quodammodo sanguinem, ar-
bi-

[22] De curand. rat. per. sang. miss. cap. v.

[23] Libr. 1. cap. x. de semine.

[24] Haec e Libro IV. cap. I. II. III. IV. V. VI. & VII. de usu part. corp. human. contrazi.

[25]

bitratur, si propter febrem *phlegmonodem*, aut putredinem incaluerit, transmutari atram in bilem. Huic potentiam esse terram quamvis corrodendi, quod cum fiat, attolli omnes partes sursum; actionem autem ejusmodi vocari subinde fervorem, subinde fermentationem; pari modo ut idem effectus cernitur in aceto, terræ cuiusdam affuso. Ob similitudinem itaque efficientiæ veteres ejusmodi humorem appellasse acidum, perinde atque bilem pallidam, iidem amarum nominarunt. ²⁵ Humorem corporis natura frigida atque humida præditum Praxagoras vitreum: alii *scindapsos*: Galenus autem appellat pituitam. Ejus vero tria genera esse, unum saporis esse dulcis, alterum salis, acidi tertium. A vario horum in corpore dominio seu exuperantia multimodas febrium differentias originem ducere ²⁶.

VIII. Respirationis negotium bifarium, inspirando puta & expirando, peragi; alterum refrigerandi seu ventilandi, alterum fuliginosam extra corpus materiam deducendi, causa. Duplicem inde corpori impertiri utilitatem: alteram in eo positam esse, ut innatus calor, exacto aëris per asperam arteriam in pulmones ingressu, fartus tectusque conservetur: alteram vero, ut spiritus animales ex aëre, per nares ad cerebrum delato, nutrimentum capiant ²⁷.

IX. Licet Galenus interdum vocabulis spiritus, & aëris promiscue usus fuerit, ²⁸ videtur tamen mihi videre differentiam

[25] Method. medend. libr. xv. cap. 1x.

[26] De differ. febr. libr. 11. cap. vi. Et comment. 1. de Nat. hum. §. 32. Inesse autem & hoc pituitæ generationi, scribit Galenus libr. 111. in aphorism. Hipp. 12. ut, quæ ab intenso frigore efficitur, evadat acida: quæ vero a calore, caput replente, salia: a modico autem frigore, dulcis, vel nullius manifestæ qualitatis confors. Et de nat. fac. libr. 11. cap. 1x. dicit, quod ea pituita, quæ dulcis est, salutaris sit ani-

manti, & naturalis: acida, omnino cruda. & salia, putrida. Cæterum inter dictos humores, Galenus libr. de inæqual. intemp. cap. v. sensit bilem flavam natura calidissimam: pituitam vero frigidissimam, esse. Sanguinem deinde respectu caloris ad bilem flavam, & atram bilem, frigoris ratione ad pituitam, proxime accedere.

[27] De utilit. Respir. cap. ultim. & caus. respir. cap. 1.

[28] Ut libr. 1. de differ. febr. cap. 1. §. 2.

tiam aliquam spiritum inter & aërem. Alibi enim ²⁹ literis prodidit spiritus, quorum tria genera posuit, ex aëre inspirato & humorum halitibus, ortum trahere. Spiritum vitalem ita in arteriis inque corde gigni: animale vero ex hoc vitali, perfectius concocto, oriri, inque cerebro separari: naturalem denique, si quis modo sit, in jecinore inque venis contineri. Animalem non ideo vocari, quod sit de substantia animæ; sed quod primum animæ, cerebro inhabitantis, instrumentum sit.

X. Platonis vestigiis Galenus insistent ³⁰ statuit animæ tres esse facultates, & suam cuique tribuit sedem. Sedem facultatis irascendi in corde: concupiscendi in hepate, & ratiocinandi in cerebro, collocavit. Functiones animæ vero, cujus cujus ea substantiæ fuerit, omnigenum corporis temperamentum sequi: atque hoc potissimum causæ esse, ut aliquis seu bonis seu malis animi sit præditus moribus; imo mores feros posse ad tempus occasione ebrietatis, veneni, morbi, &c. exoriri ³¹.

XI. Præter has animales posuit quoque quatuor facultates naturales, ut attrahendi, retinendi, alterandi, excernendique. Verum, quoniam harum alibi, ³² longe longeque mentio facta, hac de causâ eas in præsentia faciam missas.

XII. In corpore statuit esse duo motus genera; alterum in loco, alterum in qualitate; illud lationem seu translationem: hoc vero appellari alterationem: prius, quod ab interpretibus vocabulo actionis latine redditum, esse motum activum; posterius autem esse motum passivum: pati namque, quod alteratur: affectus itaque, dum alterentur, moveri, & si moveri desiverint, alteratos tunc esse ³³.

In

[29] Utlibr. XII. cap. IV. Meth. med. & libr. VII. cap. VI. in quo tamen memorat duplicis generis spiritus, animale putat & vitalem.

[30] Libr. III. cap. I. libr. VI. cap. VII. & libr. VII. cap. IV. de Hipp. & Platon dogm. & libr. IX. cap. X. de Meth.

medend.

[31] Vide Galeni librum, quod animi mores corporis temperaturatur sequantur, imprimis vero cap. VIII. IX. & XII.

[32] Ut supra Dissertat. IV. pag. 57. & deinceps.

[33] Libr. II. cap. III. de Meth. me;

In artuum commotione fungi musculos interiores munere flexionis : extensionis autem exteriores. Perspicuum quippe omnibus est, tensionem & in se ipsos contractionem, musculis esse actionem insitam : extensionem autem & laxationem, oppositis intensis, & ad se ipsos trahentibus, contingere. Quibus positis planum fieri, non senas, ut aliqui falso existimarunt, sed quaternas musculorum motionum differentias esse. Primam consistere in contractione, secundam in laxatione, tertiam in translatione, quartam tandem in tensione *tonica* ; quam postremam aliqui male judicarunt vix quicquam a quiete, seu immobili differre muscoli statu ³⁴.

XIII. Sanitatem ait, non esse absolute elementorum, ex quibus constamus, aut medium temperamentum, quam *eucrasiam* vocant : aut debitam convenientiam, quam *symmetriam* appellant ; sed esse talem corporis constitutionem, in qua nec doloribus torquemur, nec in obeundis vitæ actionibus impedimur. Qua autem ut fruamur, opus esse, ut partes similes debita calidi frigidi humidi & siccī temperie sint dotatae : compositæ vero ex his, ut organa aliave corporis membra, debito situ, magnitudine, figura & numero constent. Hominem itaque omnes naturæ actiones recte exercentem, optimo habitu, quem *euxiam* nominat, præditum, esse sanum. Et hujus sanitatis duo genera posuit : alterum appellat *euxiam* simplicem : alteram vero athleticam. Distinguit præter hæc ambas a se mutuo : etenim in *Euxia* simplici putat moderatam portionem vel *symmetriam* sanguinis & solidarum partium : in athleticam vero, justo majorem, præcipue carnis, copiam, adesse ; ideoque hanc ab Hippocrate summe periculosam fuisse æstimatam ³⁵.

XIV. Galenus, de placito aliquo Medicinæ diserturus, industriosè observavit, imo & tironibus nimis inculcavit, ut

VOCA.

medend.

[34] De motu musculor. lib. I. cap. VII. X. & XII.

[35] Vide de differ. morb. cap. I.

De Sanit. tuend. libr. I. cap. IV. V. & VI.
De optim. corp. constit. cap. I. & seq.
de bono corp. habit. cap. I. & seq.

Ii 3

[36]

vocabula, quæ homonomiam aliquam habeant, prius finiuntur, ut ne ambiguitatem pariant, ac efficiant non rei, quam plerique auctores animo intendunt, sed verborum controversiam tantum. ³⁶ Quam ut devitaret Galenus, statim ab initio monuit, qui vocabula sint intelligenda. Videmus hoc observatum in usurpatione vocabuli affectus, quo utitur ad exprimendum statum corporis sanum juxta & morbidum; siquidem omne, sive sanum, sive ægrum, sive neutrum id fuerit, id quodammodo affici; ab afficiendo igitur esse nomen affectus derivatum. Quæ cum ita sint, morbum dicit perinde definiri, sive aliquis dixerit morbum esse statum corporis præter naturam a quo functio primum læditur; ³⁷ sive morbum esse affectum præter naturam a quo actio læditur. ³⁸ Actionem vocat agentis motum: id vero, quod ab eo affectum est, *passionem*. Verba affici & pati parum modo inter se differre: alterum ab altero differre motu solo. Quippe cessante eo, quod alterabat, immutatio, quæ in passio superest, ejus affectus est. Ita scilicet, ut in ipso verti & mutari & alterari & moveri, *passio* generationem habeat; in eo vero, quod manet & in subiecto corpore reservatur, affectus constat. ³⁹ Omnem autem corporis affectum, qui a naturali statu recedit, ait, vel morbi causam esse, vel morbum, vel morbi symptomata. ⁴⁰ Alibi statuit quatuor corpori, de naturali statu declinanti, differentias accidere: primam esse functionis vitiatæ; secundam ejus, qui hunc affectum peperit: tertiam causarum, quæ ipsum affectum præcedunt: & quartam symptomatum, quæ hunc

[36] Ita adhortatur tirones libr. I. cap. v. & VI. Method. Med. & libr. de sympt. diff. cap. I.

[37] *Ibidem*. de sympt. diff.

[38] Libr. I. cap. VII. & VIII. Method. medend. Sive si quis dixerit, Morbum esse affectionem quandam in animatis corporibus, actionem primo lædentem, ut Comment. II. §. 2. in libr. de Natur. Hum. sive Morbum esse corporis affe-

ctum, qui actionem vitiat; sive Morbum esse affectum præter naturam, qui actioni obest, ut de sympt. diff. cap. I.

[39] *Ibidem* de Sympt. diff.

[40] Causam, ut multitudinem humoris boni, aut ejus depravationem: Morbum, ut inflammationem, ut ulcus: Symptoma, ut malum colorem, ut gracilitatem. Libr. II. cap. III. Method. Med.

hunc necessario sequuntur ⁴¹.

XV. Quod vero ad morborum genera spectat, Galenus eos primum bipertitur, & alterum in simularibus, alterum in organicis, corporis partibus, ponit: ⁴² in utrislibet vero autumat seu actionum, seu structuræ, læsionem contingere posse. ⁴³ Cæterum simularium morbos partium originem suam intemperiei cuidam, nonnumquam & duabus simul excedentibus, debere. Ast organorum unum genus morborum esse ratione figuræ: secundum ratione particularum numeri: tertium ratione cujusque quantitatis; & quartum ratione posituræ. Utrisque vero partibus tam simularibus quam instrumentalibus, morbum communem esse solutam unitatem; ita ut in summa sex sint morborum genera. ⁴⁴ Alibi posuit partium simularium octo morborum genera, quatuor simplicia, totidemque composita: simplicem partium simularium morbum oriri, si unica modo e primis qualitatibus rerum potiatur, vel reliquis præcellat; compositum autem, si duæ qualitates. v. g. aut calidum & siccum simul: aut calidum & humidum conjunctim: aut frigidum & siccum, &c. seu copia, seu virtute, cætera excedat. ⁴⁵ Hujuscemodi primarum qualitatum aut unius modo, aut duarum, exuperantiam, exprimit vocabulo intemperiei: cujus itidem octo genera, pariter atque jamjam totidem morborum partium simularium genera memoravi, enumerat ⁴⁶.

XVI. Simularium morbos tradidi aliquos simplices, aliquos esse compositos; eadem organicarum partium est conditio morborum. Horum Galenus posuit esse quoque aliquos simplices,

[41] *Ibidem* cap. 1.

[42] *Ibidem* lib. IX. cap. XIV.

[43] De differ. Morbor. cap. 1.

[44] De Method. Med. lib. IX. cap. XIV. & lib. II. cap. VI.

[45] Vide lib. VII. cap. III. & de differ. morb. cap. IV. & de caus. morb. cap. 1. & seq.

[46] Libro de inæquali intemperie cap. 1. cap. IV. De cætero Galenus lib. II. cap. IX. statuit etiam aliam sanitatis, aliam morbi esse intemperiem: illam paulum, hanc vero longissime, a media temperie abesse: illius notam esse, si nulla animalis functio manifeste sit læsa; hujus vero contrariam esse rationem.

[47]

ces, aliquos compositos : simplicem vocat morbum, si pars instrumentalis uno vitio laborat : compositum vero contra. Et, ut aliquis melius ac perspicue ejus opinionem de morbo composito possit memoriæ mandare, rem exemplo elucidat luxati membri, inflammatione infimul affecti : ubi luxationem statuit esse totius instrumenti morbum ; inflammationem autem non primo neque proprie, sed ex accidenti tantum. Eandem esse rationem lippitudinis, ortæ ab inflammatione membranæ, corneam operientis, ubi etiam ex accidenti fieri totius oculi ægritudinem ⁴⁷.

XVII. Memoravi paulo ante Galeno vocabulum affectus propriæ significationis esse : ait enim tres esse in corpore affectus præter naturam, causas scilicet, morbos & symptomata. Alibi vero plenitudinem sanguinis, flatus, molem gravantem, humores quoque pacto vitiatos, ab ipso in numero affectuum, dolores excitantium, collocantur. ⁴⁸ Ex quibus innotescit quam ampla vocabuli affectus ad mentem Galeni significatio sit. Sanitas, morbus, passio, pleræque morborum causæ, symptomata, & nescio quid amplius, secundum mentem Galeni sunt affectus.

XVIII. Siquidem adeo multa in numero affectuum ponuntur, ut vix sine confusione percipi queant, dabo idcirco notas, quomodo morbus, passio & symptoma a se distinguantur. Sensit enim Galenus, non omne, quicquid præter naturam in corpore est, morbum vocandum, sed id tale nomenclatione dignum, quod actionem aliquam corporis primum læsit, ac vitavit. Quod morbum præcedit, morbi causam : & si insuper alius affectus morbum sequitur, symptoma esse. Quinimo omne, quicquid animali præter naturam accidit, ut actionis læsio, &c. ab ipso appellatur symptoma. Fuerunt equidem tempore Galeni, qui strictiorem symptomatis significationem tradebant : nempe symptoma esse, quicquid ani-

[47] De different. morb. cap. XIII. | [48] Libr. XII. cap. VIII. Method. Medend.

[49]

animali præter naturam accedit: *Epigenema* vero, non omne, quod præter naturam fit, sed id tantum, quod solos morbos necessario insequitur. Verum enim vero Galenus non curat hujusmodi distinctiones: sed si modo præter naturam fuerit, id enim ei peculiare esse, non dubitat hoc symptoma appellare. Pariter proprium morbi esse, ut sit affectus, dein ut actio seu functio quædam corporis lædatur: quorum neutro ad existentis symptomatis naturam opus esse, cujus, ut dixi, proprium est mutatio a naturali statu: in his itaque & morbum & symptoma inter se diversa esse. Quandoquidem vero *passio* consistat in motu secundum naturam: & symptoma non solum in motu, verum, etiam in habitu quodam, præter naturam, patet inde utriusque differentia. ⁴⁹

XIX. At enim vero, Galeno adeo generalem symptomatis finitionem in Medicinam introducente, videtur forte cuiquam supervacua & morborum, eorundemque causarum mentio, quoniam hæc, si in corpore fuerint, præter naturam aderunt. Difficultatem hanc agnovit ipse Galenus cum scripsit symptoma generatim appellari & morbum & morbi causam, non quæ extrinsecus, sed quæ intrinsecus in corpore, subsistat. Attamen circumscriptam magis usurpavit quoque vocabuli symptomatis significationem. Quicquid enim, detracto seu dempto morbo ejusdemque causa, præter naturam etiam nunc superfuert, id singulariter nominatione symptomatis appellandum, autumat ⁵⁰.

XX. Symptomata ad tria genera redegit. Primum continere complexu suo symptomata actionis læsæ; alterum symptomata, ex immodico retinendorum vel evacuandorum excessu, oriunda: tertium symptomata alicujus qualitatis naturalis corporis, sine actionum læsione, mutata. ⁵¹ His positis in suas quodque genus iterum dispertitur species; & has etiam atque etiam alias in classes distribuit. ex. gr. sympto-
mata

[49] Vide de symptom. diff. cap. i.
[50] *Ibidem*, & cap. ii.

[51] De Method. medend. libr. xii.
cap. z.
K k

mata actionis lætæ bipertitur, in actionem animalem & in naturalem. Animalem rursus dividit in actionem sentiendi, movendi, regendique. Sentiendi actionem secundum quinque nuntios, quibus animus cognoscit, differre: sensorii communis symptomata esse soporem, nec non pervigilium. Movendi actionum symptomatum in numero ponendam ducit impotentiam movendi, ut & mobilitatem vitiosam: hujus autem varias species esse; aliam, si motus diminutus infirmusque; aliam, si motus pravus seu perversus fuerit. Prævum autem esse motum, si quando tremulus, convulsus, palpitans vel vibrans fuerit. Naturalium porro functionum symptomata oboriri, si illæ aut male, aut prorsus non, perficiantur. Huc referenda esse cuncta corporis vitia, quæ occurrunt in appetitu prostrato, depravato, aucto: in mitigatione ciborum, in mutatione chyli in sanguinem, in nutritione, in excernendorum retentione, vel retinendorum excretionem. Cæteris, quoniam satis superque ab institutionibus medicas docentibus explicantur, supersedeo. ⁵²

XXI. Galenus de causis morborum hæc habet. Morbum, ait, esse affectum præter naturam, qui actioni incommodet: morbum autem præcedere posse affectum alterum, qui etiam præter naturam sit, non tamen secundum suam ipsius rationem, actionem labefactet, sed morbi interventu; talem affectum non morbum, verum causam morbi esse appellandam. Namque, quod ex sua natura ei, quod fit, partem aliquam generationis confert, id causam ipsius dici. ⁵³ Causarum vero esse duo genera: alias intestinas, alias esse externas: has Græce *procatarticas*, at vero illas vocari *proëgumenas*. ⁵⁴ Deinde commemorat causam per accidens, causam

[52] Vide de symptom. differ. cap. 11. & seq. e quibus hæc excerpti.

[53] *Ibidem* cap. 1.

[54] Ita in libr. de Hum. nat. comm. 11. §. 2. De Method. med. libr. 1. cap.

119. De sanit. tuend. libr. 14. cap. 11. De causis *procatarticas* peculiarem librum composuit, in quo fusc de causis egit.

ſam ſine qua non ; ⁵⁵ & hanc in morborum curatione ipſum eſſe aërem. ⁵⁶

XXII. Galenus curioſus erat in diſtribuendo ad ſuas quemque affectum claſſes ; non minorem utique adhibebat diligentiam in tradenda vitioſa corporis affectione : vitioſitatem enim corpus bifariam adipiſci ſtatuit. Nimirum elementares & primas corporis particulas aut æquabiliter , aut inæqualiter , invicem temperatas , illius cauſam eſſe. Vocat autem æquabiliter temperari , cum ad aliquam intemperiam verſæ æquabiliter omnes corporis particulae , aut frigidiores juſto , aut calidiores , aut humidiores aut ſicciores redditæ : aut per conjugationem , quædam calidiores ſimul & ſicciores , quædam humidiores pariter & frigidiores , &c. Eandem , diſcèrendo pergit , eſſe instrumentalium partium conditionem ; quarum etiam aliquas æquali , alias inæquali , modo interdum eſſe compositas , ſeu factas. ⁵⁷ Propter qualitates primas aliter , ac decebat , invicem temperatas , dolere hominem , ac eundem per eandem curari ; immutata utpote vel educæta ea qualitate , quæ reliquas virtute præcellerat. Quod & inſuper oſtendit ex operationibus medicamentorum , quæ omnia aut calefaciendo , aut refrigerando , aut ſiccando , aut humectando , vires ſuas edere ſolent ⁵⁸.

XXIII. Verum , utcunque dicta ſint , Galenum non præteribat , eſſe inſuper plurimos corporis affectus , quorum origo non apte exceſſui alicujus qualitatis primæ adſtrui poſſit. Hac de cauſa amplexus eſt doctrinam Hippocratis , alicubi ⁵⁹ docentis , corpus in ſe ſanguinem , & pituitam , & bilem tum flavam tum nigram , habere. Putat itaque hujusmodi quatuor humores , ſi quando inter ſe tum facultate tum copia naturæ convenienter permixti , efficere corporis

[55] De differ. ſymptom. cap. 1. [58] Inlibr. de nat. Hum. Comm. 1.
 [56] Lib. ix. cap. xiv. Method. §. 7.
 med. [59] Libro de Natura hominis.
 [57] De tuend. valetud. lib. vi. cap. 11.

ris temperationem, i. e. sanitatem: ægritudinem autem, cum horum aliquid plus minusve fuerit, aut separatim in corpore, neque omnibus permistum. ⁶⁰ Respectu autem elementaris compositionis quaternario humorum numero peculiare virtutes tribuit. Choleram namque facultatis calidæ & siccæ esse: Melancholicum humorem frigidæ & siccæ: sanguinem calidæ & humidæ; & pituitam frigidæ & humidæ. ⁶¹ Fieri autem humores dictarum qualitatum confortes ratione cibi potusve, vel ob pleniorum corporis animique motum, aut quietem. ⁶² Calorem, arbitratur, quinque modis corpori importari, ut (1) a lassitudine ab immoderata exercitatione orta, quam, si totum corpus invaserit, solere febrem infrequi, (2) ab ira (3) a putredine (4) ab adstrictionibus & refrigerationibus, ea, quæ diffusi consueverant, intus cohibentibus, (5) ab alimentis acerbis aliisque calida natura refertis. Frigus oboriri in corpore vel a frigore externo, a cibis potusve frigido, seu frigida qualitate dotato, ab adstrictione & rarefactione: tandem ab otio & immodica quiete. Siccitatem induci in corpus, si quis plurimum evaporet, minus autem nutriatur; contingere autem id præfertim, si curis aut vigiliis immodicis inhæserit, in aère sicco versatus fuerit: si thermis & medicamentis, vi exsiccandi præditis, usus fuerit. Denique humoris generationis contrariam causam esse; progigni scilicet eum a ciborum humidorum & potus copia: symbolam præter hæc ei dare vivendi rationem justo delicatiorum, & securitatem animi & crebriorem balneorum aquæ dulcis usum, & otium, & tempestatem pluviosam. Et hæc sunt causæ, simplices qualitates, producentes, easque in corpore adaugentes: Quod vero ad compositas pertinet, putat earum causas quoque compositas esse: quas nullo negotio, existimo, aliquem ex dictis meis, combinando utpote duas simplices, deducere posse. Hæc de causis morborum, ratione omnimodæ temperationis ⁶³.

XXIV.

[60] De atra bile. cap. v.

[61] De causis morborum. cap. vi.

[62] De curand. rat. per. sang. miff. c.v.

[63] Quas describit in libro de causis morborum. cap. II. III. IV. V. & VI.

[64]

XXIV. At enimvero alibi statuit corpori duplicis generis causas corruptionis esse: quarum alteras intestinas & a se, alteras externas & ex se, vel sua sponte. Corpus duplicem ob rationem consumi: unam esse, quod id ipsum vel ætatis decursu, vel assiduo substantiæ fluore, tendat ad interitum sui: alteram, quod cibum potumque sequatur excrementorum quorumlibet cunque generatio. In numero causarum externarum habet primo aërem nobis ambientem, a quo corpus secundum diversum elementarium qualitatum dominium omnifariam immutari: cum hoc annumerat insuper varias res, idoneas ad corpus vel contundendum, vel divellendum, vel vulnerandum, vel aliquem articulum e loco movendum. ⁶⁴ Porro Galenus causam corpus intrinsicè affligentem, existimat, duplici occasione oriri; nempe ob humorum vel plenitudinem, vel depravationem: illam solemus *plethoram*, hanc vero *cacochymiam* nominare: illam quantitatis, ast hanc qualitatis, vitium. Plenitudinis morbos oriri, ducit, si, quod ex corpore exhalat, minus est, quam, quod accepit: fierique hoc, si libera corporis transpiratio, *ἰνδιαπνευσίς* Græci vocant, ob meatus corporis justo angustiores, fuerit inhibita quadantenus. Ex pravis humoribus putat alios congerere magis succum frigidum & pituitosum: alios calidum potius & pituitosum: alios calidum potius & biliosum: alios aquosum: alios melancholicum: cujusmodi succos autem potissimum vitio alimentorum procreari. ⁶⁵

XXV. Memoratæ jamjam plenitudinis duo genera ponit, alterum ad vires appellat, ad vasa alterum: illud inficere humores atque in membra imbecilliora fluxionem immittere: hoc autem ora vasorum recludere dirumpereque. ⁶⁶ Adhæc *plethoram*

[64] Libr. I. cap. III. de sanit. tuend. } per sang. miss. cap. 1. V. N. Plethoram
 [65] Libr. VI. cap. V. de sanit. } ad vasa aliqui e Græcis vocarunt κατὰ τὸ
 tuend. } ἴσχυμα. Putarunt enim in infusis per
 [66] De hum. natur. comm. II. §. 2. } vasa humoribus consistere.

ram non promiscue quamlibetunque humorum exuperanti-
am, ut bilis flavæ vel atræ & pituitæ significare. sed sangui-
nis duntaxat, vel per totum corpus, vel plurimas & præcipuas
ejus partes, abundantis; istorum vero humorum abundantiam
nominatione *cacoehymie*, appellari. ⁶⁷ Præter hæc & alio
modo posuit *plethoram* duplicem: minorem vocat, quæ ca-
vitatem venarum solum replet: majorem, quæ tunicas etiam
distendit. ⁶⁸ *Plethoram* denique cognosci non posse perfecte,
nisi in corpore, quod per aliquantum temporis spatium quie-
verit. Rationem enim esse in promptu, sanguinem in mo-
tionibus, in ira, in febribus, &c. rarefcere attenuarique; quam
ob causam venas arteriasque dilatari, patentioresque fieri, ac
ita præ se ferre, quasi vero abundantia sanguinis afforet; quem
tamen, cum se iterum ad statum naturalem contulerit, nequa-
quam abundare, facili negotio quisque deprehensus ⁶⁹.

XXV. Sed hæc de causis morborum similiarium: reliquum
est, ut pauca de instrumentalium partium morborum causis
edisseram. Primum dictarum partium morbum evenire, ait,
ratione figurationis, dum pars quædam non debitum habeat
formamentum. Causam ejus esse vel informationem foetus
in ipso matris utero protinus vitiatam, vel ob materiæ mul-
titudinem, vel ob qualitatem vitiosam. Adhæc in & a par-
tu posse ab obstetrice juxta & nutricibus infanti calamitatem
importari omnimodam, v. g. si membra singula non fuerint
decenter fasciis involuta, posse tunc perfacile decentem fi-
guram depravari; quin etiam ob immodicam repletionem,
aut alimenti defectum, contingere, ut nonnunquam corpus
universum, vel membrum aliquod, nimis crassum, aut ex-
tenuatum, evadat. Præter hæc & membris accidere, ut
præter naturam, aut levia fiant, aut aspera: horum causam
esse humorum acritudinem, aut medicamina abstergentia:
illorum vero res pingues lentoque humore madentes. Mor-
bos

[67] De multitud. cap. xvii. & de | [68] *Ibidem*. cap. xv.
Method. med. libr. xiiii. cap. vi. | [69] *Ibidem*. cap. xiv.

bos in numero vocari, si quæ pars naturalis desit: provenire autem eos, si sectio, si putrefactio, si aliorum præcesserit. Magnitudinem instrumentalium partium augeri ob optimæ materiæ copiam, & propter potentiæ robur: imminui autem eandem a causis contrariis: sic etiam organicam partem posse vitari sectione, vel exustione, vel putrefactione, vel immodica refrigeratione in tantum, ut pars, quæ superstes, subinde mutilata reddatur. Morborum compositionis aliquos a repentinis ac vehementibus motibus, aliquos ab articularum immodico humore, ligamenta quæque madefaciente atque laxante, originem ducere. Unitatis solutionem, vel corruptionem, vel continui solutionem, esse morbum quibuscunque corporis partibus, tam similibus, quam instrumentalibus, communem. Si quando continuatio in ossæ tollatur, vocari eam vel fractionem vel cariem; si in carne, ulcus, vel vulnus, vel rupturam: si in nervis, convulsionem. Hujusmodi morbos, statuit a duplici causâ oriri, ab externa videlicet & interna: illius generis esse, quæ percussioni seu collisioni apta: hujus vero omnis generis motus animalis inordinatos, ut & quoscunque humores acres, vi corrodendi exedendive refertos. 70 Sed hæc hæc hactenus, ne videar nimius in generalibus Pathologiæ decretis: ad singularia ergo mihi progrediendum est.

XXVI. Postquam Galenus posuerit corpora cuncta, quæ generationem atque interitum habent, duplicis generis transmutationi esse obnoxia: alteram alterando, alteram fluendo, accidere (alterari autem corporum substantiam, vel totam per totam transmutari refrigerando, calefaciendo, exsiccando humectandove: diffusi autem per sensibiles excretionem, perque occultam transpirationem) 71 multa postea disputat de putredine, complurium morborum auctore. Naturam vero putredinis in hoc positam esse, censet, ut tota putrescentis rei sub-

[70] Vide de causis morborum, cap. VII. [71] Lib. I. cap. XIV. de element.
VIII. IX. X. & XI.

[72]

substantia a calido externo immuterur, vel corruptela depravetur. ⁷² Cuncta autem, quæ calidæ, juxta & humidæ indolis, & ad transpirandum inepta, esse ad putrescendum accommodata; atque id in primis, si locis in calidis fuerint asservata. ⁷³ Humorem calidum. v. g. sanguinem putrefaciendo magis incallescere, quam quempiam alium humorem, minus calidum. Putredinis proprium esse, ut in parte ista, cui inhæret, excitet calorem acrem, ac mordacem. Quod si pars, hoc pacto calefacta, insignis fuerit, ut calorem suum cum corde communicare valeat, facili negotio universum incallescere corpus, atque hujusmodi affectum vocari febrem: ⁷⁴ quam esse quandam totius corporis calorem immoderatum. Hujus febris autem ⁷⁵ respectu putredinis, tria genera esse: unum, quod causa putredinis seu præsens seu absens: alterum, quod per totum animal, aut saltem per partem aliquam putredo sit diffusa: tertium denique, quatenus aut sine, aut cum *phlegmone*, sit. ⁷⁶ En fontem uberrimum, ex quo Galenus tot morborum genera derivavit, tot febres, inflammationes, bubones, Erysipelas, carbunculum, & sexcenta alia. ⁷⁷ Cæterum arbitratur febrilem calorem non modo in corde, sed subinde in humoribus, subinde in spiritibus, accendi. ⁷⁸ Pari modo, ut alibi ⁷⁹ asserit causas refrigerandi, calefaciendi, &c. aut in humoribus, aut in spiritibus, aut in solidis, esse ponendas. Et, ut exemplum quoddam doctrinæ de febribus, deque earundem differentiis, in medium proferam, dabo, quæ Galenus posteris tradidit. Inter-

mit-

[72] De method. med. libr. xi. cap. viii. & de diff. febr. libr. ii. cap. ix. Sententiam Aristotelis amplectitur, putredinem utpote ab alieno calore oriri. Et Comment. iii. de morb. vulg. scribit. *Videtur putredo ex materia quidem gigni humida: ex causa vero efficiente, extraneo, & præter naturam calore: augeri porro quiete.*

[73] De Method. med. lib. ix. cap. ix. & libr. ix. cap. iv.

[74] De curand. rat. per. sang. miss. cap. v.

[75] De caus. morbor. cap. ii.

[76] Libr. xiv. cap. vii. de Method. Medend.

[77] De differ. feb. lib. i. cap. iii. §. 5.

[78] Ibidem. cap. iii. §. 3.

[79]

mittentium febrium, ait, tres esse differentias, quotidianam, tertianam & quartanam: quotidianam ex pituitæ putredine: tertianam ex flavæ: & quartanam ex atræ, bilis putredine, originem ducere. Continuarum, ex flava bile ortarum, duo genera esse: alterum propter continuum fervorem, *synocham* appellari; in unica enim accessione universum tempus consumi: alterum sub se febres continuas, quæ pluribus circuitibus finiantur, complecti. Febrium autem, quæ synochæ nominantur, tres dari differentias. Namque aliquas ab initio, usque ad finem æqualiter ægrum invadere, hinc eas *homotonos* atque *acmastricas* i. e. in eodem statu vigoreque perseverantes: aliquas paulatim augeri, ideoque eas *anabaticas* atque *epacmastricas*. i. e. insurgentes & invalescentes: aliquas tandem paulatim decrescere, idcirco tales *paracmastricas*, i. e. decrescentes, appellari. ⁸⁰ Licet Galenus doctrinam de febribus sectatorum Athenæi, omnes ex putredine ortas statuentium, plerumque assequutus sit; opinionum tamen dissensione discrepat ab iis ratione originis febris *ephemeræ*, raro ultra diem tertium perdurantis. Exoriri hanc posse, judicat, ex adustione, cruditate, lassitudine, vigilia, perturbatione animi, vel bubone; quin & ex obstructione pororum corporis a frigore aliquo peracta: ⁸¹ imo obstructionem sine putrore non valere febrem excitare; præterquam id, quod non transpirat, & copiosum sit & calidum ⁸².

XXVII. Vocabulo phlegmones Galenus non utitur pro quacunque inflammatione vel *phlogosi*, perinde ac antecessoribus id solenne erat; verum per hoc intelligit inflammationem cum adjuncta partis affectæ tensione, pulsatione atque rubore; consistere autem phlegmonem omnem in sanguinis confluxu majori, quam par erat. Quapropter autem is eveniat, hanc præfert causam. Obortum qualibetuncque in corporis parte dolorem, opinatur, facultatem excernendi sentire, mo-

li.

[79] De Method. Medend. libr. xii. cap. vii.

[80] Lib. ii. cap. ii. de differ. febr.

[81] De differ. febr. libr. i. cap. v.

[82] Libr. ix. cap. iiii. Method.

medend.

[83]

lirique doloris causam auferre: quam facultatem, dum foras causam doloris ejicere properet, phlegmonem interdum in parte aliqua concitare, quum utpote materiam doloris cum aliquota parte sanguinis & spiritus in partem afflictam insimul exprimat. Tumores, qui præter naturam in corpore fiunt, ratiocinando pergit, non esse uniusmodi, sed secundum diversitatem ejus, quod in partem influit, varios esse. Ita ventigenas quosdam esse, si copia materię ventosæ adfuerit; Phlegmone vero magis similes, ubi sanguis: Erysipelati vero, ubi bilis: *oedemati*, ubi pituita: scirrho, ubi crassus lentusque humor fuerit parti infixus. Etenim id partibus corporis principibus peculiare esse, ut id, quod qua redundantia qua qualitate supervacuum est, ad partes ignobiliores seu imbecilliores, quarum in numero cum maxime glandulas *adenas*, rariori textura dotatas, ponit, amandent. Et hanc esse rationem, quas ob res pleræque inflammationes atque tumores ejusmodi in partibus inveniuntur ⁸³.

XXVIII. Quantum vero ad inflammationes in genere spectat, statuit, earum duas differentias esse: alteram complexu suo inflammationes humidas, & alteram siccas, comprehendere: illas oriri a calida fluxione membrum aliquod occupante; has vero a calore naturali, sine humoris alicujus influxu, effervescente. Causas eis varias esse, ut vulnere, contusiones, disruptiones, &c. humoris cujusvis abundantiam, ut & acrimoniam. In numero autem inflammationum habet herpetem exedentem, & *miliarem*, erysipelas & carbunculi species; bubones, *phyma*, *phygetholum*, lippitudinem, pleuritidem, anginam, peripneumoniam, &c. ⁸⁴

XXIX.

[83] Libr. XIII. cap. I. II. III. IV. & V. Method. med. vide etiam ejus librum de tumoribus, in quo agit de phlegmone, deque variis ex aliquo humore ortis tumoribus: cum primis vero cap. 7. ubi hæc. Quatuor sunt affectus, qui frequenter propter influxum humorum

fiunt, ut erysipelas, oedema, inflammatio & scirrhus. Erysipelas bilioso fluore superante: inflammatio sanguineo, oedema tenui pituitæ constitutione, scirrhus vero ab atra bile oritur.

[84] De art. curand. ad Glaucl. libr. I. cap. I.

[85]

XXIX. Sanguinis profluvium multimodis accidere : arteriarum enim venarumque ora aut referari, aut tunicam earum dividi, aut sanguinem sudoris modo percolari per vasa. *Anastomosis* accidere propter vasis imbecillitatem, vel sanguinis, ad vasorum ora impetu ruentis, copiam; vel ob acrem; forinsecus incidentem, qualitatem. *Diapedesis* vero ex tunica quidem ipsa rarefacta, sanguine vero attenuato, oriri. Rupturamque denique vasis, sanguinem vehentis, vel vulnerando, vel clamando, vel cadendo, vel contundendo, accidere posse. ³⁵ Palpitationem fieri, cum pars quaedam præter naturam, seu invitis nobis & distendatur, & contrahatur: causam

[85] Method. medend. libr. v. cap. xi. Magna inter veteres fuit de differentiis profluvii sanguinis dissensio; unam solum, quæ vulneratione fiat, statuit *Themison*: eruptiones sanguinis statuerunt *Hippocrates* & *Euryphon*; ille solarum venarum, hic vero etiam arteriarum. *Asclepiades* duas differentias posuit eruptionis i. e. rupturæ; & putredinis i. e. diabrosi vel venarum ab re acri exsalarum. *Erasistratus* tres, eruptionis, putredinis & anastomosis. Quartum, expressionis puta, dictis trinis adjunxit *Bacchius*, asserens ex gingivis sanguinem fluere sine ulla vulneratione, quin etiam in curationibus fracturarum sæpe fasciolarum ligamenta sanguine cruenta reperiri. *Demetrius* Herophili sectator duas principes differentias, alteram incisuræ, alteram quæ sine ulla sectione, contingat: reliquas vero, quarum multas species esse, dictis duabus esse subjiciendas. Etenim quam memorat incisuræ fieri, in duas divisit species, in eruptionem & putredinem: eam vero, quæ sine ulla divisione est, in quatuor, quarum unam raritate fieri, alteram expressione vel sudatione, tertiam defectione vel debilitate corporum, quam Græci *ἄροισιαν* vocant: quartam,

osculatione, quam ab expressione differre. Siquidem oscula venarum aperiri, inquit, ob nimiam plenitudinem, vel virtutem medicaminum *osculantium*, quæ a Græcis anatomica vocantur, & magis, inquit, venarum ultimos fines, exprimi etiam sanguinem, vel excludi per venarum latera. Ex *Asclepiadis* sectatoribus alii inficiati sunt dictam osculationis differentiam: quippe fieri non potest, ut sanguis natura crassus humor per adeo tenuia oscula feratur vel excludatur. Negarunt itidem putredinis differentias; quoniam ex aliis locis acrior humor ferri videatur. Alii vero eundem *Asclepiadem* non exquisitis argumentis putredinis differentiam ab *Erasistrato* constitutam expugnasse dixerunt. *Aurelianus* tres posuit differentias, eruptionis, vulnerationis & putredinis. Sive lacerationis ex tufficula venientis, sicut operantium manus jugi frictione, lacerati vulnerantur, sive sudatione sine vulnere, sive vulnere, sive ex raritate viarum effectus fluor ad anastomosis pertineat, sive expressionis vel cujuslibet alterius causæ ratione accidat. *Col. Aurel. Chronic. libr. xi. cap. x.*

fam ejus esse spiritum crassum ac vaporiferum, debito per vasa transitu carentem. ⁸⁶ Rigorem esse algorem cum dolore, & inæquali quadam totius corporis agitatione & concussione. ⁸⁷ Calculum, vel aliquod lapidosum in animali produci, si quando tenax & crassus corporis humor aliquanto temporis spatio, in corpore assetur, atque exsicccetur, v. g. sanguinem, qui in renes advehitur, aut crassiorem justo, aut tenaciorem, aut magis in indolem bilis atræ, vel flavæ, vergentem, per venas per arterias ad renes deferri: inibique calorem præter naturam concipere, a quo partes sanguinis diffimiles exsicccari, assari, indurarique, ac ita in calculum transmutari. Eandemque esse conditionem lapidis, topi & similis terrestris rei, in variis corporis visceribus, & membris, generatæ. ⁸⁸ Senectutem denique esse affectum corporis animalis, ortum a calore innato, pleraque corporis viscera, imo universum corpus, paulatim exsicccante. ⁸⁹ Licet prohiberi nequeat, ut quispiam tandem aliquando senectute conficiatur: verum tamen fieri posse, judicat Galenus, ut eam aliquis tardiusculam adipiscatur. Et hanc Medicinæ partem, quæ procrastinationem senectæ promittit, appellari *Gerocomicam*.
In

[86] Libr. de palp. tremor. &c. cap. v.

[87] Ibidem cap. xi.

[88] Quatuor autem lapidis generati causas esse. Primam vocat *efficientem*, qua calorem: secundam *materialem*, qua humorem crassum ac lentum: tertiam *instrumentalem*, qua renes vel vesicam vel aliam corporis partem, lapidis generationi aptam: & quartam *finalem*, qua ipsum lapidem, existimat, esse significandum. Vide libr. de Ren. dignot. & medic. cap. vii. & viii.

[89] Vide libr. de Marasmo. cap. ii. iii. & iv. & de Sanit. tuend. lib. i. cap. ii. & iii. Et iterum de sanit. tuend. libr. v. cap. xii. dicit senectutem neque-

quam esse aliud, quam sicum & frigidum corporis temperamentum, annorum multitudinis ratione proveniens. Itaque de senectutis causa non convenit Galeno cum iis, quos lib. de Marasmo cap. iii. memorat, quique statuebant calorem in nobis, aut in alius animalis corpore velut materiæ cuidam illigatum: primum quidem & humidum esse & debilem, augescere autem usque ad vigoris ætatem, effulgere, & ad maximam magnitudinem attolli, & ignis flammam imitari. Calore ejusmodi ob alimenti penuriam paulatim debilitato, senectam: eodem autem penitus interstincto, mortem propere appropinquare.

In eo autem cardinem rei verti, ut cor in tantum ne sicce-
tur, ut inhabile evadat ad munia sua obeunda. Quamdiu
enim id secundum suam ipsius actionem movetur, tamdiu
ullum animal mori haud posse. Senium igitur procrastinari
posse, autumat, si cordis, si jecoris substantiam medicus hu-
midiorum effecerit, quam ut tam cito, perinde ac alias so-
let, exarescere possit ⁹⁰.

XXX. Tradita breviter, quoad fieri potuit, Galeni de
morborum causis disputandi ratione, scriptionis ordo postu-
lat, ut jam commemorem ejusdem præcepta, quæ dedit de
morborum curatione. Medicum, censet, tum maxime exple-
re munus Medicinæ, si quando omnes omnium corporis par-
tium functiones, quoquo modo læsas, restauraverit, hoc est
Medicina eas ad salutem reduxerit: quæ vero salvæ sunt, si
eas fartas tectasque conservarit. ⁹¹ Sanatio itaque Galeno au-
ctore, nihil aliud est, quam præsentis in corpore vitiosi af-
fectus naturalem in habitum immutatio. Quandoquidem au-
tem hujusmodi affectus corporis incolumitati contrarii sunt, hanc
ob causam necesse esse, ut eorum per contraria fiat alterius in
alterum affectum, naturæ convenientem, translatio, seu im-
mutatio. ⁹² Indicatione autem ad hanc pervenire in primis
Medicum, deinde & experientia: hanc sensibus, at illam ra-
tione tantum, acquiri. ⁹³ Igitur, qui hoc modo Medicinam
fecerit, eundem se gerere prudenter; imo ut Medicum ra-
tionalem seu dogmaticum addeceat. Præterea, quamvis po-
tuerit unam duxtaxat esse curationum quarumvis maxime gene-
ralem indicationem, contrarii scilicet conversionem correctio-
nem: attamen non dubitavit hanc ad tria genera redigi pos-
se, unum spectare ad morbum: alterum ad corporis tempe-
ramenta: ad aërem, nos ambientem, tertium; cujus cujus
enim

[90] De Marasm. cap. vi. & de
tuend. valet. libr. v. cap. iv. & vi.

[91] De curand. rat. per. sang. miss.
cap. iv. & de art. medic. constit. cap.

xii. & seq.

[92] Libr. ix. cap. xv. Method. med.

[93] De subfigur. Empir. cap. ii.

enim contractam vitiositatem esse arte corrigendam, & id, quod incolume fuerit, conservandum. ⁹⁴ Præter memoratas indicationes credit infomnia quoque indicare inopias & redundantias, ac qualitates humorum. v. g. Si quis somniaverit incendium, indicare id exuperantiam flavæ bilis: si fumum vel caliginem, vel profundas tenebras, copiam atræ bilis significare. ⁹⁵ Reliqua, ne longius evager, quam ratio scribendi permittit, faciam missa.

XXXI. Galenus ducit Medici, celebritatem consecuturi, munia insuper esse, ut crisis in cognitionem omni cura incumbat: quam autem esse subitam morbi ad sanitatem conversionem, definitione declarat. Id Galenum non habet anxium, quantumvis alii aliis verbis dixerint, subitam in morbo mutationem, sive eam, quæ antecedit agitationem, sive integram omnem morbi solutionem, significare vocabulum crisis; sufficere ratum habet, si modo suam ipsius opinionem per vocabula usitata significaverit. ⁹⁶ Antequam autem aliquis de crisi judicare possit; opus esse, ut notitiam temporum habeat morborum. Et in quantum ad hæc pertinet, rejecit sententiam Archigenis, duo solum morborum tempora, prima videlicet & maxima, stantibus: ⁹⁷ cum e diverso Galenus quatuor statuatur, principium puta, incrementum, statum & declinationem. Hæc etiam ab eo vocantur universalia morborum tempora: singularia autem, quæ in singulas accessiones dividuntur. ⁹⁸ Quodcumque in his evenit, id vult a medico diligenter animadvertendum, ut qualemcumque morbi eventum præfagiri queat. Cæterum tradit trifariam morbos, aut ad
sa-

[94] Method. Medend. lib. ix. cap. xv. & xiv. indicationem autem. libr. ii. cap. vii. M. M. vocat ipsam sequentis, vel agentis insinuationem. Etenim ex ipsa rei natura ordiri, atque ab ipsa, quod sequens est, citra experientiam invenire, esse indicationem invenire. Vide etiam cap. i. lib. xi. M. M. & de optim. sect. cap. vi. §. 8.

[95] Vide ejus libellum de infomniis.

[96] De crisib. lib. iii. cap. i. & ii. Et libr. i. cap. i. de crisib. & comm. iii. cap. i. in Prognost. Hipp.

[97] De morbor. temporib. cap. ii.

[98] Libro de totius morb. temporib. cap. i. & lib. i. cap. ii. de crisib.

salutem, aut ad mortem, tendere. Et primo morbos cito finiri, si excretio quædam copiosa, sive ea per alvum, per urinas, per vomitum, per sudores, per quodlibet cunque sanguinis profluvium: sive per quemcunque partis ignobilioris abscessum, peracta. Ut nunc fuerit, vocari ejusmodi morbi mutationem oportere, *crisim perfectam*. Absque hac vero, si quis salubris factus, ægritudinem plurimum recidivam esse. Secundo contingere nonnunquam, ut aliqua dictarum evacuationum appareat, nec subita fiat morbi diminutio, & tamen ægrotus non perfecte a morbo liberetur: hinc judicat talem morbi mutationem esse *crisim imperfectam* appellandam. Tertio subinde morbos paulatim finiri imminuque, & id, cum contingat, a quibusdam *crisim abusive* dici: melius autem morbi solutionem, autumat, esse vocandam. Quemadmodum morbi tribus modis ad salutem, sic etiam eos ad mortem, statuit, tendere. Namque evenire interdum, ut æger cum turbatione agitationeque & quibusdam excretionibus, vel humorum collectionibus, derepente decumbat: utrumcunque autem per malam *crisim* fieri: & hanc imperfectam, at illam perfectam appellari. Sin vero æger sensim ac sensim deteriore conditione fuerit, ejusmodi nominari *marcorem*. Superesse quidem modum quartum subitæ mutationis ad periculum sine copiosis excretionibus, sine humorum collectionibus, aut hunc censet non mereri, ut in numero *crisis* habeatur⁹⁹.

XXXII. Quo pacto dictæ morborum mutationes cognoscendæ sint, statuit, ad has tria signorum genera conferre. De his enim aliqua cogitatione ex urinis alvique excretis, & sputis: aliqua ex affectione totius corporis: & aliqua e facultatibus tam animalibus quam naturalibus, eruenda esse. Et quantum ad urinæ qualitatem pertinet, eam, si bene colorata, si alba & lævis, æqualis, in matulæ fundo subsederit
fæx,

[99] Libro III. cap. VII. de *crisib.* & libr. I. cap. I. de dieb. decretor.

faciem, significare bonam coctionem: e contrario urinam tenuem, faciem expertem, indicare humorum cruditatem. Cætera quanto minus de statu naturali declinent, tanto magis salutem ægrotanti portendere. Summam autem boni prælatum in dictione Hippocratis consistere. Nempe, si æger fuerit mentis compos, atque ad ea, quæ ipsi offeruntur, bene se gesserit, si respiratio facilis, si tolerabilius dolores pertulerit, si adfuerit bonitas pulsus, si facies sanis simillima, si decens cubitura, & totius corporis æqualitas, &c. hæc omnia; e diverso mala, quæ dictis adversantur ¹.

XXXIII. Crisim porro ad mentem Hippocratis judicat computabilem: comprehendi autem, seu terminari hanc cum primis septenario, deinde quaternario, quia hic numerus illum bipartitur: atque hoc esse fundamentum, quocirca quartus quisque dies sit index septimi, & undecimus decimi quarti. Tertii denique septenarii novissimam esse diem vigesimam, & non vigesimam primam: copulari enim inter se, quoties unus dies utriusque septenarii communis est, desinente in cum primo septenario, proximo vero ab eo ipso incipiente. Et hanc esse rationem, quod quadragesimus, sexagesimus, &c. ab Hippocrate in numero dierum decretoriorum sit positus. Quid? quod dies critici eundem ordinem servant ut Luna: eam enim non duo de triginta diebus seu quatuor integris septenariis, sed viginti septem & tertia diei parte, circulum suum absolvere. Pari modo quatuor crises perfectas non $xxix$, seu quatuor septimanis, sed $xxvii$ diebus, compleri. Et si de hoc numero unus septenarius auferatur, restare viginti; & hanc esse etiam rationem, ante memoratæ addendam, qua de causâ vigesimus quisque dies sit criticus ².

XXXIV. Quod vero ad crisis causam attinet, putat, eam esse

[1] De crisib. libr. 1. cap. xiv.

[2] De his vide cap. xv. lib. 1. & cap. vii. viii. ix. Libr. 11. & cap. xii.

libr. 111. de dieb. decretor., & comm. 111. cap. 1. in progn. Hippocr.

esse naturam, causas morborum impugnantem, sibi que in his medicantem. Nauci itaque habet reprehensionem Asclepiadis, omnia in animalibus propter moles atque meatus peculiare fieri, stantem. Nihil generalia hæc, aut singularia, quæ scitu magis necessaria sunt, esse reliqua ad perdiscendum. Enimvero potentias seu facultates, quibus unumquodque animal gubernatur, esse perquirendas: 3 deinde astrorum superiorum, præsertim vero & Solis & Lunæ virtutes. Neminem equidem in dubium vocare posse, censet, quin Soli sint maximæ quæque vires, quas annuatim ubique terrarum experimur, tribuendæ: verum tamen Lunam quoque diversis affectionibus symbolum dare, + quod & jam pridem ab Astronomis Ægyptiis, inventum atque experientia confirmatum esse: Lunam nempe non modo ægris, sed etiam fanis, dies, cujusmodicunque sint tandem futuri, prænunciare. Nam secundum variam ejus stationem in Zodiaco, & omnimodum reliquorum planetarum aspectum, alium atque alium in hoc Orbe terrarum, imo in homine ipso, exoriri effectum. Et, ut in summa dicam, Lunæ *tetragonas* & *diametrales* stationes in principiis bonis bonas: in malis malas, facere alterationes 5.

XXXV. Quantum vero pertinet medicamentorum ad virtutes, astruit Galenus, non modo rebus, purgandi facultate præ-

[3] De crisib. lib. III. cap. VIII.

[4] Lib. III. cap. II. de diebus decretor.

[5] Ibidem. cap. V. VI. & XII. In primis vero stationem Lunæ plenæ potentioris falcate, putat, statione; quamvis & hæc de aëre decernat. Deinde animadvertendum esse omnimodum Lunæ, juxta salubres aut insalubres planetas, positum: quem, cujusque modi fuerit, omnis generis efficientiam seu bonam seu malam, in corpore edere. Exempli gratia ponit hominem, faustis planetis in Ariete: malignis ve-

ro in Tauro, commorantibus, natum: hunc, Luna in Ariete, Cancro, Libra & Capricorno, posita, se habiturum belle: cum vero Taurum ipsum, vel tetragonum aliquod, vel e diametro ipsi Tauro contrarium signum, occupaverit, eundem male tunc & moleste vitam transacturum: atque huic morborum initia, cum Luna in Tauro, Leone, Scorpio & Aquario fuerit, pessima; sine periculo autem, & salutaria fore, Luna, Arietem Cancrum Libram & Capricornum, permeante.

præditis, peculiare esse, ut humorem proprium educant: ⁶ verum etiam singulorum remediorum, nomine alterantium a medicis insignitorum, singulas esse proprietates; nonnulli Medici eas vocant vocabulo peregrino *specificas*. Et quamvis aliqui jamdudum ante Galenum, imo qui æquales temporum Galeni erant, ejusmodi placita deriderent contemnerentque, & falsissime dicerent, nunquis præses istiusmodi medicamenta juberet atque imperaret, quemadmodum ab aliquo in Tragœdia imperatum erat

*Abi quidem tu flumina ipsa ad Inachi
Thebas, at age tu pergito Cadmeias.*

Ita etiam vos medicamenta, tu propera ad hepatis portas, tu ad vesicam vel utroque renes proficiscere, &c. verum tamen Galenus horum cavillatorum cavillas fusque deque habebat. Enimvero exploratum, agebat, esse sibi de lepore marino, ex omnibus corporis partibus pulmonem solum exulcerante, de cantharidibus vesicam, deque aliis rebus calculum renum corrodentibus, salva interim intactaque reliquorum viscerum substantia: quæ omnia fieri non posse, nisi talis efficientia naturalis unicuique dictarum esset propria ⁷.

XXXVI. Quare autem aliquod remedium singulariter cuidam affectui medeatur, verbi causa canceri combusti rabiei? Causam hujus efficientiæ, judicat, esse totius substantiæ proprietatem: hanc non modo in hoc, verum etiam in aliis affectibus sanandis, sanationis esse auctorem ⁸. Tandem in curatione morborum, ut & in tuenda valetudine, ex usu esse exercitationes tolerabiliter, & habita virium corporis cujusque ratione, institutas. Etenim in exercitando corpus triplex cum-

[6] De his vide supra Dissert. iv. pag. 61. & Dissert. vi. pag. 82. & seq. facult, & libr. v. earund. facult. in proœmio scribit eandem esse conditionem complurium, venenorum, antidotorum, purgantium ac plerorumque attrahentium remediorum, quæ singula ratione

[7] Libr. i. cap. 11. de compos. med. per genera.

[8] Libro xi. cap. xxx. de simpl. med.

cumprimis commodum indipisci. Nimirum organis exercitatione duritiem seu firmitudinem conciliari, fieri præterea innati coloris incrementum, atque concitatiorem spirituum motum. Calorem adauctum insequi validam alimentorum quaquaversum per corpus distribuendorum attractionem, & alterationem promptiorem, & commodiorem nutritionem, &c. A validiore spirituum commotione autem meatus corporis perpurgari, atque excrementa supervacua evacuari ⁹.

XXXVII. Verum enim vero, quomocunque hæc se habeant, contingere non raro, ut ex immodica exercitatione exoritur affectus, seu constitutio quædam corporis, quam Græci νόσος, Latini vero lassitudinem, appellant. Qualis autem affectus hæc lassitudo sit, non consentire inter se, qui de ea scripsere. Alium enim statuisse eam esse articulorum, propter motiones exsiccatorum, siccitatem: alium, humorem multum & tensionem & calorem, fluxione nimirum e partibus, vehementer agitatis, effusum: alium non humorum multitudinem, sed qualitatem solam, causari ¹⁰ Galenus scribit lassitudinis proprium esse, ut adsit seu horror, seu dolor, seu pigritia quædam ad motum. Horum autem aliquid inveniri in lassitudine ulcerosa, tenta, & inflammationis. Illam generari ab excrementorum copia tenuium simul & acrimum, seu cutim seu ipsam carnem ita pungentium vel vulnecrantium, ut horror, vel concussio commotioque quædam totius corporis inæqualis, oboriatur: istam exoriri, excremento in musculis in nervis ob nimiam distensionem, quam exercitando admiserunt, residente: hanc denique, qua aliquis sentit contusas, vel phlegmone quasi obsessas, partes, solere maxime incidere, musculis nimium calefactis, quippiam ex circumfusis excrementis, ad se attrahentibus, Præter has esse & aliam speciem lassitudinis, quam evenire, musculis ultra

mo-

tionem totius substantiæ singulari virtute esse prædita.

[9] De renum affect. dignot. cap. VIII. Plura autem de utilitate exerci-

tationum tradit Galenus libris de tuenda valetudine.

[10] De simpl. medic. facultat. libr. II. cap. X.

Mm 2

[11]

276 DISSERT. MEDIC. XVII.

modum siccatis, adeo ut squalens contractumque corpus, atque ad movendum quodammodo iners, appareat. Hanc vocat lassitudinem gracilitatis. Dictas quatuor lassitudines simplices, vocari, compositas vero evadere, si una e tribus primis cum alia jungatur, exoriri tum tres compositas, & universim septenas lassitudinum species ¹¹.

[11] Quid? quod putat, has lassitudines posse ad quindecim species redigi, si utpote hoc pacto inter se connectantur. Exempli gratia proponam quatuor simplices, ut Ulcerosam, A. Tentam, B. Inflammationis, C. & Gracilitatis, D. Compositam fieri, si AB. aut AC. AD. BC. BD. CD. aut ABC. ABD. ACD. BCD, aut ABCD. sibi invicem jungantur. vide libr. III. cap. XIII. de san-

nit. tuenda. Reliqua autem, quorum mentionem feci indidem. cap. VII. VIII. IX. X. & libr. IV. cap. II. & seq. quin & de multitud. cap. IX. & XI. nec non *Oribasii* Synopf. libr. V. cap. XV. & XVII. in quibus locis etiam curatio dictorum affectuum indicatur, deprompsi. Vide etiam supra pag. 17. notam S. ubi etiam de lassitudinibus differui.

DISSERTATIO XVII.

DE

*Græcorum Arabum Latinorumque medicorum,
qui post Galenum in Medicina celebres
fuerunt, decretis.*

I. **G**aleni dogmata in Medicina per multa secula maxime viguisse, apparebit ex nunc tradendorum auctorum placitis. Perverlim equidem, ut obiter moneam, ut dicendorum auctorum opiniones ordine & tempore, quo vitam degerunt, reddere possim: ast, quia de eo inter doctos controversia est, quæ etiam nunc propter testimonii probati defectum haud dirempta; eapropter ordini cum maxime trito insistam, & narrabo primum Græcorum, postea Arabum, dein Latinorum de dogmatibus; & quidem breviter pluri:

plurimorum faciam auctorum mentionem. Sed ad propofitum.

II. A Theophilo, qui tractatum de urina fcripfit, exordiar fcribere. Is ftatuit generari lotium in vena illa magna, a Galeno *σέλεχιαίω* vocata, quæ a fima jecinoris parte exoriens aliarum veluti truncus eft. In hac, putat, facultatem *αίματοποιητικὴν* opus fuum abfolvere. Præparato namque fanguine, perturbationeque in eodem oborta, quicquid leve eft, ac furfum tendit, cujufmodi flavum biliofumque excrementum eft, illud veficam biliariam, juxta hepar fitam, per meatum fuum recipere: partem vero terreftram, & quafi fæculentam fanguinis, fplenem beneficio ductus fui ad fe attrahere: aquofum autem excrementum una cum fanguine mixtum, in truncum venæ cavæ, a parte fuperiore ad inferiorem fpinæ adjacentem impelli, atque a renibus exceptum in urinam commutari. ¹ Quapropter urinæ oleum fupernet, vel ejus in fundo omnigenum fedimentum fubinde reperiatur, hanc rei rationem, putat. Scilicet pinguedinem & carnem inter folidas corporis partes, & molliores effe, & humidiores. Si quis ergo febri laboret, refolvi primo pinguedinem, partium omnium folidarum folutu facillimam, deinde vero carnem. A calore autem pinguitudinem colliquari, atque in fubftantiam olei tranfmutari. ² Carnem, quæ totum corpus circumveftit, quæque renes conftituit, a calore liquatam, cauflam effe, ut fiat fedimentum inftar ervorum: fi fedimentum fuerit, proinde ac laminæ effent vel folia, abradi tunc ea de corporis fuperficie, præfente in primis febre: alias de vefica duntaxat. ³ Eandem ait rationem effe fedimenti furfurofi. Sedimentum, fimilagini fimile, oriri, autumat, aut ob folidarum partium colliquationem, aut propter aduftionem fanguinis: fi album fuerit, illam affectionem; fin vero rubrum, hanc fignificare. ⁴ Quod vero ad excrementa alvi pertinet,

exi-

[1] Vide cap. 17. de Urinis.

[2] *Ibidem*, cap. xvii.

[3] *Ibidem*, cap. xviii.

[4] Vide cap. xx. & xxi.

M m 3

existimat, ea tunc fore debita constituta, si modo excretionis tempus, tempori concoctionis perfecte fuerit consentaneum. Bifariam autem contingere posse, quo minus debita excernendorum per alvum excretio fiat, atque ea aut tardius justo, aut citius: si tardior fuerit, fieri eam vitio facultatis alterandi: ut excernendi: si ocyor, accedere hanc propter imbecillitatem potentiae retinendi: vel etiam propter bilem flavam, intestinorum tunicam, stimulantem, vellicantem, pungentem. ⁵ Continuas porro excretiones fieri, vel ob toni vitium, partium nempe juxta ventriculum: vel ob irritationem, e vitiosis humoribus circa ventriculum collectis, exortam. ⁶ Mirum sibi videri, ait, quod facultas trahendi intestinorum, non modo a partibus superioribus ad inferiores: verum etiam ex inferioribus ad superiores, operetur. Cibum quidem plurimum e regione superiore ad inferiorem pelli: verum tamen vi *peristaltica* infra incipiente, quae in ipsis intestinis, inque ventriculo, continentur, versus superiora ferri, ac evomi. Quid? quod humor aliquis acris in his, qui ventrem exonerare nequeunt, iterum sursum vehatur, ventriculum postmodum vellicet, & caput anathymiasis repleat. ⁷ Flatus vero, ratiocinando pergit Theophilus, generari ex humoribus quibusdam flatuosis circa ventriculum collectis: vel e cibis, a calore debili, in vapores resolutis. Calorem enim cibos mitigantem, si is modo tepidus fuerit, illos quidem digerere: attamen eundem munere suo haudquaquam defungi; sed procreare potius quandam nubeculam, spiritus flatulenti auctorem. ⁸ Quod superest, honorificentissime & Hippocratem, & Galenum, appellat, atque horum auctoritati plurimum tribuit.

III. Philotheus videtur etiam Galeno ætate posterior, citat enim semel atque iterum scripta Galeni ⁹ Lapsus itaque

[5] De retrimet. alvi cap. 11.
 [6] *Ibidem.* cap. IV.
 [7] *Ibidem.* cap. xv.
 [8] *Ibidem.* cap. xvii.

[9] Libr. I. aphorism. xli. lib. III. aphorism. xvii. libr. v. aphor. lxi. Ludovicus Coradus libros e Græco in latinum convertit.

que per errorem est Neander ¹⁰ statuens hunc, cujus expositiones in aphorismos Hippocratis habemus, esse eundem Philotham a Plutarcho ¹¹ commemoratum. Aliqui putant ¹² Philotheum, esse eundem Theophilum, cujus doctrinam jammodo enarravi. Sed, ut aliquid de Philothei doctrinam degustet, B. L. dabo quædam excerpta. Medicinam in contemplativam & activam partitur. In contemplativa traditur naturam, signa, causas. In illa parte, quæ naturam tractat, doceri elementa, temperamenta, membra, actiones &c. In ista quæ signa exhibet, demonstrari ut ex iis vel præsentia cognoscamus, vel futura prædicamus, vel superiora nobis in memoriam revocemus. In hac denique, quæ causarum investigationi dicata est tractari causam primitivam abditam & continentem. Partem activam, quam vulgo Therapeuticen vocant, complecti id, quod integra fruitur valetudine, & quod curatione indiget. Hoc triplici ratione instituendum, diæta utpote, Pharmaco, vel Chirurgia. Victus rationem vel senibus infervere, vel ægrotis, vel iis, qui ex morbo convalescunt, vel iis, qui recte se habent, ut ne a morbis corripiantur. ¹³ Ex morbis v. g. febrem tertianam, putat, e bile flava; quartanam, ex atra bile, quotidianam, e pituita, primas inter corporis humore tenente, existere. ¹⁴ Morbos acutos,

qui

[10] Syntagm. de Med. laud. orig. &c. pag. 66.

[11] In Antonio. De Philotha Amphissensi medico narrat, eum in numerum asseclarum Antonii ex Fulvia filii receptum, & cum eo, quoties non cum patre cenaret, una cum reliquis amicis cenare solitum. Hunc aliquando cuidam, medico, qui una cenantes disputando & ostentando obtunderet, hujusmodi sophismate os obturasse. *Quodammodo febricitanti frigida est exhibenda: atqui omnis qui febricitat, quodammodo febricitat: omni igitur febricitanti damna est frigida.* Ex his dictis etiam colligitur non omnes Medicos apud Romanos in servitute fuisse.

Cenare enim cum filio & aliis amicis Antonii triumviri tantum abest a servitute, ut nihil servituti magis possit esse contrarium. Plura hujus generis argumenta vide in dissert. 1.

[12] Gesnerus, qui in Biblioth. tit. Phil. scribit fortassis hic est ille Theophilus, cujus & alia scripta in Medicina habemus: & tit. Theoph. adscribit aphorismos Theophilo. Et Martianus Rota in Præf. ad aphor. Philothei scribit. *Philothæus, qui a nonnullis Theophilus dictus &c.*

[13] Ita *Philothæus* in lib. 1. Hippocr. aphor. 1.

[14] Ibidem aphorism. v. & libr. 117. aphor. 26.

[15]

qui brevi tempore ingravescent, & ardore & gravioribus symptomatibus stipantur, statuit e bile, vel ex acuta & tenui materia generari, quam quidem ratione substantiæ facile diffiliari; ratione autem acrimoniæ libenter aliquid in corpore exedere: mordens enim cum sit, molestiam naturæ inferre, eamque ipsam excitare ad expellendum quicquid in corpore adversarium est, & ad sustinendam judicationem. ¹⁵ Ex bile flava itidem oriri epilepsiam, pleuritidem, phrenitim, hæmoptysin, tabem, &c. ¹⁶ Convulsionem, motum in instrumentis, ad electionem voluntatemve pertinentibus, involuntarium, fieri vel ex multitudine, qua cerebro repleto & nervis, hos ipsos intendi: vel ex siccitate, unde nervos insimul augeri. ¹⁷ Ventrem, per quem non modo ventriculum, in quem cibi ingeruntur, sed omnem cavitatem in profundum jacentem, ut cerebri, cordis &c. intelligit, hunc se ipso calidiorem esse, quoniam propter frigus comprimatur, & meatus ejus coangustentur: qua de causa innatum calorem contendere, ut transpiret: cum autem id, quod transpirandum est, ob corpus condensatum non inveniatur exitum, id ipsum retrocedere ad interiores partes vicissimque ad exteriora redire, ex qua motus vicissitudine magnopere calorem corporis adaugeri, atque adeo quemlibet ventrem se ipso calidiorem fieri. ¹⁸ Lassitudinum, quarum Galenus quatuor simplices & undecim compositas statuit, ¹⁹ Philoteus tria genera enumerat, ut tentam, ulcerosam & ossicam. Primam esse, in qua universum corpus videtur tendi, provenire hanc ex spiritibus flatuosis, distensione quadam corpus afficientibus: Alteram sensum ulceris inferre, generarique ex acuta & mordaci materia: In tertia videri quasi ossa deterantur, hancque provenire ab humore crasso & terrestri. ²⁰ Hippocratis præceptum de corpore

- | | | |
|------|---|--|
| [15] | Libr. II. aphor. 18. & 23. 24. | lassit. memoravit ossium lassitudines, |
| [16] | Libr. III. aphorism. xxix. | quas <i>ὀστέπαις</i> nominat. Ossa enim mo- |
| [17] | Libr. II. aphorism. xxvi. | veri, & confluxum humorum accipere: |
| [18] | Libr. I. aphorism. xv. | quos, quando propter multum dolorem |
| [19] | Vide supra pag. 275. | intro fluxerint, efficere in ossibus defatiga- |
| [20] | Libr. II. aphorism. v. Longe ante Philoteum Theophrastus libro de | tionem. |

[21]

corpore purgando ita exponit, facilis in corpore fluxus, quem Hippocrates procurandum monet, fit duobus modis vel attenuando materiam vel dilatando loca. Oportet igitur & ea, quæ sunt angusta, relaxare, rarefacere, meatus extendere, vasorum os dilatare, humores crassos & lentos, qui continentur in corpore incidere & attenuare. Quibus confectis, & adhibito medicamento humores transferuntur & trahuntur ab eo, & optima fit purgatio ²¹.

IV. Complures fuerunt, quibus nomen Sorani erat impositum. Nam is, qui Epheso erat oriundus, fuit, ut mihi cum Galeno atque Cæli Aureliano constat, in secta Methodica celeberrimus. Verum ille, cujus mentionem facit Aetius, quamquam perraro, tamen si id agit, more Galeni fere ratiocinatur. Commemorat enim intemperies, quas nauci habebant Methodici. ²² Cæterum prostat liber, titulo Sorani Ephesi superbiens: verum hic auctor imitatus est auctorem Epistolæ, quæ in lucem sub nomine Dioclis ad Antigonom Regem prodiit: vel auctorem libri de dynamidiis, operibus Galeni insertum. Quid? quod Arabum quorundam more potius ratiocinatur. Statuit enim in capite phlegma, in pectore sanguinem, in ventre bilem rubram, inque vesica bilem nigram, residere: atque suis quasque humoris species adaugefcere temporibus. Sanguinem namque in corporibus vere, bilem rubram æstate, bilem autem nigram ut & pituitam hyeme, augeri. Præter hujusmodi humores, memorat, quaterna fellis genera insuper in homine esse, fulvum nempe, rubrum, nigrum, & phlegmaticum. Præposterum servat ordinem in suo cuique loco, ubi resideat, tribuendo. Vult enim bilem fulvam tempore verno in stomacho: rubram æstivo tempore in latere sinistro

(cr-

[21] Ibidem. aphorism. x.

[22] Vide Aetii. tetrabibl. iv. ferm. iv. cap. LXXIV. & cap. LXXIII., in quo agit de Uteri debilitate. hæc habet. *Menstruorum vero tempore, pestinis lumborum ac crurum gravitas adest, & stomachus male habet, & hinc vaporibus ad caput elevatis aliquando deliria succedunt, simi-**lesque sunt harum vexationes eis, quæ ab utero strangulantur: quandoque etiam velut atra bile perciti desipiunt, ac furore aguntur.* Capite LXXI. quo feminis fluxum, & Capite LXXV. quo uteri resolutionem: & aliis cap. quibus varios morbos tractat, reddit quidem dictorum morborum curationem; verum de eorum

Nn

cauf-

(error est, forsitan putat in latere dextro) nigram tempore hyemali in latere sinistro: phlegmaticam tandem autumnali tempore in pulmone, abundare, ac rerum potiri: ²³ sed missum facio, auctorem, quem hominem nugatorium recentiores haud injuste appellabunt.

V. Reputans mecum auctorum Græcorum, qui post Galenum inclaruerunt, doctrinam, hæreo sane in judicando de placitis, quæ cuius auctori propria seu peculiaris sunt. Quippe ad unum fere omnes excerpserunt, hauseruntque ex antiquis dogmata, methodumque medendi. De his itaque ægre iudicium possumus facere, utrum de suo veterum doctrinæ aliquid addiderint, nec ne? Exemplum sumamus ex Oribasio. Is, ut e scriptis, quæ & tanta collectorum mole nobis etiam nunc supersunt, manifeste apparet, vix quicquam habet, quod ipsi singulatim attribui possit. Etenim is ipse ingenue profitetur, se jussu Juliani imperatoris e præstantissimis quibusque auctoribus, quæ ad valetudinem tuendam pertinent, excerpissè, eaque septuaginta libris, quorum septendecim etiam nunc supersites, comprehendissè. ²⁴ Quandoquidem vero tam vasta, operosaque librorum moles, difficulter potest ab uno quoque tractari: hac de causâ eam, suavis rogatuque filii Eustathii, Oribasius ad compendium, ad libros novem, redegit. ²⁵ Theoriam Medicam perbreve, rationem autem curandi prolixè, pertractavit, ac ingentem remediorum copiam collegit. Inter alia, quæ ab ipso memoriæ prodita, quæque ab aliis posterioris ævi scriptoribus semel atque iterum exscripta, eminent notæ signave temperierum non modo totius corporis, sed & vario-

causis vix quicquam tradit.

[23] Vide ejus librum, cui titulus est, *Uagoge in artem Medendi saluberrimam* cap. v. xlii. xlix. xx. & xxii.

[24] Hujus gratia vide præfationem libr. i. collect. med. *Eunapius de vitis Philos. in Zenone. Juliani tempore complures medici floruerunt, inter quos Zenon Cyprius, doctrina celebri clarus, attigit*

tempora Juliani Sophista & post illum Proceresi, qui Zenoni successerunt. Hic utrumque & profitebatur, & faciliat medicinam. E discipulis clari nominis fuerunt Magnus, Oribasius & Ionicus, qui veluti inter se partiti sunt præceptoris studia. & pag. 184. edit. in oct. Oribasium & Ionicum laudat propter artis peritiam.

[25] Vide præf. synopf. libr.

[26]

riorum viscerum. Firmam corporis constitutionem æstimat, si id in medio omnium extremitatum fuerit positum. Nempe, nec nimis obesum, si nec gracile, crassum, calidum, frigidum, nec alio quodam qualitatum excessu, præditum fuerit : & , ut breviter & summatim dicam, quod naturales animalesque actiones habet integras. Colorem rubrum corporis, capillos nigros paululum hispidos, venasque latas indicia esse. quod tale corpus justo calidius sit, quin etiam citiorem in infantia dentitionem subeat. Frigidæ temperiei notas esse, si corpus tactu frigidum, si glabrum, si pingue, si venæ angustæ sint. Siccæ temperiei indicia hæc esse, corpus durum ac aridum esse, difficulterque moveri, squalidum ac siccum ab exsiccantibus fieri. Humidæ vero temperaturæ signa esse, si corpus molle, si majori carnis copia refertum, unde illius crassities, vel obesitas; si male fert usum rerum humidarum. His subjunxit signa intemperierum compositarum, non modo corporis generaliter; sed etiam speciatim diversarum ejus partium, ut capitis, ut cerebri, ventriculi, pulmonis, cordis, atque jecoris. Profecto si hæc omnia sigillatim enarrare vellem, necesse mihi esset de his facere peculiare volumen, quod procul dubio plerique lectores fastidirent : ea de causâ brevitati studens his superledeo. ²⁶ Facultatum corporis principum, statuit, tria genera dari, ut naturalem spiritalem & animale. Illam prodere omnes corporis ægritudines per urinam aut alvum : istam, vitiatum pulmonem & respirationem : hanc vero affectus capitis. Ex his facultatibus aut recte aut minus recte se habentibus significari morbi magnitudinem & exitum. Ex his unam semper duas, aut duas unam, vincere. Et licet virtus spiritalis & animalis mortem minentur, naturalis tamen, si modo valida fuerit, spem bonam de ægro tali habere indicat. Verum si naturalis debilis fuerit, hanc solam reliquas duas subjugare, & causam esse, ut æger moriatur. At bonum nunquam non esse signum

[26] Plura si desiderantur, vide synopl. | cap. LI. & sequentibus tradit intemperierum curationes.

signum, si cunctæ facultates firmitatem & robur habuerint.²⁷ Quantum vero ad omnis generis corporis affectus spectat, statuit, œdematis causam esse fluxionem aliquam pituitosam: Vitiliginis albæ sanguinem pituitosum ac lentum, qui diuturnitate temporis colorem indeptus fuerit albidum: nigræ vero causam, esse succum melancholicum. Humorem, qui lepram efficit, statuit, ad imas usque partes penetrare: & qui scabiem, corporis superficiem occupare. A sanie tenui atque acri, cæteris crassioribus admixto, oriri impetiginem, quam facile, ait, seu in scabiem, seu in lepram degenerare. Inflammationum causam materialem esse spiritum flatuosum crassum, vaporiferumque: corporis autem densitatem spirituum evaporationem inhibentem, esse causam adjuvantem.²⁸ Flatus in ventriculo gigni, autumat, e succis vel cibis, ab imbecillo calore in vapores dissolutis. Omnimodas jecoris affectiones oriri, putat, vitio variarum intemperierum. Calidam succos assare: frigidam humores crassos, & ad fluxum atque motum contumaces reddere: siccam, succos crassiores ficioreque justo efficere: humidam vero partes justo dilutiones facere.²⁹ Febrem hecticam non solum in humoribus spirituque, sed etiam in solidis partibus, consistere. Calorem in hoc morbo ægros non sentire, quia omnes corporis particulæ æquabiliter calefactæ.³⁰ In curatione morborum plethorumque oportere medicum respicere victus, imo vitæ rationes consuetudinemque, quas æger ab incunte ætate suscepit; ad præceptum hocce probandum profert Galenum, quem ægrum quendam genere hominem rusticum & agrestem, cui Glaucio diu multumque frustra medicinam fecit, invisisse, eundemque interrogasse de consuetudine victus. Ad quæ ille, consuevi, inquit, crucas agrestes comedere. Galenum vero post-

[27] Hæc *Oribasius* in aphorism. xxvi. libr. i. Hippocr.

[28] Hæc habet *Synopseos* libr. vii. cap. xxxv. xl. ix. xlix. & l.

[29] Dictæ *synops.* libr. ix. cap. xix. & xx.

[30] *Ibidem* libr. vi. cap. xxi.

postquam fasciculum erucarum collegisset, coctam offerre voluisse. Sed ægrotus supervacuum, inquit, ejusmodi coctio est, des, obsecro, crudam modo: solebam enim jam dudum hac delectari. Annuente Galeno rusticum ab esu dictæ herbæ proptinus e morbo gravi recreatum fuisse. ³¹

VI. Philagrius, quantum e variis ab Ætio excerptis locis addiscere potui, videtur mihi non magnam operam causarum abditarum, morbos efficientium, investigationi impendisse; sed potius tractasse, quæ ad curationem morborum spectant. Interea tamen non inficias ibo, constare e capite, in quo de affectibus lienis cognoscendis egit, eundem placita Galeni fuisse amplexum. Statuit enim lienem, ut cætera corporis membra, secundum octo intemperierum genera, a Galeno primum excogitata, omnifariam affligi. ³² Idem judicium facio de Philumeno, quem etiam in numero sectatorum Galeni, vel Archigenis, habeo: quod liquet, quia febrem ardentem progigni putat e flava bili putrefacta, ac jugiter incensa. ³³ Tonsillas deinde, quoniam in loco calido & humido sint positæ, frequentissime ideo affici inflammatione. ³⁴ Cætera, quorum in dictis fragmentis fit mentio, pertinent potissimum ad medicationem rite instituendam.

VII. Ægineta & Actius institerunt methodo Oribasii, excerpteruntque atque ad compendium redegerunt complurium scripta veterum. Quid? Ægineta in præfatione operis sui ingenue fatetur, se compendium e veteribus confecisse, atque in hoc minime foeturas suas, paucis quibusdam exceptis, pro-

[31] Vide *Oribasii* expositionem in aphorism. xxxiii. libr. ii. Hippocr. Ego hanc historiam in operibus Galeni, quæ nobis supersunt, invenire non potui.

[32] Hæc *Ætius* tetrab. iii. ferm. ii. cap. vii.

[33] *Idem* tetrab. ii. ferm. i. cap. xxxviii.

[34] *Idem* tetrab. ii. ferm. iv. cap.

xlv. & tetrab. iv. ferm. iv. cap. lxxxiii. statuit Philumenus uteri inflammationem ob multas causas contingere: videlicet vel ex plaga, vel mensium obstructione, vel abortu, ulceratione, nimio coitu, fellæ durioris infessu, longa ac intenta ambulatione: vel frigore, ac flatibus, eam oboriri.

posuisse. Quæ cum ita sint, nescio fane, si qua inde depromam, an ea ipsi, tanquam sua, vindicare audeam. Et præter hæc, quamvis lectori aliqua in ejus scriptis obviant, quæ videantur proprio Marte elaborata: tamen, si ea cum placitis Galeni comparentur, clare perspicueque ex his conficitur, Æginetam in numero asseclarum Galeni, cujus doctrinam est amplexus, collocandum. Idem judicium judico de scriptis, deque doctrina AETII.

VIII. Alexander Trallianus quoque in dandis morborum causis, ut ipse fatetur, ³⁵ assumpsit plerumque placita Galeni; & quantum ad rationem medendi pertinet, complura mutuatus est ab Archigene, Apollonio, Actio, Theodoro Moschione, &c. Dabo aliquot specimina, e quibus hypothetis, vel doctrina, quam habet de morborum causis, innotescet, v. g. Cephalalgiam oriri posse, autumat, a calida intemperie, exempli gratia, jocinoris: calidius enim justo hoc viscus, ubi exstiterit, mandare vapores exhalationesve sursum ad caput, hujus dolorum auctores. Eandem, ait, rationem esse ventriculi, intemperie calida, præditi. Non modo calidam, sed & frigidam intemperiem, & biliosum, & lentum humorem, &c. posse capiti omnis generis dolores importare, existimat. ³⁶ Phrenitidem nasci e flava bile, in cerebro aut ejus membrana, inflammationem excitante. ³⁷ Paralyfis causam putat humorem crassum, viscidum frigidum: interdum etiam terrestrem & melancholicum: aliquando intemperiem calidam causæ esse, ut sanguis reliquique humores nimis torrescant. ³⁸ Melancholiam subinde provenire e copia sanguinis, cujus vapore spiritus animales perturbari: subinde e bilioso & acriori sanguine: quandoque vero a sanguine melancholico, plus
latis


[35] Libr. XII. cap. I. in quo febres tractat.

[36] *Ibidem* libr. I. cap. V. Et cap. XI. exhibet notas Cephalæ, quam, putat, subinde oriri e cerebri inflammatione, aliquando fieri ex insidente spiritu fla-

tuoso, interdum ex acri & bilioso humore, aliquando etiam e calida corporis intemperie.

[37] *Ibidem* cap. XIII.

[38] *Ibidem* cap. XVI.

fatis adusto, vapores abundanter capiti transmittente, anima lemque in eo spiritum, permutante. ³⁹ Aquam inter cutem ducere originem a jecore admodum refrigerato: quocirca id viscus non amplius cibos in sanguinem, ut alias affolet, sed in aquam, aut in pituitam, aut in flatum, transmutare. Hisce positus ratum habet Ascitis causam esse tenuem serosumque humorem: tympanitidis, flatum: Anasarcae autem, humorem pituitosum. ⁴⁰ Calculos in renibus generari a tenacibus crassisque humoribus, ab immodico renum calore invicem compactis, atque tostis; calculos vesicae autem, quoniam e materia crassiori consistunt, non deponere tantum calorem, quantum calculi renum materia requirit, sed illam prompte ab infuso qualicumque calore in lapidem concrefcere. ⁴¹ Profluvium feminis non provenire solum a copia ejus, facultatem retinendi, in vasis feminalibus contentam, gravante: verum etiam ex acrimonia ac tenuitate feminis. ⁴² Febrem denique, opinatur, sedem suam habere in corde. Materiam illius triplicis generis esse: subsistere enim eam vel in spiritibus, vel in humoribus, vel in solidis corporis partibus: si in illis subsiterit, oriri diariam: si in istis, febres putridas: at vero si in his, hecticam. ⁴³ Haec & similia ratiocinia, quomodo-cunque fuerint, in medio relinquam: hoc tamen de Tralliano possum asseverare, cum accurate & exquisite signa, vel notas morborum secundum datam hypothesein, tradidisse, atque curationem morborum ad eandem normam causarum direxisse. Caeterum in morbis medicandis fudit multum amuletis. Et inter haec cummaxime asserit exploratum sibi esse de annulo ferreo octangulati, cui sint inscripta haec Graeca $\phi\epsilon\upsilon\lambda\epsilon\ \phi\epsilon\upsilon\lambda\alpha\ \iota\epsilon\ \chi\omicron\lambda\eta\ \eta\ \kappa\omicron\rho\upsilon\delta\alpha\lambda\ \epsilon\sigma\eta\tau\epsilon\iota$: in capite autem ejusdem annuli figura instar literae N cum senis parvulis circulis, quemadmodum haec inserta figura exhibet : cu-
jusmo-

[39] *Ibidem* cap. xvii.
[40] Libr. ix. cap. i. & ii.
[41] *Ibidem* cap. iv. & vii.

[42] *Ibidem* cap. ix.
[43] De his lege libr. xii. in quo copiose doctrinam de febribus pertractat.

[44]

justi modi confectum annulum, ait, multum valere contra dolores colicos. ⁴⁴ Ita etiam contra podagram commendat versum ex Homero, laminæ aureæ insculptum. ⁴⁵ Adversus calculum proficere putat tesseram ex ære ignem nondum experto, factam, cui insculpendum esse leonem, & lunam dimidiatam & stellam, cujus tesserae circulo nomen feræ conscribendum, postea hanc tesseram annulo aureo inclusam, in digito, qui minimum sequitur, gestandam ⁴⁶ Nec minoris facit Altercum, Luna vel cum Aquario vel Piscibus versante, effossum, & certis verbis adjuratum. ⁴⁷ Sed mitto ejusmodi superstitiones.

IX. Nonius, qui librum Imperatori Constantino Porphyrogenito dicavit, statuit favum, ulcus multis foraminibus pervium, ex quibus melli similis humor excernitur, originem ducere e nitrosa falsaque pituita ⁴⁸ Dolorem capitis ex ardore vel vini vel Solis, vel febris, vel e frigida vel calida intemperie, vel ab elevatis a ventriculo vaporibus vel ex immoderato

rato

[44] Affectus Colici varias species memorat: aliam enim putat contrahi ex frigido humore, aliam e flatibus, aliam ex obstructione indurati stercoreis, aliam denique ex humore calido & bilioso. Vide cap. 1. libr. x.

[45] Est versus xcv. Iliad. B.

Τετραχὺ δ' ἀγορὴν, ὑπὸ δὲ ἰσων-
χίζετο γαίᾳ,

Hunc ita latine reddiderunt. *Turbata autem fuerat concio, subtus autem genuit terra.* Trallianus libr. xi. auctor est, dictum versum aureæ laminæ inscribendum, quum Luna est in Libra: præstare autem multo, si illa in Leone inveniat.

[46] Honestum enim esse morbum vincere, & omni machina ægris succurrere. Quid? quod Galenum, qui incan-

tationes ne esse quidem putavit, longa vita ususque rerum multarum docuit, ut crederet ipsas plurimum ad arcendos morbos posse. Citat Trallianus libr. ix. cap. iv. ejus verba e libro, quæ de Medica Homeri tractatione reliquit, qualis liber autem injuria temporum perit. En verba. *Nonnulli putant incantationes anicularum sabellis esse persimiles, quemadmodum ego quoque diu existimavi: temporis autem processu ab iis, quæ evidenter apparent, persuasus sum vim in ipsis esse. Nam in percussis a scorpio adsumendum sum expertus: nihil autem minus etiam in ossibus gutturi infixis, quæ incantatione statim expuebantur: ac multa præclara singula habent incantationes, quum institutum consequuntur.*

[47] Hujus feci supra Dissert. VII. pag. 93. mentionem.

[48] Cap. VII.

[50]

rato vini usu. ⁴⁹ Phrenitidem ab abundante sanguine, vel bile flava vel atra. ⁵⁰ Lethargum ex pituita humidior cerebri madefaciente. ⁵¹ Coma, a pituita frigida in cerebro contenta. ⁵² Coma vigil e contrariis humoribus, a bile utpote & pituita, quorum illum vigiliis, hanc vero somnum inducere. ⁵³ Melancholiam ex humore melancholico, cerebrum occupante: aliquando etiam ex humore, qui sursum a ventriculo ad caput tanquam evaporatio ascendit, cujusmodi affectionem vocari hypochondriacam. ⁵⁴ Vertiginem nasci ex frigido & glutinoso humore, cerebrum occupante; aut e vaporibus calidis & acerbis ad caput delatis, spiritum animale in cerebro vertentibus, & quasi in gyrum agentibus. ⁵⁵ Epilepsiam ab obstructione cerebri, transitum spiritui animali inhibente, cujus causam esse humorem pituitosum & melancholicum: nonnunquam morbum exoriri per consensum oris ventriculi, aut alterius partis ut manus vel pedis, cum aura quaedam elevatur ad cerebrum. ⁵⁶ Apoplexiam oriri, pituita frigida principes cerebri ventriculos opplente. ⁵⁷ Phlegmone fieri sanguine ad membranam adnatam fluente. ⁵⁸ Scabiem, ex humore falso & nitroso. ⁵⁹ Febres tum continuas tum continentes univere fieri, a materia intra vasa vel putrescente vel effervescente: ⁶⁰ speciatim vero tertianam existere e flava bile, extra vasa putrescente: ⁶¹ quartanam, ab atra bile, & quotidianam ex pituita extra vasa putrescente. ⁶² Bulimum, nasci ex refrigeratione & *necrosi* ventriculi: appetitum caninum autem ex humore frigido & acido in ventriculo: ⁶³ colicum affectum ex pituita frigida intestinis crassioribus impacta ⁶⁴

Dia-

[49] Cap. xi. & seq.
 [50] Cap. xxv.
 [51] Cap. xxvii.
 [52] Cap. xxix.
 [53] Cap. xxxi.
 [54] Cap. xxxi r.
 [55] Cap. xxxv.
 [56] Cap. xxxvi.

[57] Cap. xxxvii.
 [58] Cap. xlvi.
 [59] Cap. xlix.
 [60] Cap. cxxxvii.
 [61] Cap. cxxxviii.
 [62] Cap. cxi. & cxli.
 [63] Cap. clvii. & clviii.
 [64] Cap. clxx.

O o

[65]

Diabetem fieri ex renum calore, eos enim semper potum e vetriculo trahere, quem, postquam ob imbecillitatem continere nequeant, celeriter transmittere. ⁶⁵ Lapidem in renibus generari a crasso & pingui humore, in eorundem cavitatem ilapso, quem ab ignea calore istuc loci aduri indurarique, donec lapis evadat. ⁶⁶ Priapismum fieri ex flatulento spiritu, quem in tumorem attolli, & ab imbecillo calore ex humidis, lentis & crassis succis generari. ⁶⁷

X. Palladius etiam dogmata Galeni amplexus est. Scribit enim a quaternis humoribus, male constitutis, omnigenos morbos exoriri. Ex. gr. Bile flava in vasis redundante, ac in universum corpus se diffundente, fieri icterum, opinatur. Ab eadem bile, putrefacta autem, vasis inhærente, febrem ardentem: sin vero eadem extra vasa fuerit, intermittentem febrem oriri. Sinceram itidem bilem in aliqua corporis parte redundantem, putat, efficere herpetem: erosionem vero huic affectui fore adjunctam, credit, si modo dicta bilis fuerit putrida. Pari modo de reliquis humoribus, tanquam causis plurimorum morborum, disserit. ⁶⁸

XI. Actuarius, vir præclara eruditione, censet hominem ex duobus contrariis, anima videlicet & corpore, constare; quorum alterum cum altero maximam coivisse societatem. ⁶⁹ Animam autem esse spiritum atque substantiam simplicem, divinam, immortalemque, ac habere intelligentiam, i. e. facultatem consultandi, dijudicandi, ratiocinandi, suadendi, dissuadendi: ⁷⁰ eandemque parum, aut prorsus nihil commercii cum spiritibus nostris habere. Animam itaque, in abstracto consideratam, nequaquam posse pati; verum si evenit, ut quarundam passionum nostrarum particeps fiat, fieri id ob spiritum, qui nobis est, animale, quo mens, tanquam vehiculo vel ministro quodam, utatur: imo admi-

[65] Cap. CLXXVIII,

[66] Cap. CLXXIII.

[67] Cap. CXCIV.

[68] Hæc in ejus concisa synopsi de

Febribus cap. v. & vi.

[69] Libr. I. cap. I. de spirit. animal.

[70] *Ibidem* cap. III.

[71]

adminiculo spiritus animalis eam ipsam sua secreta, suasque exerere actiones. 71 Quantum vero ad spiritus pertinet, putat, quatuor diversos nobis esse. Primum ventriculo inesse, & frigidae & humidæ quodammodo qualitatis esse, eundem in aliis visceribus postea attenuari, perfectionemque nascisci, dempto ipsi supervacuo semper humido. Etenim optimum ex alimentis in ventriculo elaboratum succum, quem ait spirituum nostrorum & principium esse & materiam, tendere ad jecur, ac inibi, nec non in venis, mutari in spiritum naturalem. Hoc spiritu, juxta ac instrumento, arbitratur, animam uti, quando concupiscit varia: hujus beneficio nutriri corpora nostra: hunc denique cunctarum functionum naturalium auctorem, juxta & actorem, esse. Porro sanguinem, transacta in gibbas jecori partes distributione, secundum venam, quam *λολδοσι-δην* appellant, diduci: partem itaque ejus loca petere inferiora, partem vero recta pertendere ad cor; ibi campse per dextrum ejus ventriculum permeare in sinistrum; eque hoc deinceps per arterias in universum corpus propelli: vel sanguinem, in dextro cordis sinu per tenuia quædam foraminula eructantem, a sinistro illius ventriculo excipi. Sed utut sunt, tamen non vult percolatione per dicta foramina duntaxat sanguinem tenuiorem fieri; sed multo magis in considerationem venire, & continuam ejus commotionem, ipsiusque cordis calorem. Quæ cum ita fiant progigni interea spiritum quempiam, a Medicis vitalem appellatum. Hunc e corde, proinde ac e fonte, & instrumento vitalitati dicato, procedere, perque omnes corporis partes distribui. Hunc, si ratio ejus impetum reprimere nequeat, causam esse, ut ira, seu aliæ animi perturbationes oboriantur. Vitalem autem spiritum tum denique in animalis principalisque spiritus ideam transire, si in finibus cerebri alteratus transformetur in tenuissimam pellucidamque substantiam. Ejusmodi spiritum deinde respectu meatuum nervorum, quorum alios aliis esse diluci-

[71] *Ibidem* cap. v.

002

[72]

lucidiores, obscuriores, seu angustiores, &c. plurifariam affici, immutarique: & hinc inde variorum apprehendendi modorum causam esse. Quid? quod ipsum spiritum animale in unoquoque instrumento sensifero, autumat, peculiaris indolis esse. Eum enim in oculis luminosa, in auribus aërea, in lingua, humida: in naribus vaporifera: in instrumentis, tactui dicatis terrea præditum indole. Tradita sic cujuscunque spiritus generatione & natura, credit insuper quemlibet posse a vaporibus crassis caliginosisque, a prava ciborum digestionem ortis, quodammodo incrassari, fierique turbidum; quare postmodum quemque evadere ineptum ad munia sua obeunda. ⁷² Quod vero ipsum corpus attinet, putat Actuarius, cor hepar & cerebrum præcipuas ejus partes esse. In primis vero cordi, tanquam naturalis caloris & vitalis roboris thesauro, esse primum referendum. Hepar deinde secundo loco ponendum. Id ipsum caloris cordi insiti magis particeps, quam alias corporis partes: eundemque per venam cavam, quam omnium venarum principium judicat, advehi. Cerebrum denique sensum motumque ac actionem *ἡγεμονικὴν* corpori suppeditare. Cæterum has partes principes, cuncta in corpore obvenientia, sive mala, sive bona fuerint, inter se communicare atque consortionis quadam lege pati: uniusmodi enim in omnibus influxum pariter & conspirationem esse. ⁷³ Quantum vero ad præparationem humorum pertinet, existimat, quatuor in diversis fieri corporis locis concoctiones generales: primam in ventre; secundam in venis meseraicis & in cava hepatis parte; tertiam in gibberosa jecinoris parte, atque venis, indidem originem ducentibus; quartam vero in extremis corporis partibus: inque illis fieri partium, nutritivæ destinationum, appositionem, compagem, assimilationem. ⁷⁴ Sed sigillatim, perbreve tamen, de ratione cujusque concoctionis differam. Cibum dentibus prius mansum, ait, aptum esse ad

[72] Libr. II. cap. XVII. & libr. I. cap. VI. VII. VIII. IX. XV. XVI. & XVII. e quibus verba ad compendium contuli.

[73] De urin. differ. cap. III.

[74] *Ibidem*, cap. V.

ad digerendum. Hunc a ventriculo excipi, qui corrugatus alterat cibum interveniente calore genuino in succum: cujus partem puriorem, chylum dictam, venas meseraicas, originem ab hepate ducentes, e ventriculo ipso, eque intestinis fugere, imo veluti emulgere: quam postmodum ad cavam hepatis partem deferri, ubi eam in sanguinem mutari. Quandoquidem vero cum omnigenis plurimum particulis refertum; hac de causa vesicam bilis, in gibbera hepatis parte sitam, omne, quicquid tenue atque acre in eo sanguine fuerit, attrahere: siquid vero terrestris melancholicique humoris ipsi sanguini admixtum, id ipsum splenem, e regione jecinori adjacentem, trahere: ferosum denique in sanguine supervacuum a renibus secerni, subque forma lotii deinde foras excerni. ⁷⁵ Actiones autem cujuscumque coctionis omnifariam depravari posse: interdum vitium instrumentis, digestionis dicatis, inhærere: subinde debilitatam concoquendi virtutem: quandoque intemperiem humorum, ut crassitudinem, lentorem, &c.: nec non multitudine, eorundemque pravam computrescendo contractam qualitatem, in culpa esse. ⁷⁶ De intemperiebus, & ternis facultatibus hominis principibus, ut & de vitali in corde, de animali in cerebro, deque naturali in jecinore, residentibus, convenit ei cum Galeno. ⁷⁷ Quin etiam causam febrium, & reliquos corporis affectus, more & modo Galeni declarat. ⁷⁸ Quod vero ad naturam nervorum attinet, statuit Actuarius, aliquos e cerebro, aliquos e medulla spinali, originem ducere, & alios sensibus, alios motui destinatos. Ineptos eos ad motum fieri, vel ab intemperie qualibet, vel mutilatione, vel dissectione, vel ab infarto humore: convulsione autem, & tremoribus membra affici, nervis ob plenitudinem, ictum, siccitatemque, sua in principia contractis:

quin

[75] Vide de causis. urinar. libr. II. cap. II. & de urin differ. cap. IV.
[76] Lib. II. cap. III. de causis. urinar.

[77] De Method. Med. libr. I. cap. III. & v.
[78] Vide libr. II. cap. I. de Method. med.

quin & convelli, tremereque membra, propter facultatem alternis vicibus partim victam, partim vincentem. Etenim gravibus, ratione naturali deorsum tendentibus, facultatem attollentem reniti; atque ita, cum æquis fere viribus & oppugnantia & reluctantia inter se decertent, oboriri vitium, quem tremorem vocamus. Convulsionum tria genera esse, unum *τέτανον* vocari, ubi statuarum instar ægros, ob nervorum distensionem erectos, seu sedere, seu jacere: alterum, si ægrotantes circa regionem pectoris magis convelluntur, *ἐμπροσθέντων*: & tertium, si dorsum & scapulæ convulsione affliguntur *ὀπίσθεντων*, nominari. ⁷⁹ Sanguinis e venis missionem, ut etiam leviter Actuarii medendi rationem tangam, utilem judicat in plenitudine, ac calidorum humorum putredine; inque iis, quibus excretionem consuetæ sunt suppressæ. Venas porro non easdem semper esse incidendas, sed vitiorum ratione aliis alias esse præferendas: alias dum refellere: alias dum humores derivare, animus est. ⁸⁰ Præter hæc subinde ex usu esse, ut arteria, quamquam arduum sit negotium, quia fluxus sanguinis potest ægerrime sisti, incidatur. Namque vehementissimos capitis, dentiumque dolores, & maximas lippitudines, & catarrhos cumprimis generari, quando sanguis tenuis, ac spiritibus refertus, cujusmodi præsertim in arteriis contineri, copiose ad caput deferatur; inde cum ipsum quasi ignescere, & spiritus ejus propter calorem aductum quadantenus accendi; inde arteriis acutissime vibrandi, juxta & concutiendi, potentiam impertiri. Quæ cum ita eveniant, non posse, quin ante memorati affectus oboriantur. Quod sicubi sanguis corruptus putrisque commoretur, ⁸¹ eo loci admovendas hirudines putat: cucurbitulas vero cum scarificatione, si noxii humores in profundo lateant: sine sacrificiatione autem eas esse utiles, ubi revellere, & spiritum cras-

[79] *Atque eorum omnium cause, scribit, dorsi medulle ictus, & refrigerationes, ac ejusmodi quidam humores confluentes, censentur. libr. I. cap. XVI. de Method. medend.*

[80] Libr. III. cap. I. de Method. med.

[81] Cujus affectus pertractavit libr. II. cap. III. de spirit. anim. nutrit.

fiorem fluctuantem exhaurire, discutereque cupimus. ⁸² Cæterum, ut brevis sim, in methodo medendi persequitur Galeni sectam; ⁸³ cujus placita supra ⁸⁴ recensui. Sed satis de Græcis.

XII. Antequam de Arabum placitis scribere occipiam, lectorem obiter moneam, necesse est, plerosque eorum & Judæorum, qui de Medicina scripserunt, doctrinam Galeni fuisse maxime amplexos, eandemque posteritati propagasse: non sinceram tamen atque integram hanc conservasse, sed plurimis argutiis inanibusque quæstionibus eam subinde cumulasse adeo, ut nihil supra. Damus hæc non omnibus ita videri, sed ea aliquos velut subtilitates admirari: verum tamen non ambigo aliquem inficiaturum, quod ii, qui dictos auctores ex Arabico sermone in latinum verterunt, non modo complura perperam interpretati sint, & quod bene Arabice, male reddiderint Latine: sed etiam dubia & obscura fecerint, quæ in lingua Arabica, vel Hebræa, forte satis clara seu plana sunt. Verum quomodocunque ea sint, ego enim litem, ob dictarum linguarum ignorantiam, dirimere nequeo, persequar propositum. Abubeter Rhafis, is enim mihi primum incidit in mentem, multum ac prolixè tradit omnis generis intemperierum signa. Deinde, quid rei portendat omnifaria corporis membratura non tantum universim, sed & speciatim, considerata. Ideoque curiosè indagat formam figuramve capitis, oculorum, nasi, imo plerarumque propemodum externarum corporis partium. Quibus perspectis non judicat modo de dotibus animi, deque pravis hominis moribus: verum etiam de omnimoda corporis valetudine, tum præsentè, tum futura. ⁸⁵ Signa itidem tradit, quæ cognoscendum, quod aliquis quaternario humorum numero abundet. ⁸⁶ Quando de morborum causis agit, sequitur plurimum doctrinam

[82] *Ibidem* cap. II. III. & IV.
[83] Cujus gratia vide libr. VI. de
Method. med.

[84] Vide supra pag. 266. & deinceps.
[85] De quibus vide ejus tractat. II.
[86] *Ibidem* cap. XX. & seq.

nam Galeni. Exempli causa proponam Febrem diariam, cujus causam suadet prius investigandam, antequam aliquis ei medicinam faciat. Aliquando etenim ejusmodi febrem oboriri ex abscessu calido, vel flatu crasso, vel humore mordace, vel siccitate intensa, vel intemperie calida, frigida, &c. simplici: ab intemperie, ut vocant, cum & sine materia.⁸⁷

XIII. Avicenna Medicinam vocat conservationem sanitatis atque curationem morborum, dividitque artem in Theoriam inque praxim: illam versari circa sex res naturales, circa morborum causas, & circa symptomata; hanc vero circa chirurgiam, & dietam & pharmaceuticam. In rebus naturalibus annumerat elementa quaterna, cuique nostrum fati nota: ex quorum compositione ac temperie corpora originem ducere.⁸⁸ Bina ex his, ut ignem & aërem, appellat levia, totidemque gravia esse elementa, ut aquam, ut terram.⁸⁹ Temperamentum esse qualitatem, ex actione & passione mutua contrariarum qualitatum elementorum, ortam. Et quia sua cuique elemento qualitas, quam simplicem appellat, hinc etiam respectu excessus harum quatuor qualitatum simplicium, quaternas intemperies simplices: totidem vero compositas exoriri, duabus primis in corpore composito dominium habentibus, seu reliquis virtute antecellentibus. Præter hæc, censet, unamquamque dictarum octo intemperierum aut sine, aut cum materia, consistere: illiusmodi esse, quum qualitate solum corpus afficiatur: huiusmodi vero, cum humor vicinus, in quo una aut binæ qualitates reliquarum positæ sunt, corporis ægritudinis fuerit auctor.⁹⁰ Exempla hujus generis affectuum ubique obveniunt, quamobrem horum narratione supersedeo. Tertium genus ante dictarum sex rerum naturalium occupare quatuor corporis humores.⁹¹ Porro, quod ad corporis viscera & membra attinet, arbitratur, hæc qua-

[87] Vide de Ephemera. cap. 11.

[88] Vide ejus cantic. prim. part. §. 1. 2. 3. 4. 5. 6. & 7.

[89] Plura habet lib. 1. Fen. 1. doct. 11.

[90] *Ibidem* Doctr. III. cap. 1. & cantic. p. 1. §. 18. 19. 20. 21. 22. & 23.

[91] P. 1. cantic. §. 56. & seq.

[92]

quatuor, cerebrum nempe, cor, jecur, & testiculos, esse primaria; quinimo ipsis primatum debere. Nam cerebrum tutari cor a calore, ut ne inflammetur. Cor vitalitatem toti corpori largiri. Hepatis munia esse, ut cibi ad nutriendum reddantur idonei: & absque testibus esset corpus, nullam generationem seu propagationem sobolis futuram. Recensita membra constituunt quartam rerum naturalium classem: ⁹² quintam vero spiritus, quos triplicis generis corpori inesse, naturalem utpote, vitalem atque animale; horum autem quemlibet ex vapore sanguinis generari. Acceptam imaginationem, memoriam & intelligentiam, debere corpus spiritus animalis incolunitati referre. ⁹³ Tandem ad sextam classem redigit septem facultates naturales, ut facultatem (1) generandi seu genituram immutandi, (2) fœtum formandi, (3) attrahendi, (4) digerendi, (5) retinendi, (6) expellendi, & (7) assimilandi, quicquid corpori pro nutricatu destinatum. Dicitis addit duas potentias vitales, quarum alteram auctorem esse dilatationis & constrictionis cordis & arteriarum: alteram autem variorum affectuum, ut amoris, ut odii, lætitiæ, tristitiæ; &c. Adhæc posuit Avicenna novem facultates animales, ut quinas, secundum numerum sensuum externorum, quibus mens percipit: deinde facultatem lacertas artusve corporis movendi: & facultatem imaginandi, & memorandi, & ratiocinandi. ⁹⁴ Hisce sex rerum naturalium generibus contraria posuit sena rerum non naturalium genera, quæ etiam hoc ævo in Medicinam theoreticam recepta sunt. ⁹⁵ Cæterum ad digestionem ciborum, rite perficiendam, multum facere, autumat, ut homines cibum prius dentibus bene mandant, eundemque saliva subigant. Quo peracto eum non propter stomachi calorem duntaxat, verum etiam ob calorem & jecinoris & splenis in chy-

[92] *Ibidem*: §. 70. usque §. 77.[93] *Ibidem*. §. 81. 82. 83. & 84.[94] *Ibidem* de §. 86. usque 97. vide

| etiam lib. 1. Fen. 1. doct. vi. cap. 1. & seq.

[95] De his differit a §. 100. usque

| ad finem tractatus primi.

chylum, digerendo quasi, converti. Subtiliorem ejus partem ab intestinis attrahi, inque venas meseraicas impelli: postmodum ad venam, portam hepatis dictam, pervenire; ubi eundem per totum hujus visceris *parenchyma* distribui, inibique mutari in sanguinem, in bilem tum flavam tum nigram, & pituitam. Nimirum suum quisque humor ibi rudimentum capit: perfectior autem fit in aliis visceribus, ubi, pariter atque in promtuario, ad usum œconomix animalis reservatur. Quemadmodum Chylum ob peculiarem hepatis virtutem in sanguinem, ita etiam sanguinem rursus in mammis in lac, converti. ⁹⁶ Cibum vero nominat, quicquid habet potestatem corpus animale seu nutriendi seu augendi: medicamentum autem, quod alterandi seu vincendi. ⁹⁷ Causam vocat, quod primo est, & ex quo provenit aliquis affectus corporis humani v. g. putredo: morbum esse affectum non naturalem corporis v. g. febrem: symptoma autem, quod antedictum affectum sequitur, ut litis, dolor capitis, &c. ⁹⁸ Causarum denique alias esse primitivas, alias conjunctas, alias efficientes. Hæc causarum genera etiam atque etiam Avicenna in complures partitur species, quas si singulatim enumerare vellem, Hercule! non unius paginae scribendæ mihi esset negotium. Mitto itaque has: quidni mittam? Enimvero ejusmodi partitiones subtiles perfacile in unum confunduntur; nec non perturbationem non modo memoriæ, sed etiam menti, important. ⁹⁹ In explicanda morborum causâ amplectitur potissimum placita Galeni. Gratia exempli in medium afferam Febrem, quam finivit, esse calorem extraneum in corde accensum, quem ab eodem corde, adminiculo spiritus & sanguinis,

per

[96] Vide libr. I. Fen. I. doctrin. IV. cap. II.

[97] Cantic. part. I. §. 122.

[98] Libr. I. Fen. II. doctrin. I. cap. I.

[99] Aliquarum causarum ad mentem Avicennæ mentionem feci supra in

Differt. II. p. 39. Plura, qui cupit, is adeat libr. I. Fen. II. doctrinam. II. in qua fule XIX. capitibus omnis generis causas tractat. Dictarum compendium inveniet Cantic. part. II. a §. 175. usque ad §. 217.

[1]

per arterias & venas in universum corpus distributi. Speciatim vero cholerae putredinem esse causam febris tertianae: sanguinis, continuae: melancholiae, quartanae: pituitae tandem quotidianae.¹

XIV. Abhomeron Avenzoar scribit, Medicos solere unumquemque calorem praeter naturam e corpore exeuntem vocare febrem: & si aeger fuerit intemperiei biliosae tantum, febrem tum fore de genere cholerae, quam, ait, vel in venis, vel extra venas, putrescere. Si in illis computruerit, oriri tertianam continuam, sine rigore, sine typo aliquo procedentem; verum si extra has, provenire inde tertianam simplicem cum rigore invadentem, & sudore declinantem. Praeter haec a cholera vitello simile, a bile praefina, a bile aerugini simile, peculiare, existimat, provenire febres. Adhaec phlegma putrefactum, & sanguinem & humorem melancholicum, posse non modo singulatim, verum etiam plurifariam invicem conjunctos, omnis generis febres producere. Namque tertianam, quam vocant non puram, fieri e cholera phlegmate mixta: e sanguine atrae bili mixta aliam; & ex aliorum humorum mixtura iterum atque iterum alius generis febrem. Non modo dictum numerum humorum quaternarium, sed etiam pravam spirituum constitutionem causam esse, ut variae febrium species oboriantur. Ita diariam febrem opinatur illorum vitio exoriri.²

XV. His, quae utpote ad doctrinam de febribus spectant, non

[1] Vide lib. iv. Fen. r. Tractat. rr. cap. r. Ut quadantenus exponatur, quam verbosus & copiosus Avicenna fit in dandis morborum causis, verbi gratia proferam in medium febrem ephemeram; quam, sentit, exoriri posse, vel a motione spiritus ad interiora, vel a nimia tristitia, vel a multitudine cogitationum, vel ex ira, vel ex vigiliis, vel e somno quieteque nimia, vel e gaudio, timore, labore, dolore, syncope, fame,

fiti, obstructione, ingluvie, apostemate, ficcitate & asperitate, soliditate ac condensatione cutis a frigore vel aquis adstringentibus, vel a vino, vel cibis calidis. De his, quomodo nempe unaquaeque possit febrem diariam corpori importare, copiose ac prolixè dicit lib. iv. Fen. r. Tractat. r.

[2] Vide ejus librum de febrib. cap. i. rr. v. vi. vii. & xiii., e quibus memoratas rationes contraxi.

dissimilia sunt, quæ habet Haly Abbas. v. g. Quartanam; ait, ex humore melancholico, crasso siccoque, maturari nescio, oriri: ideoque etiam talem ægre solvi. Medicationem autem febrium putridarum in hoc consistere, ut calor extinguatur, ut humor putris evacuetur. ³ Cæterum commendat medicis Astronomiam, quam iis utilissimam putat. Assertum conatur facere planum auctoritate Hippocratis, cujus librum de variis Lunæ, in signis duodenis, schematibus profert, atque docet, quid boni, quid mali, ipsius cum his congressus portendat? Sed librum hunc puto supposititium, & haudquaquam tanto auctore dignum. Eiusdem conditionis est liber prædictionum, quem, dicit, in capsula eburnea inventum: commemorat enim talis auctor varias gentes, tempore Hippocratis incognitas.

XVI. Rabbi Moyfes etiam, ut cæteri, Galeni sectam atque institutionem persequutus est. Quid? aphorismos, qui etiam nunc supersunt, e Galeno, demptis paucissimis de suo additis, excerptis. Damascenus collegit præfagia futurorum eventuum morborum, partim ex Hippocrate, partim ex aliis auctoribus.

XVII. Si quisquam unus veterum Medicorum unquam curiosus fuit in dimensione virium medicamentorum, tum mercule in his Alchindum nemo, me iudice, arbitror, excellet. Equidem Galenus agnovit quatuor facultatum gradus, sed obiter huiusmodi doctrinam tractavit; verum Alchindus eam ad regulas Matheseos redegit. Et, ut cuiusdammodi cogitatum huius abstrusæ scientiæ habeat B. L. indicabo, temperatum ab eo appellari medicamentum, in cuius compositione vel mixtione quatuor qualitates primæ sunt ad æquilibrium redactæ. Id Alchindus opinatur quinquemodis de æqualitate sua decedere posse. Primum esse, si excessus aliquis qualitatis primæ se habeat, ut duo ad quatuor, vel 4.

ad

[3] Ita lib. de febr. cap. xxi. xlii. | tio innotescet eadem res in utriusque
& xlii. Conferenti Haly Abbatis cum | scriptis exstare, & alterum ex altero de-
Constantini Africani scriptis nullo nego- | scripsisse.

[4]

ad 8. v. g. si quando calidæ duplo respectu frigidæ qualitatis in re quadam est: secundum, si caloris triplum, & ejus rationem esse ut 4. ad sex. vel 6. ad 9: tertiam, si quatuor calidi portiones adfuerint; rationem esse ut 5. ad 3. vel 9. ad 7.: quartum, si duplo adhuc pars una additur, rationem esse ut 2. ad 5. vel 11. ad 23. quintum tandem, si duplum iterum binis partibus augeatur, & rationem hujus esse ut 3. ad 8. seu 18. ad 38. Quantum vero ad decantatos quaternos facultatum quarumlibet gradus attinet, putat Alchindus rem quamlibet calidam primo gradu esse præsentibus duabus caloris, & frigoris una parte: reliquis interea qualitibus in æqualitate positus. Rem esse secundi ordinis, quando quatuor caloris, & una frigoris adest pars: tertii ordinis, ubi octo caloris & una frigoris: quarti denique, quando sedecim caloris, & unica frigoris portio, adfuerit. Eandem, ait, rationem esse frigido calorem: aut sicco humidum, dicta proportione, excedente: nominationem namque unumquodque fortiri ratione qualitatis inter cæteras dominantis. Hisce positus tradit quot modis medicamenta componenda sint. Ultro quidem proficitur, innumerabiliter id fieri posse: attamen arbitratum omnes propemodum ad sex genera redigi posse. In primum refert, si calidum cum calido: in secundum, si frigidum cum frigido: in tertium, si calidum cum frigido: in quartum, si temperatum cum temperato: in quintum, si temperatum cum calido: in sextum denique, si temperatum cum frigido, misceatur. Sed, ut ingenue fatear, non modo qualiscunque facultatum dimensio, verum etiam doctrina de compositione medicamentorum perincerta speciosaque est: et vix; quod probabile, quod verum sit, habet quicquam. Perpendat aliquis formulam, quæ mihi nunc in mentem venit, ad ejus hypothese præcepta compositam: & nullus dubito, quin mihi sit astipulaturus, nihil exploratæ rationis in ejusmodi doctrina unquam iri repertum. En exemplum. Cardamomi drachmam unam, assilet, habere partem unam caloris, partem mediam frigoris, partem unam siccitatis, & di-

midiam humoris: sacchari drachmis duabus esse & caloris; & frigoris singulorum partes duas; siccitatis autem & humoris singulorum partem unam: myrabolanorum Indicorum drachmæ uni, & caloris & humoris esse singulorum partem dimidiam; frigoris vero juxta & siccitatis singulorum partem unam: emblicorum drachmis duabus esse caloris & humoris singulorum partem unam; at frigoris & siccitatis singulorum partes duas. Siquis jam subduxerit calculum, tunc innotescet quatuor & dimidiam partem caloris in hac mixtura inveniri, & totidem frigoris: siccitatis vero partes sex, & humidi partes tres. Quandoquidem vero tantidem caloris, quanti frigoris, ideoque existimat Alchindus, mixtionem hujusmodi ratione dictarum duarum qualitatum temperatam: & quoniam duplum. i. e. sex siccitatis, & simplum. i. e. tres partes humidi, hinc inde hanc medicamenti formulam esse siccam in primo gradu. At enimvero, si quis negaverit tot gradus, quot Alchindus posuit, seu calidi, seu frigidi, &c. rebus memoratis inesse, (persuasum enim habeo vix quemquam ejusmodi hypothesein ullis rationibus certam indubitataque effecturum) nonne sua sponte omnis inde deducta evanescet argumentatio? ⁴

XVIII. Abhenguefit, scriptor Arabs, commentarium de virtutibus medicamentorum confecit, doctrinamque Galeni tamen de iisdem facultatibus quadantenus amplificavit, atque plurimis exauxit divisionibus. Dabo quaecunque libelli compendium. Quandoquidem finis Medicinæ sit sanitas, officium itaque Medici esse, ait, addiscere ac investigare, ut ad dictum finem perveniat. Bifariam autem, existimat, medicum ad illum pervenire posse: agnoscendo scilicet corporis cujuslibet temperamentum; post hoc autem potentias ciborum & remediorum. Verum horum facultates & operationes indagandi, statuit, octo esse rationes. Primo, vult, rem confi-

[4] Hæc ex *Alchindi* lib. de medicis- | III. VII. IX. & XI. compendifeci.
nar. compositar. gradib. investigand. cap.

DE ABHENGUEFIT PLACITIS. 303

derandam singulatim, quas actiones utpote naturaliter, & quas ex accedenti, suscipiat. Secundo morbum, cui medendum, an simplex an compositus? Tertio contrariis morbo sanandum. Quarto indagandum, ut potentia medicamenti sit æqualis potentia corporis ægritudinis. Quinto, an debito tempore medicamentum operetur? an diu postea? si hoc modo eveniat, ex accidenti: si illo, effectum tunc ipsi proprium, esse. Sexto, an in unoquoque individuo, ac eodem tempore virtutem suam efficiat; an contra? utrumlibet ob modo memoratam rationem accidere. Septimo distinguendum, an medicamen eodem pacto agat in homine, ac in bruto quodam: sic Altercum turdis, & elleborum coturnicibus, cibum esse; haud quaquam vero homini. Octavo denique differentiam esse faciendam in medicamento atque cibo. Medicamentum namque mutare alterareve corpus ratione qualitatum primarum aut secundarum: atque cibum, quoniam de substantia sua aliquid corpori additur, augmentum, seu nutrimentum, corpori suppeditare. Cæterum fule agit de octonis saporibus simplicibus, ut de *pontico*, amaro, acido, acuto, austero, salino, pingui & dulci, quomodo e primis qualitibus originem ducant, & quæ sint unius cujusque saporis vires ordinariæ. Verbi gratia *Ponticum* censet esse terrestrem, eum aggregare & constringere corporis poros; acutum esse igneum, & subtile reddere & mundare & vehementer calefacere: acidum esse frigidum & humidum, hunc bilem refrenare, & sanguinem ventremque stringere. Reliquos quos brevitate causa prætermitto, eadem ratione explicat. ⁵ Quod autem ad ipsa medicamenta attinet, statuit, eorum quatuor esse genera. In primo collocat, quæ non mutant corpus, quatenus integra permaneant: corpus tamen ab iisdem immutari, quatenus vitalitatem, seu animam exuat, fierique id a venenis, ut a morsu viperarum, propter intensum ca-

lo-

[5] Conferantur cum his, quæ supra | facultatibus scripsi.
Dissert.vr. pag. 88. de medicamentorum

[6]

lorem: vel ab opio, propter intensum frigus, aliquod corpus vivens perimente. In secundo ponit, quæ corpus immutant, & corrumpunt; hujus generis esse hyosciamum attenuando subtiliandove nimis, & cantharides putrefaciendo, corpus corrumpentes. In tertio refert, quæ corpus mutant, nimium eidemque calorem important, ut Euphorbium, ut pyrethrum, ut piper, &c. In quarto tandem genere habet, quæ in corpus quidem apta sunt alterationem inducere: vinci tamen ea a corporis robore, sic cepas, allium, sinapi, &c. calefacere: sic lactucam, hordeum &c. refrigerare corpus; verum non in tantum, ut periculum ingens ex eorum usu metuendum sit. Quæ in binis prioribus, quia ipso corpore valentiora sunt & id ipsum destruunt, hæc pharmaca corrumpentia, vel venena potius: reliqua autem, quæ in posterioribus generibus habentur, quia hæc in corpus, & id vicissim in illa agit, strictè vocanda esse medicamenta, putat.⁶

XIX. Alsharavius unus eminet inter omnes Arabes in tradenda signorum scientia. Uberius ac fusius eam pertractavit, quam ut hanc possem compendificare: verum tamen labris primoribus nonnulla attingam. Signorum genera tria tradit. Primi generis signa incolumitatem: secundi infirmitatem: & tertiu conditionem corporis mediam, ostendere. Bipertitur denuo quodlibet genus, subque prima classi materiæ, subque altera accidentium signa, complectitur. Per materiam significat quatuor elementa, ut humidam, calidum &c. temperamentum corporis efficientia. Accidentium signa in tres species dispescit. Ex his enim alia tactu: alia functionibus perfectis & imminutis, percipi, ut sensuum motusque abolitionem, concoctionem ventriculi vitiatam &c. Exhibet præterea tres species majorum signorum. Ex his alia significare præterita, quæ recordativa vocat. v. g. aspectu corporis madidi

[6] Vide cap. i. iii. v. & vi. de simplicium medicinar. virtutib. in gener.

madidi conjectura auguramur sudorem præcessisse: alia indicare præsentia, & dici demonstrativa, ut pulsus magnum & frequentem ostendere vigorem & excessum caloris. Alia prodere futura, ac vocari *præsignificativa* v. g. ex viso saltu vel tremore inferioris labii prælagimus vomitum instare. In signis & accidentibus, ait, non rei, sed verbi tantum esse controversiam. Nam in ægroto, quæ accidentia sunt, eadem a medicis signa vocari. Ex signis alia esse, quæ nobis extra corpus apparent, ut mutationem coloris cutis, ejusdemque molliem, duritiem, calorem, frigus & partium numerum. Constitutionem autem corporis interioris manifestari per signa e functionibus læsis, ex excretis, e loco doloris, ex alteratis a morbo membris, e communicatione, ut dentes, facies, cerebrum &c. quæ dolores suos cum aliis partibus nonnunquam participant, ex juvantibus & lædentibus, desumenda; Præter hæc recenset decem signa, quæ medicum docent rationem curandi ægrotum. Hæcque autem petenda esse, statuit, e cognitione morbi generis; e causâ ipsius; e potentia infirmi; e temperamento, quo, dum sanus esset, præditus erat: e consuetudine: ex aëre & tempestatibus anni: e regione & loco habitationis: ex aëre, quomodo is tempore morbi se habeat: tandem ex ætate. His, tanquam generalibus positâ, subjunxit singularia signa, ut temperamentorum, partium præcipuarum corporis, ejusdemque facultatum &c. quæ omnia accurate sane & cogitate scripsit. Eadem conditio est Practicæ ejus, in qua describenda miram accuratationem adhibuit; inprimis, vero ut ab initio monui, in tradendis morborum signis, tam præsentem, quam futuram, ægri conditionem, ostendentibus & prædicentibus, 7

XX. Johannes Mesues, quem nonnulli pharmacopæorum Evangelistam appellant, medicamento, censet, vim purgandi esse non ratione temperamenti, non quatenus contrarium agit in contrarium, non quatenus simile trahit simile; sed quia id

coe-

[7] Vide Theoricæ tract. vi cap. 117.

cœlitus talem sortitum est facultatem, posteri dixerunt ob
 qualitatem occultam, vel ratione totius substantiæ. Astipu-
 latur quidem Platoni, sentienti singulis rebus Naturam sin-
 gulas indidisse proprietates, quarum ratione singulares quo-
 que facultates habeant, easque ratione formæ & motionis in-
 sitæ; siquidem nullius rei actio propria esse potest ulla, nisi
 quam forma ipsa excitet seu dirigat; verum hæc demonstra-
 re non esse Medici, sed Philosophi, altiora contemplantis,
 Neque tamen inficiatur Medicamentum humores purgare,
 sed Naturam, vult, actionem ejus inchoare, limitare, diri-
 gere. Humorū quippe evacuatio Naturæ est opus, aut Me-
 dicamentum ipsius Naturæ artificis instrumentum. Ve-
 rum enim vero, utut hæc prolata sint, adminiculo tamen
 qualitatum tum primarum, tum secundarum, explicat me-
 dicamentorum facultates, pariter atque prædecessores, di-
 sciplinæ Galeni professores, solebant. Porro, quod ad me-
 dicamentum generatim pertinet, statuit, quanto id tempera-
 mento hominis medio propinquius, tanto id salubrius: con-
 tra, quanto id remotius, tanto malignius, habendum esse. Et
 ubi id qualitibus a medio hominis temperamento plane recedat,
 tum venenum potius, quam medicamentum, dicendum Suaveo-
 lens medicamentum, autumat, foetido salubrius. Fragrantiam
 enim, partes principes facultatum roborare, spiritus instaurare, &
 facultates animamque exhilarare; contrarium autem in foetore
 observari. Qua de causâ vero sua cuique plantæ sit virtus, putat
 esse rationem, quod singulæ e terra alimentum sibi
 conveniens attrahant: ita vitem, ait, dulce: Lupinum, ni-
 trosum: cucumerem agrestem, amarum, ex partibus terræ
 adustis natum, alimentum attrahere. Quid? plantas, exi-
 stimat, vitiari, ac viribus diminui, nec non subinde inter-
 necinas seu venenificas fieri, si quando debito in loco vel
 humo haud provenerint: aut si in vicinia aliarum sibi
 dissentium plantarum sitæ: quin etiam Solis aliorumque fi-
 derum positus, atque contagiones, multum pollere ad pere-
 grinas cuiuspiam plantæ conciliandas vires. Licet ab initio
 Mefucs

Mesues negaverit purgantia humorem evacuandum attrahere: verum tamen, an hujus canonis immemor, in sequentibus posuit purgans quoddam vi attrahendi insita, ac quasi delectu quodam ex venis, & corporis meatibus, sensum fugientibus, proinde ac magnes ferrum, aut succinum festucam, cognatum sibi quemque humorem ad se in ventriculum & intestina rapere. Purgationis tamen modum, qui per alvum fit, naturam potius, quam eum, qui per os, moliri. Materiam enim ob insitam gravitatem nullo negotio ad inferiora rucere. Ad hæc plures venarum meatus, excrementis expellendis dicatos, ad intestina, quam ad ventriculum, ferri. Proinde Naturam non ventriculum, sed intestina, excrementorum evacuationi destinasse: illius namque munia esse attrahere, horum vero expellere. ⁸ At enimvero, habeat se actio purgationis, quomodocunque velit, non inficiaturum, putat, quemquam, evenire non raro, ut purgationi immodicæ succedant febres, aliique affectus. Quapropter autem ejuscemodi oboriantur, plurifarias reddit Mesues causas. Nempe purgans quoddam, quia præter modum calidum ac acre est, in corpore subinde intemperiem calidam & siccam relinquere: vel quia materiam quidem commovit, sed non expulit, ideoque eam computrescere, ac febrem excitare: vel quia purgationi immodicæ supervenerunt vehementes, aut animi, aut corporis, motiones: vel quoniam frigoris interventu pori corporis fuerunt coangustati, atque adeo transpiratio insensibilis impedita: vel quia calor Solis humores a medicamento commotos insuper incendit: vel capropter, quod ea, quæ materiam coquere & expulsionioni aptam reddere debebant, non fuerunt prius sumpta; quocirca medicamentum, dum crudam trahit materiam, interdum eam dissolvat quidem, verum haud evacuet, sed conculet potius, & auctor sit, ut facile putredinem subeant humores. Dolorem capitis, opinatur, purgationem efficere, vaporibus a medicamento, præsertim violenter, aut imperfe-

cte,

[8] Vide Intentionis, I. cap. I. & II.

ete, vacuante, in caput allatis: ut & originem ducere posse ex causa aliqua externa, ut capitis calore, frigore & similibus. Vertiginem vero, quod aliquando vapores a medicamento moti & sublatis caput petant, ibique motum rebus agitatis proprium exciunt, qualis est aquae in gyrum commotæ, vel vorticis in modum circumactæ. Pari modo & vapores, in cerebri ventriculis & arteriis circumactos, una secum spiritus circumagere: maxime vero, quo loco nervi, sensuum opifices, exoriantur. ⁹

XXI. Plerique mediæ ævi scriptores eandem cantilenam canunt. Siquis id negotium sibi dederit, & obiter modo inspexerit Mesuæ filium, ¹⁰ Averrhoem, ¹¹ Elluchasem,

¹² Ilaa.

[9] Ita in Intention. iv. cap. i. ii. & iii.

[10] Verbi causa afferam, quæ habet summ. iii. cap. i. de dolore capitis, quem Sodom appellat. Ita interpres Arabicum Latine reddidit. Intensio in curatione hujus æritudinis, si sit complexionalis, & non habens materiam, est alterare & sedare tantum. Et si est cum materia, circa alterum duorum occupabimur, vel utrumque & sunt aut abscisso cause, aut sedatio doloris, aut utrumque. c. ii. memorat Sodom calidam, vel a sanguine, vel a bile, originem ducentem. cap. iii. scribit. Loquemur deinceps de soda frigida, sive sit sine materia, sive cum materia phlegmatica, vel melancholica, sive permista, sive ventosa. De reliquis corporis affectibus deinceps pari modo differit.

[11] Is in libro de febrib. sæpenu-mero mentionem facit temperiei frigida, calida, &c. cap. i. scribit. Incipimus a mala complexionem universaliter totum corpus ambiente, quæ febris nuncupatur. cap. iv. de diuturnitate accessio- num hæc habet. Paroxysmus longus est

propter ipsius humoris tarditatem, & pa-roxysmi ipsius plus continuantur, quam Cholera paroxysmi, quia iste humor putrefactioni est magis appropriatus. cap. vii. ita de causis febrium ratiocinatur. Et scias, quod compositio febris est a causa locali, aut a causa materiali. Item cause materiales tres habent modos. Unus est, quando duo miscentur humores, & tunc materia febris sit inter illos duos humores simplices, qui singulas possunt facere febres. Item alius modus est, ut una fiat putrida, & alia hectica. Tertius modus est, ut unus modus faciens febrem sit cum apostematibus, & alius sine. Et aliquando componuntur due febres, & miscentur earum paroxysmi absque eo, quod materia miscantur: & hoc propter causas locales accidit, sicut possibile est, ut una esset intra venas, & alia esset extra, & in hoc genere locatur febris, quæ hemitriteus nuncupatur. Et aliquando humores febrem facientes erunt vicini, sed non mixti. Et possibile est etiam, ut omnes ista species ad invicem componantur, &c. Cujusmodicunque hæc fuerint, non dubitat tamen Averrhois cap. x. sequentia, de Rationis in Me-

12 Isaacum Israelitam, hujus filium adoptivum, 13 Serapionem, &c. 14 Inveniet utique eos decreta Galeni propagasse, & omnimodam corporis valetudinem quaternario elemen-

Medicinæ instabilitate, scribere. *Necessaria est in hac arte præter universalium rerum cognitionem experientia, propter quam particularia principia balcantur, in eo, quod in unoquoque individuo fieri debet. Et scias, quod ipsa principia scribi non possunt omnia, quia sunt infinita. Et ista pars scientiæ medicinalis nobis vetat perfectionem habere in hac arte, eo, quod magis appropriata est Experientia, quam Rationi.*

[12] Is scripsit librum, quem nomine *Tacuinæ Sanitatis* nuncupat. In hoc agit de sex rebus non naturalibus, quatenus suas quæque vires in corpore Humano edant. Galenicorum ratiocinativum dicendi generi operam dedit potissimum; Mentem enim suam quaternis qualitatibus principibus declarat.

[13] Ille, cap. i. finivit febrem, quod ea sit calor, innaturalis, a corde exiens, & arteriis ad omnia membra corporis, ejusque nocens actioni. cap. iiii. xxxi. & xxxiiii. statuit causam febrium esse, quatuor humorum putrorem, vel aliam eorum quoquo modo conceptam vitiositatem. Verum cap. xxvi. improbat eorum sententiam, qui dicunt, quod *fumus de ebullitione sanguinis, qui ascendit ad caput, fit calidus & humidus; quia fumus ad caput ascendens, si fuerit humidus, eliquabitur in pectoris concavitate, descendens & de pectore in diaphragma, & ibi apostema generabit, quod vera pleuritis nuncupatur: pars vero sumi, que in capite remansit dissoluta, per poros cum sudore, & fumo egreditur; unde dicimus, quod fumus, qui fit ex ebullitione*

sanguinis, est calidissimus & siccissimus de genere Cholera rubra, unde non potest eliquari inferius ad diaphragma, sed in cerebri pelliculis inviscatur, & generat ibi apostema, quod Phrenesis dicitur. Filius ejus, facta cap. i. facultatum naturalium, & cap. xxiv. putredinis causæ, more sectatorum Galeni, mentione, cap. xxi. x. accessiones febrium, intervallis redeuntes, oboriri, existimat, ratione materiæ omnifariam seu motæ seu in quiete positæ. Verbi gratia: si materia, scribit, fuerit cholericæ, tertianam veram generat, 12. horas tenens, & 36. quiescens: si sit phlegmatica, amphimeriam facit, 18. seboris movens; & 6. quiescens: quod si melancholia, quartanam generat, que 24. horis movetur, & 48. quiescit. Causa diversatis harum gravitas & levitas esse materiæ ad putredinem convenientis. Parilia fere habet. cap. xli.

[14] Is etiam, ut cæteri, cap. xlii. statuit, febrem diariam oriri e sanguine, sine putrore tamen, calefacto: cap. xlii. Tertianam a putredine bilis: cap. xiv. quotidianam a phlegmate putrefacto & a calore immodico: & cap. xv. Quartanam ex adustione aut sanguinis, aut bilis, &c. Imo in toto libro, quem de Praxi Medicinæ scripsit eodem dicendi & ratiocinandi genere usus est, quo cæteri Arabes vel Judæi. Librum autem de medicamentis simplicibus collegit e Dioscoride, Galeno, Rhase, Aben Mesue, Abhenguefit, Isaac Aben Amram, & quamplurimis aliis, quibus fere nihil de suo addidit.

mentoribus numero, & ex his ortarum temperierum octonario: item quaternario humorum, aut alii atque alii spirituum constitutioni, aut putredini seu exuperantiæ alicujus humoris, &c. retulisse. Sed Satis de Arabum Hebræorumque Medicina.

XXII. Post Galeni e vitâ excessum inter Latinos de Medicina scriptores nobilis est Q. Serenus, cujus versus, quibus tradit variorum medicationem morborum, adhuc nobis supersunt, verum is non est curiosus in causis morborum additis indagandis: proinde asseverare non possum, cuinam Medicinæ sectæ fuerit addictus. Eadem ratio est Nicandri, quem, quamvis longe ante Galenum vitam degerit, ideo heic commero, quia de Theriaca & alexipharmacis Græca metra composuit. Reliqua est etiam Epistola Vindiciani, in qua conqueritur de ignorantia medicorum, sui temporis æqualium. Narrat præterea Imperatori Valentiniano de curationibus quorundam ægrorum a se bene peractis. ¹⁵ Discipulus ejus Octavius Horatianus, qui idem est, qui alias Theodorus Priscianus vocatur ¹⁶ quamquam leviter ratiocinia medicorum tangat, medius mihi habetur. Namque Hippocratis subinde defendit partes; aliquando Asclepiadis placita, interdum etiam Methodicorum, amplexus est; quandoque videtur Galeni sectana sequi. ¹⁷ Marcellinus, pari modo ut Scribonius Largus & Ni-

[15] Hæc Epistola Libro Marcelli de medicam. est præfixa.

[16] Ut apparebit ei utriusque scripta inter se conferenti.

[17] Exempli gratia adducam quædam loca, ut e Præfat. libr. I. *Inest nobis*, scribit, *calor ignis*, qui cum se in alioribus placidiorum locis repentina aliqua necessitate commoverit, & velut advectus tempestate, loca aliqua naturaliter quieta turbaverit, vaporem acriorem procurat, & tum quidem ex altitudine stomachi febrium ferit originem. cap. XIII, taxat nonnullos methodicos, quod cali-

dis & chalafticis adjutoris, sæpe ipsam hepatis substantiam dissolverint. cap. XXI. libr. II. *Fit itaque Rheumatismus, licet de phlegmate speciali, natura frigida quam maxime fiat, attamen ex aliis humoribus calidioribus aliquando commotiones excuscitat: frequenter autem hoc phlegma, licet natura subpinguis sit, velut est vulnorum sanies, attamen cum se inter articulorum conjunctiones, usu commotionum viscaverit, tunc tardi gressus, tunc dolores vitandi, tunc tormenta graviora succedunt.* Libr. III. de mul. pass. secundum Methodicorum hypothesein loquitur, ut cap.

DE AUTOR. VARIIS JUDICIUM. 311

Nicolaus Myrepsus, monumentis medicaminum compositiones & virtutes, omisso ratiocinativo dicendi genere, mandavit. Plinii secundi titulo superbit quidam auctor, qui quinque libros de Re medica scripsit: eundem autem Galeno posteriorem esse conficitur ex his, quia semel atque iterum Galenum citat.¹⁸ Suppositius etiam auctor mihi videtur. L. Apulejus Madaurensis, qui de viribus complurium herbarum scripsit: stylus enim admodum diversus est ab eo, cujus metamorphoses & reliqua scripta etiam nunc extant. Nec pluris aestimandus est libellus de Betonica, Antonio Musæ vel Apulejo ascriptus: dictio enim, quam in hoc libello deprehendes, neutri auctori convenit. Est & alius Theodorus, qui nonnulla de Diæta literis prodidit, sed mihi Theodori Prisciani cum hujus scribendi ratione comparanti videntur utrique idem esse; de virtutibus enim medicamentorum eodem modo ratiocinantur fere, ut methodici assolebant. verbi causa. *Crocum frigidum est & scalticum; sampsucum calidum & calasticum est: spica celtica & castia equalis est & siptica: myrrha calida & glutinosa & scaltica est: mastix intus cathartica, foris tonetica: folium frigidum & toneticum est: ros syriacus frigidus & scalticus est: Galbanum calidum & calasticum est: Squinantium calidum & thermanticum &c.*¹⁹

XXIII. Constantinus Afer Græcorum pariter & Arabum eruditum pulverem attigit, & more istius seculi, quo vixit, doctè

cap. II. Sunt varia & diversa cause matericem frequentius alterantes, qua licet sub duabus præcipue principibus passionibus, constrictionis, vel laxationis comprehendantur, tamen etiam sub certis accidentibus, alias causas efficiunt. Usturpat etiam more Methodicorum vocabula medicamentorum, ut encolpismi, encratismatum, chalcitiorum. libr. 4. Aesclepiadis opinionem de humorum secretionem, cuius supra Dissert. xv. pag. 220. mentionem

feci, amplectitur.

[18] Ut libr. iv. cap. xxvi. xxix. xxxix. xli. xlii. & libr. v. cap. xxv. & deinceps tradit victus rationem eorum, qui calida vel frigida hepatis & splenis intemperie laborant, quin etiam podagra ex cholericò humore. Cujusmodi morborum causas frustra quaerit apud Plinium secundum quaeret.

[19] Hæc e cap. ix.

{20}

docte ac enucleate scripsit. Et, ut quoddam exemplar doctrinæ ejus proferam, dabo aliqua ex scriptis ejus excerpta. Medicinam bipartitus est in Theoriam & Praxin. Theoriam esse perfectam rerum, solo intellectu investigandarum, notionem, subjectam rerum peragendarum memoriæ. Praxeos vero esse monstrare, ut ea, quæ aliquis in Theoria addidit, seu sensuum seu manuum operatione, sint hominis ad utilitatem dirigenda. Theoriam divisit tripartito, (1) in rerum naturalium, (2) in non naturalium, & (3) in earum, quæ præter naturam sunt, cognitionem. Rerum naturalium in numero ponit elementa, temperamenta, humores, membra, facultates, actiones & spiritus. Ex his tria, ut elementa, temperamenta & actiones esse sensibilibus juxta & insensibilibus secum communia: reliqua quaternaria vero sensibilibus tantum esse propria; dicta septem autem ideo naturalia vocari, quia causæ sunt, ut quoddam corpus animatum subsistat. Sex res, a medicis non naturales appellatæ, factis notæ sunt. Præter naturam tria esse ut morbum, morbi causam, & symptoma. Elementum dicit esse simplicem minimamque corporis compositi particulam: & quod ad ejus numerum attinet, asseritur veteribus, quaternarium elementorum numerum statuentibus. ²⁰ Ita etiam in tradenda corporis cujusmodicunque constitutione plerumque Hippocratis, Galenique placita est amplexus. An vero quædam ipsi singularia sint, judicabit B. L. si quando dicenda exempla secum reputaverit. Spiritum, ait, esse corpus subtile, in corpore humano e corde ortum, ad arterias delatum, ad vitalitatem corpori inducendam. Hunc respirationis pulsusque auctorem: hunc, posteaquam a cerebro in nervos derivatus, motionum sensuumque quorumlibet causam esse. Et hoc præsentem corpus vivere, absente vero mori, apparere ex hoc, quia motus ventris & oris, labrorumque ac pectoris in agone indicent, spiritum e corpore exire foras. Duplicis generis hujusmodi

[20] Vide ejus locor. commun. libr. I. cap. II. & III.

[21]

modi spirituum in corpore inesse: alterum vocat vitalem, & hunc nutrimentum ab aëre capere, animationemque in corde indipisci, e quo deinceps in univèrsum corpus didi, & pulsus & anhelitus, atque adeo vitæ, auctorem esse: alterum appellat animale, quem ab illo primordia generis ducere, atque in cerebro naturam suam fortiri, inibique efficere cogitationem, memoriam, providentiam; & ex hoc per nervos in reliqua corporis membra demissum, sentiendi movendique potestatem nancisci. Non uniusmodi singulis hominibus spiritum, quem medium cerebri ventriculum incolere, sed suum quibusque singularem, esse. Aliquos enim præditos spiritu subtili, claro ac puro: talemque esse cogitationis, bonæque perceptionis, atque rationis & auctorem, & dispositorem; aliquos vero habere spiritum, contrario, ac dixi, modo constitutum, eundemque levitatis, stultitiæ atque amentitiæ auctorem. ²¹ De corporis partibus, putat, alias esse temperatas, ut cutim, ut cuticulam: alias intemperatas, quia plus aut minus quaternis principibus qualitatibus referatæ; univèrse tamen si illæ considerentur, calidas esse eas, quæ sanguinis sunt consortes: frigidam autem, quæ hujus exortes. Sigillatim vero si membra corporis aliquis cum animo suo consideraverit, apparere, ratum habet, renibus, splene, jecinore, &c. cor calidius esse. Frigidarum partium, ut ossium, cartilaginis, tendonum & nervorum, &c. pilos longe frigidissimos: humidissimam pinguedinem: & siccissimos pilos & ossa. ²² Ex facultatibus naturalibus quatuor magni pendit, appetendi puta, continendi, digerendi, expellendique facultates. Has in plerisque corporis membris inesse: absque illis enim si essent, hæc nequiquam functiones suas obire posse. In summa dictas quatuor Naturæ tam sanitatem conferendi, quam infirmitati subveniendi ergo, ancillari. ²³ Cor-
dis

[21] Ita philosophatur in libro, cui titulus est de animæ & spiritus discrimine.

[22] Hæc locor. comun. medic. lib. I. cap. VII.

[23] *Ibidem* libr. IV. cap. IV.

Rr

[24]

dis arteriarumque motionem, quam antecessores ejus cum dilatatione constrictioneque follis compararunt, ait, non ita se habere penitus; sed illam a facultate cordis, aërem appetente, perfici. Hanc facultatem Cor dilatandi, aërem ad se e pulmonibus, ad quos beneficio pectoris venit, trahere: arterias vero eundem beneficio dictæ facultatis e corde ad se attrahere; cujusmodi attractionem flatus dici, sicque deinde per universum corpus distribui. ²⁴ Quandoquidem in Africa, ubi Constantinus vixit, in more est positum, ut mancipia sæpenumero vencent, empturientibus auctor suggerit signa, quibus cognoscendum an mancipium sanum, nec ne sit? Et primo colore corporis effici, putat, qualisnam humor cæteros, qua qualitate qua quantitate, præcellat. Tradit deinde alia cujusmodicunque corporis constitutionem significantia. v.g. Alopeciam indicare cerebri intemperiem: vocem raucam, lepram: balba verba, copiam phlegmatis in cerebro: halitum oris foetidum, putredinem humorum, &c. ²⁵ Quod vero ad morborum explicationem pertinet, arbitror, Constantinum ex sententia Galeni dixisse. Quatuor qualitates principes, totidem corporis humores, & exortæ ex his omnis generis intemperies, faciunt in declaranda morborum causâ synectica utramque paginam. v. g. Venenum canis rabidi, asserit, propter nimiam siccitatem & vim deficcandi, qua id refertum, cerebro admodum nocere: hinc horrorem aquæ, & cætera symptomata, exoriri. ²⁶ Apoplexiam ut & Epilepsiam a ventriculorum cerebri, propter abundantiam phlegmatis, obstructione nasci. In illa tres cerebri ventriculos subito oppilari: qua de causâ membra, sensui ac motui voluntario dicata, ob denegatum facultatis sentiendi movendique influxum, torpida, & quasi inanima, jacere. In hac, Epilepsia videlicet, non adesse omnium, sed quorundam, cerebri ventriculorum,

&

[24] *Ibidem* cap. v. | *sen.* ad Mansorem libr. II. cap. xv.
 [25] Plura, si desiderentur, legas | [26] *Ibidem* libr. VII. cap. xx.
 libr. I. cap. XXIV. d. loc. comm. & *Rha-*

[27]

& nervorum, membra corporis moventium, obstructionem. ²⁷ Si verum est, ut perhibent, ²⁸ Constantinum seculo decimo in Medicina inclaruisse, conficitur ex hoc variolas, non esse novum morbi genus: quippe laudatus auctor earum facit mentionem, & præterea addit, veteres eas ignis carbones, *Siri*, & filias ignis, appellasse. Causam autem earum a menstruo, quo putat foetum in utero nutriri, deducit: & quia id quibusdam rebus refertum, quæ non ex usu nutritus infantis sint, hæc deinceps in corpore collectas ad corporis exteriora propelli; ubi tandem vel ab aëre contagioso, vel ab errore in diætâ commisso, ebullitionem humoribus inducente, tandem aliquando activæ reddantur. ²⁹ Si Haly Abbas Constantino fuerit ætate posterior, ut fertur, constat ex utrorumque collatione Haly Abbatem Constantini libros excerpisse vel e Latina in Arabicam linguam convertisse.

XXIN. Quemadmodum Constantinus Africanus, ita eodem fere modo in declarandis morborum causis procedunt auctores scholæ Salernitanæ; nec non liber, qui titulo *Macri* superbit, ubi hic vires medicamentorum peculiaribus gradibus, pariter ac Galenici assolent, dimensus est.

XXV. Gariopontus quoque plurimum sectatur Galenum. Dictionem sententiæ meæ argumentari possum exemplo *monopagiæ*, quam, statuit, a bile rubra & sanguine oriri. ³⁰ Ita etiam sensit Epilepsiam provenire sanguine viscido atque felle nigro, cerebrum, animæ habitationem, petentibus. ³¹

Phre-

[27] Ibidem libr. ix. cap. vii.

[28] Mercklinus in Lindano redivivo & alii, quos indicat. Et ante Constantinum Rhafis variolarum passim mentionem fecit.

[29] Vide loc. comm. med. lib. viii. cap. xiv.

[30] Ita libr. i. cap. iiii. „ Si Cholera rubra & sanguine mixto, u-

na pars capitis in acutum dolorem venerit. Monopagiam Græci dicunt: si & oculus simul cum una parte capitis, Hemicraneum ab eis dicitur, ex eisdem causis, quibus & superior passio nascitur.

[31] Ibidem. cap. vi. Tria hujus morbi, ait, genera esse, ut Analepsiam, & Epilepsiam. Analepsiam dici eo, quod sacras capitis partes sensu privet.

R 2

Epl.

Phrenitidem veram, ait, e fanguine vel cholera: spuriam vero e phlegmate & cholera, fieri. ³² Podagram, cujus duas species esse, calidam utpote & frigidam, exoriri putat ex aliquo quaternorum humorum. Neque vero ex his, tanquam per simplicem supervenientem materiam solum, solere *rheumatismos* fieri; sed subinde in causa esse quatuor qualitatum primarum intemperiem seu simplicem, seu compositam. ³³ Febrem esse calorem immodicum, cordis arteriarumque actiones naturales lædentem. Tria posuit febrium genera: unum in spiritibus: alterum, in humoribus: & in solidis, tertium. Febres, quae in spiritibus, appellari diarias. Ex humoribus vero v. g. e phlegmate intra vasa putrefacto, & id quidem a calore præter naturam a corde procedente, fieri *amphemeriam* lyncham: phlegmate autem extra vasa putrefacto oriri quotidianam intermittentem: & *causorem*; cholera rubra in vasis putrefacta: ab eadem vero extra vasa, tertianam intermittentem. Eadem reliquorum humorum excedentium conditio est, quos vel simplices, vel & omnifariam mixtos, arbitratur, febres efficere. E solidis, ut carne, pinguedine, venis, arteriis & nervis, præter naturam calefactis, fieri tertium genus febrium, hæcticarum scilicet. ³⁴ Aliquando Gariopontus more Methodicorum ratiocinatur, quod liquet, cum dixerit omnes febres typicas esse vel strictas, vel solutas, vel mixtas. Item sudorem esse utilem, si solutio *passioni* infuerit: sin vero strictura, attendendum tunc ad infirmitatis magnitudinem. ³⁵

XXVI. Restat quidem, ut posterioris ævi scriptores, ut Rogerium, Rolandum, Arnoldum de villa nova, Petrum Aponam, ³⁶ Gentilem Fulginatem, Franciscum Pedemontium,

Epilepsiam, a mentis & sensus oppressione, quibus occupatis etiam corpus possidet. Catalepsiam vero esse passionem epilepticorum cum febre, quæ epilepticis non est, quos spumam per os & nares digerere, quod catalepticis non solet usu venire.

[32] *Ibidem* cap. VIII.

[33] Vide libr. IV. cap. III. IV. &

VII

[34] Vide libr. VI. cap. I. VII. & seq.

[35] *Ibidem* cap. VIII. & libr. VIII. cap. XI.

[36] Qui scripsit librum, quem vocat conciliatorem differentiarum philosophorum

tium, Gordonium, Guainerium, in ævo, quo vivebat, a quibusdam Monarcham Medicinæ vocatum, Savonorolam, & sexcentos alios, recenseam: verum, quoniam omnes prope, qui usque ad seculum XVII. inclaruere, doctrinam Galeni, & Arabum illius placita mirum in modum amplificantium, professi sunt, ea de causâ ego horum recensione superfedeo; siquidem satis superque de dictorum placitis scripsi.

XXVII. Oblivioni tamen non tradendi sunt morbi totius substantiæ, quos Fernelius primo in Medicinam invexit. Sensit enim triplicem morborum in partibus *similaribus* ³⁷ differentiam. ³⁸ Primam esse sitam in materiæ immoderatione, alteram in intemperie: tertiam denique in formæ seu totius substantiæ corruptela. Etenim, quoniam tria sunt, ut materia, forma & temperamentum, ex quibus pars unaquæque *similaris* constituitur, perque hæc quoque subsistit atque conservatur: ita etiam hæc tria in culpa esse, ut dicta pars aut bene, aut male, subsistat. Namque illorum trium integritatem & moderationem, partis esse sanitatem, eorundemque contrarium i. e. immoderationem, morbum. Totam autem rei substantiam, statuit, esse perfectionem & integritatem, qua res unaquæque consistit. Hæc quoties immutetur, & de perfectione decedat, rem totam continuo perfringi: ipsamque illius decessionem, morbum esse totius substantiæ, seu hujus cujusdammodi corruptionem; cujusdammodi inquam, quia si ea fuerit penitus corrupta, non posse, quin insimul ejusdem interitus propediem fit affuturus. Cæterum totius

phorum & medicorum: petraclavit in primis res, quæ in quæstione versantur, de quibus dialectice disputavit. Temperare mihi nequeo, quo minus hoc loco afferam descriptionem fulem medici ab aliquo antecessorum traditam. *Medicus est invidia pelagus inexhaustum, detractionis organum, indefense aut indefesse ambitionis perforata clepsidra, alienæ veritatis garrulus contradictor, ignorantie propriæ inconfessor, inexcusabilis in-*

firmorum neglector.

[37] Quarum densæ species ab Anatomicis enumerantur ut os, cartilago, ligamentum, membrana, fibra, nervus, arteria, vena, caro, & cutis. Hæc rursus dividuntur in *spermaticas*, sanguineas & mistas. Vide Anatomiam Bartholini in Procem. ut & alios auctores, qui copiose de hujus generis partibus differuerunt.

[38] Vide Patholog. lib. I. cap. VII. Rr 3 [39]

tius substantiæ morbum, five simplicem esse corruptionem, five putredinem: illam esse spiritus innatique caloris, qui præcipua est partis substantia, dissipationem ac extinctionem; hanc vero substantiæ partis dissolutionem. Hujusmodi morborum præterea duo genera posuit, altero manifestos, ut scabiem, phthisin, &c. altero occultos, complectitur. Hos rursus tripertitur in pestilentes, contagiosos atque venenatos. Occultos autem nominat, quia corruptelam & perniciem ab occultioribus vel involutioribus, illique maxime externis, causis habeant: esse enim harum aliquas, tota *essentia* nobis contrarias & infensas, si modo quicquam earum nos, ut decet, attingat, id tum omnino lædere assiduumque incrementum sumere: aliquas vero tota specie nobis esse adversarias; & harum alias cum aëre spirando trahi, ut Pestilentiæ, &c. morborum contagiosorum semina: alias extrinsecus nos attingere, ut canis rabidi, vel alius venenatæ bestiæ, virus: alias intro sumi vel cibi, vel potus, vel medicamenti specie. Præterea dari venenum, quod halitu nos ferit, omnium præfentissimum; quod, quum multo tenuissimum sit, spiritu haustum, celerrime per pulmones in cor, viscus vitæ nobilissimum, & in arterias, inque universum denique corpus obrepere, primumque spiritus, deinde humores, postremo partium substantiam, labefactare. ³⁹ Quomocunque hæc a Fernelio posita fuerint, Sennertus tamen inficiatur putredinem, ulcera maligna & spiritus dissolutionem, esse in numero morborum totius substantiæ referendas: quoniam dictorum causæ ad qualitates principes referre queunt; verum e diverso, si maligna & venenata causâ læsionem vel affectum in parte similari excitet: & si idem affectus sanescere remediis, respectu qualitarum principum agentibus, nesciat; sed id fiat occulto modo, vel ratione totius substantiæ, in tali remedio singulari;

[39] Hæc excerpti e lib. xi. cap. ix. x. | compendium contuli.
& xi. de abdit. rer. caus. & verba ad

ris, tunc non dubitat ejuscemodi affectum ad morbos totius substantiæ referre. 4º

[40] Plura vide apud dictum *Sennertum* in Instit. libr. 11. Part. 1. cap. 14.

DISSERTATIO XVIII.

DE

*Ægyptiorum & Asiaticorum tum veterum
tum recentiorum medicorum placitis.*

Soloni in præfecturam Ægypti Saiticam profecto, deque rebus antiquis magna cum cura & diligentia sciscitanti, fertur quidam de senioribus sacerdotibus dixisse, *o Solo, Solo, vos Græci pueri semper estis, juvenis semper vobis est animus, in quo nulla est ex vetustatis commemoratione prisca opinio, nulla cana scientia.* 1 Arrogabant enim sibi veteres Ægyptii plerarumque artium inventionem & perfectionem. Nec mirum, si etiam de Medicina a majoribus suis inventa atque instituta insolenter gloriati sunt. Ut autem historia Medicinæ neu manca quodammodo neu imperfecta sit, in animum meum induxi hoc capite quædam de eorundem Medicina scribere.

II. Siquidem varo perpauca apud varios auctores, quorum libros etiam atque etiam pervolutavi, illorum medicinæ exempla extant; idcirco diffido me posse quoddam Medicinæ specimen exhibere. Quid? quod illa pauca, a me jamjam proferenda, inter se congruere non videntur. Nec mirum, si ea nobis non cohærentia, dissentanea, superstitiosa, imo ridicula, videntur: quippe e variis auctoribus, quorum quisque id, quod ad stabiliendam suam hypothesein faciebat, cummaxime ex Ægyptiis

[1] Hæc Plato in Timæo.

[2]

ptiis excerptis, deprompta sunt. His porro additis, velim; prout Græcorum aut Latinorum & reliquarum gentium; de hypothefibus philosophiæ vel Medicinæ nec olim erat, nec hodie est, confensio; ita fortassis etiam præcorum Ægyptiorum erat ratio. Sed ad rem.

III. Medicinam primo ab Ifide repertam stituebant Ægyptii, scripsisse autem Hermetem, Osiridis scribam sacrorum, & Ifidi a marito, diversis nationibus bellum facturo, consiliarium & administrum datum, ² de medicina sex libros, quos Pastophori, ædium sacrarum custodes, ediscebant. In dictis libris continebantur ea. quæ ad corporis constructionem, ad morbos, & instrumenta, & medicamenta, & oculos & muliebria, pertinebant. ³ Sacrorum scribæ etiam asservabant librum sacrum *Ambrem* dictum. Ex hoc de aegroto judicabant, prædicebantque futuram qualemcumque aegri conditionem, atque eam ex aegri decubitu signis quibusdam perspiciebant. ⁴ Parilia forte in hoc libro erant, qualia in aphorismis vel Coacis præfagiis, vel prædictionibus Hippocratis continentur.

IV. Quantum vero eorum philosophandi rationem, quantum ea Medicinæ convenit, attinet, censebant materiam fuisse rerum principium, ex qua deinceps quatuor elementa discreta, perfecta que complures animantes duxisse ortum ⁵ Ex singulis elementis bina fecere, marem & fœminam. Aërem marem judicabant, qua ventus est: fœminam, qua nebulosus & iners. Aquam virilem vocabant mare: muliebrem omnem aliam. Ignem nominabant masculum, qua ardet flamma: fœminam, qua

[2] Ut habet *Diodor. Sic.* lib. 1. cap. xvii. xxv. *Syncellus* Chronogr. pag. 55 scribit *Tosorthum* vel *Sosorthum* Dynastæ 111. secundum regem, ob medendi peritiam ab Ægyptiis pro Æsculapio habitum.

[3] *Clemens Alexandr.* Strom. lib. vi. Pastophori erant teste *Horo Apoll.* Embl. 21. ædis custodes, *Apulejus* Metamorph.

lib. xi. cœtum Pastophororum vocat sacro sanctum collegium.

[4] *Horus Apoll.* Embl. xxxvii.

[5] *Diogenes Laert.* in Prooem. Alii putabant humidum quoddam ab initio tria prima corpora effecisse ut terram aërem & ignem *Plutarch.* de Ifide & Osiride.

qua lucet innoxius tactu. Terram fortiorem, ut saxa cautefque, mares appellabant: fœminæ nomen assignabant huic tractabili ad culturam. ⁶ Ex horum quatuor elementorum commixtione non modo mundum, sed etiam corpus hominis, Deum hominis fabricatorem, composuisse, ut omnium istorum conjunctio temperata animal ad formam divinæ imitationis ornaret, & in parvo corpore omnium elementorum vim atque substantiam, natura cogente, conferret, atque divino illi spiritui, qui ad sustentationem mortalis corporis, ex cœlesti mente descendit, licet fragile, simile tamen mundo, pararet hospitium. Ea re hominem, quasi minorem quendam mundum, stellas quinque errantes, Solem etiam & Lunam ignita, ac sempiterna agitatione sustentare, ut animal, quod ad exemplar mundi factum est, simili divinitatis substantia gubernetur. Hinc est, quare Petosyris Neœpsoque tradiderunt hominem ad naturam mundi similitudinemque formatum, iisdemque principiis, quibus ipse mundus regitur & continetur, perenne perpetuatis sustentari comitibus. ⁷ Cor Ægyptii habebant pro principe corporis totius parte. ⁸ Augeri id per singulos annos in homine putabant, ac binas drachmas ponderis ad quinquagesimum annum accedere: ab eo detrahi tantundem, & ideo non vivere hominem ultra centesimum annum defectu cordis. ⁹ Nervum quendam tenuissimum a digito sinistrae manus, qui minimo est proximus, ad cor hominis pergere ac pervenire Appion scripsit Ægyptios insectis aperitque

[6] Seneca Natur. Quæst. libr. III. cap. XIV.

[7] Jul. Firmic. Astronom. Præfat. in libr. III.

[8] Horus Apoll. Emblem. xx.

[9] Plinius Hist. nat. lib. XI. cap. XXXVII. & Conforinus de Die natali cap. v. ex Varrone allegat Dioscoridem astrologum scripsisse. Alexandriae inter eos, qui mortuos solent conservare, constare hominem plus centum annis vivere non posse. Id cor humanum declarare eorum,

qui integri perierunt sine corporis tabe; ideo quod multis annis pependit cor hominis, incrementa ætatis & diminutiones conservent. Et anniculi pendere drachmas duas, bimii quatuor, & sic in annos singulos usque ad quinquagesimum accedere binas: ab hiscentium drachmis ab anno quinquagesimo item decedere in unoquoque binas. Ex quo perspicuum fit, centesimo anno redire ad anni primi pondus, nec longius vitam posse produci.

tisque humanis corporibus reperiisse. Propterea non in scitum visum esse cum potissimum digitum tali honore, gestatione puta annuli, decorandum, qui continens & quasi connexus esse cum principatu cordis videretur. ¹⁰ Hunc digitum sacerdotes, quos prophetas vocabant, singulis confectis odoribus illiniebant. ¹¹ Semen genitale, aliqui existimabant, e spina dorsi defluere ¹².

V. Mirifice veteres Ægyptii fabulis superstitioneque delectabantur. Gratia exempli proferam Decanos vel Deos æthereos, quos numero triginta sex esse. In singulis orbis signiferi sideribus ternos decanos quasdam partes singulatim possidere, quasdam vero vacuas relinquere. v. g. primas tres arietis partes, censabant, vacuas: quinque sequentes possidere Decanum *Aficcam*, hunc sequi novem vacuas, post tres plenas *Senacher*, dein sex vacuas, tandem quatuor, quas *Afentacer* tenere. Reliquorum Signorum eadem ratio est. Per hos Decanos Neepso, Ægypti iustissimus imperator, omnia vitia valetudinemque seu adversam seu secundam collegit, ostenditque quam valetudinem quilibet Decanus efficeret. Quia una natura ab aliis vincitur, unusque Deus ab altero: contrariis ideo naturis contrariisque potestatibus omnium morborum remedia divinæ rationis magisteriis adinvenit. ¹³ Ex his triginta sex Decanis, Ægyptii autumabant aliquem singulari corporis parti præesse, ejusdemque male se habentis curationem suscipere. Hunc invocabant, ut vitiatam corporis partem restitueret. ¹⁴ Neque tamen omnem spem sui diligenter curandi in Decano aliquo tantum habebant, sed etiam morbis singulis singulares decanorum dæmoniorumve herbas sacras adhibebant. Hujusmodi sacræ horoscoporum herbæ nu-

[10] *Aul. Gell.* noct. Attic. lib. x. cap. x.

[11] *Macrobius* *Suturnal.* libr. vii. cap. xiii. qui eadem, quæ Gellius, de digito annulari narrat.

[12] *Horus Apollo* Hieroglyph. libr. xi. §. x.

[13] *Julius Firmicus* libr. xv. cap. xvi. ubi reliquorum Decanorum nomina & loca traduntur.

[14] *Origenes* contra Celsum. libr. viii.

[15]

numero eodem, ut Decani, erant, scilicet triginta sex: ita ut sua cuique Decano herba esset. ¹⁵ Cæterum statuebant Lunam non modo ægris, verum etiam sanis dies, cujusmodi tandem sint futuri, prænunciare. Etenim hanc, si juxta planetas temperatos steterit, quos latini salutare, Græci *ἀγαθοραϊς*, nominant, procedure faustos ac bonos dies: contra, si ad intemperatos, graves molestosque. ¹⁶ Absurda ea incredibiliaque procul dubio videbuntur, quæ de splene canis narrant; canem nempe inter omnia animalia habere lienem levissimum: hujus vitio illum furere & mori. Quid? quod ii, qui canis funus procurant, (Ægyptiorum enim polilinctores non modo hominum, verum & variarum bestiarum, cadavera condiebant) ubi morituri sunt magna ex parte splenetici fiunt: quin etiam quod, qui ita affecti fuerint, nec odorari possunt, nec ridere, nec sternutare. ¹⁷

VI. Licet Ægyptii Hædi, vel Hermeti, vel Serapidi Medicinæ inventionem tribuerint: sacerdotibus tamen in primis curam medicinæ amplificandæ expoliendæque demandarunt. Hi Sacerdotes enim non eam Medicinam invenerunt, quæ periculosis medicamentis utitur; sed ejusmodi, quæ, quam æque tuto sumi possunt, ac cibi quotidiani, tantam utilitatem præbent, ut nemo inficiari possit, ea corporibus saluberrima esse, & facere multum ad vitam longam. ¹⁸ Præcepta proinde multa de victus ratione rite instituenda dabant. Hi ipsi abhorrebant abstinereque a plerisque leguminibus, præsertim a fabis, quas ne ferebant quidem in terra sua ¹⁹ Aversabantur itidem carnem tum ovillam tum suillam, quam multum supervacanei in corpore producere; præcipue vero oderant suem, propter
ejus

[15] Hæc Pamphilus e libello Mercurio Ægyptio inscripto teste Galeno de simpl. med. fac. libr. vi. in præf. quilibet, tales ineptias opinionumque commenta proferentem, asperioribus verbis perstringit.

[16] Galenus de dieb. decret. lib. III.

cap. vi. qui asserit se dictum dogma compertum habere.

[17] Horus Apollo Hieroglyph. lib. I. XXXVIII.

[18] Isocrates Busirid. laudat.

[19] Herodotus lib. III.

ejus coitum Luna decrefcente, & lac, quod bibentibus lepram fcabiemque afperam inferat. Afpernabantur etiam cæpas, quia Luna decrefcente vigere & augete folent, & earum ufus caftimoniam tollit: alii caufabantur, quod fitim creent: alii, quod lachrymas eliciant. Salem cibis detrahebant, quo tempore animum inducebant fanctè ac pure vivere: cum enim homines reddere bibulos & voraces.

VII. Quandoquidem aër, quo ad vitam degendam continuo nobis opus eft, non uniuſmodi femper eft, fed noctu denſatur, corpus comprimit, animamque ad quandam mœſtitiâ compellit: ideo Ægyptii, quamprimum a fomno furgere, ftatim refinam adolebant, ut aërem purgaret, ſpiritumque, qui concretus cum corpore languorem contraxit, reſuscitaret. Meridie, ſentientes Solem e terra multum ac gravem vaporem attraxiſſe, eundemque aëri admixuiſſe, myrrham, ab iis *Bal* i. e. delirationis amolitionem vocatam, ſuffiebant. Privatim vero magni faciebant *Kyphi*, quæ eft mixtura ſedecim rerum, ²⁰ Aliquantum hujus ſupra prunam poſitum ſuavem utilemque emittit exhalationem, qua aër mutatus ſpiritu ſuo etiam corpus afficit, temperiemque blandam adipiſcitur. Porro *Kyphi* cum liquore temperabant, ut bibi poſſet: potum enim ob vim molliendi, qua dotatum eſt, id interiora corporis, purgare. ²¹ Quin etiam, ut morbos declinarent, ſingulis menſibus triduum corpus vomitu vel clyſteribus purgabant, ciboque ſe abſtinebant. Statuebant enim rerum, quæ corpus nutricantur, majorem partem eſſe ſupervacuam, ex qua morbos confici: ideoque expedire eam, ut morbi principium tolleretur, e corpore educere, & per jejunitatem imminuere ²².

VIII.

[20] Ut mellis, vini, juvæ paſſæ, cyperi, refinæ, myrrhæ, aſpalathi, junc odorati, bituminis Judacæ, folii ficulnei, juniperi majoris & minoris, cardamomi & calami. Hæc compositio e *Plutarcho* de Iſide & Oſyride. A *Galeno* de antid. lib. II. cap. 9. & lib. I. cap. 3. & *Ærio* tetrab. IV. ſerm. I. cap. XCIX. & *Ægineta* libr. VII. cap. XXII. & *Myreſo* ſect. I.

§. 298. & ſect. XXXI. §. 9. memorantur etiam variæ cyphi ſpecies, quæ tamen ab Ægyptiorum differunt.

[21] Hæc *Plutarchus* lib. de Iſid & Oſyr. & *Symphiac.* VIII. Quæſt. VIII.

[22] *Herodotus* libr. II. & *Diodor.* Sic. libr. I. cap. LXXXII.

[23]

VIII. In morborum curatione non licebat Medicis ante tertium diem movere, hoc est dare, quæ vel alvum vel vomitum concitarent. Quod si prius ejusmodi purgationem instituissent, faciebant hanc periculo suo. ²³ Medici enim ex lege scripta medicinam, per multos medicos illustres antiquitus concinnatam faciebant. Si leges, quas sacri codicis ²⁴, lectio tradebat, secuti ægritudinem corporis depellere non quiverant, culpa vacabant, indemnesque abibant. Sin vero contra præscriptum egerant, capitis judicium subibant. *Nam medendi rationem, longo temporis usu observatam, & ab optimis artificibus ordinatam paucos ingenio & solertia superaturos, legislator censuit* ²⁵.

IX. Neque vero intra hæc tota eorum Medicina erat, sed ipsis in usu erant alia medicamenta, quæ vel foris corpori appendebant; vel intus ad devorandum dabant. Verbi causa. Rex Nechepso ²⁶ auctor erat annuli ex jaspide confecti, cui figura draconis radios habentis, insculpta. Hunc gestatum prodesse ventriculi orificio. ²⁷ Lapidem Judaicum pulveratum cum aqua instar pultis tenuioris subactum, & derasis circa vesicam ac pubem pilis exterius applicatum, confringere calculos in vesica idem Nechepso literis prodidit. ²⁸ Tradidit etiam melancholicis & crassum sanguinem habentibus conferre plurimum Armenium, quo pictores utuntur, ad grana quinque datum: vomitorium enim est. ²⁹ Idem præcepit e floribus chamæmeli, ubi in vigore sunt, in pila tufis ac probe con-

[23] Aristoteles Politic. libr. III. cap. xv.

[24] Forte hic erat idem liber *Ambrosii*, de quo supra pag. 320. scripsi.

[25] Hæc *Diodor. Sicul.* loc. citato.

[26] Qui secundum *Georg. Syncellum* in Chronograph. vixit anno Mundi 4151.

[27] *Galenus* de simpl. Medic. facult. libr. IX. profert hæc e libro XIV. Ne-

chepsonis. Eandem lapidis efficientiam sibi compertam esse, asseverat *Galenus*, quamvis sine sculptura esset de collo suspensus. Eadem *Ætius* Tetrab. I. ferm. II. cap. xxxv.

[28] *Ætius* tetrab. I. ferm. II. cap. XIX.

[29] *Idem* cap. XLVII. tetrabibl. ferm. II.

contritis mediocres pastillos fieri, quos in umbra diligentissime siccandos. Utiles hos esse febrem habentibus magnitudine fabæ ex aqua calida datos: quin etiam iussit ex uno pastillo & oleo, quantum satis est, linimentum confici, quo univrsum corpus a capite usque ad pedes illiniendum, dehinc febricitantem stragulis cooperiendum, donec sudore manaret. *Sudor enim, inquit, movebitur, bonus in iis, qui evasuri sunt, & a febre liberabuntur* ³⁰. Nec minus Ægyptii veteres in chirurgia celeberrimi erant, quod colligimus ex Herodoto ³¹ Cyrum ab Amasi medicum ocularium, omnium, qui in Ægypto essent, præstantissimum, petentem, literis prodente: item e Plinio, ³² scribente ex Ægypto talium vitiorum (puta lichenarum, quos Romani joculari licentia mentagram appellavere) genitrice, medicos Romam Tiberii Claudii Cæsaris principatu advenisse, curasque hunc fœdum vultus morbum causticis solis. Quo pacto aërem accensis per urbem rogis purgabant, grassante in populum morbo epidemico, ostendi supra ³³.

X. Seculo decimo in Ægypto medicus *Al Tamini* ingenii laude floruit. De eo scribit *Abul Pbarajius*, quod ille in arte medica solidam sibi scientiam comparavit, atque summam diligentiam & curam collocavit in medicamentorum compositione. Seculo decimo & primo, moris erat Ægyptiorum, ut aliquem febre liberarent, dare primum febricitanti medicamentum *catharticum* & placentulas comedendas una cum *julapio*, & hæc quidem in ipsa febris accessione; postmodum vero venam incidere. Cuidam medico Arabi, quamobrem ita ageret in febre quotidiana, quæ ante quatrimum principem quandam Arabum corripuerat, quærenti, respondebat Ægyptius. Bene, Domine mi, febris est quotidiana, composita ex sanguine & flava bile, quæ post quatrimum decesserit, cumque medica-

men-

[30] *Idem* Tetrabibl. I. Serm. I. titulo *Anthemidis*.
[31] Lib. III. Thalæ inscripto.

[32] Hist. XII. lib. XXVI. cap. I.
[33] Dissert. XXI. pag. 166.

[34]

mentum, purgans nempe, ei exhibuerimus, dissolutus est sanguis, manetque flava bilis, adhibitori autem ei sumus *phlebotomiam*, ut a flava bile tuti simus, volente Deo.³⁴ Sed satis de veteribus.

XI. Qui jam Ægyptum incolunt, an alii priscorum reservarunt, an alii Galeni aliorumque decreta assumerunt, non facile dixerim. Afferunt namque, teste Prospero Alpino, omnium morborum genera vel a calore vel frigore oriri: & contraria contrariis, curari.³⁵ Febres pestilentes quidam eorum credunt procreari a ventis e proximo Urbi, Alexandriae puta, lacu spirantibus: hos enim habere vim putredines insignes gignendi: at alii a putridis venenosisque exhalationibus, aëri sese permiscensibus.³⁶ Familiarissimum adversus morbos ipsis præsidium est sanguinis missio, cujus institutæ tres afferunt rationes. Prima est, quod putent quolibet ferre morbos istic locorum vel a calore tantum oriri, vel aliis quibusvis causis insuper calorem esse adjunctum: quibus positus persuasum habent, peracta sanguinis missione corpora admodum refrigerari. Altera est, quod existiment corpora, ob copiosam aquæ Niloticæ, ut ibi mos est, potum, sanguine abundare.³⁷ Hujusmodi aquam autem, superstitiose credunt, præ alia facilius in sanguinem mutari: quippe talem potentiam tum demum dictam aquam acquisivisse autumant, postquam Moses virtute divina eam in sanguinem mutasset. Tertia denique ratio est, quod negent ullam corporis Cacochymiam, sed potius abundantiam boni sanguinis, complurium morborum causam esse; Quo evacuato & morbum infringi.³⁸ In Diæta statuunt, nihil, quodcunque ægri ex instinctu Naturæ appetunt, posse nocere: siquidem ipsa Natura tutius ac

[34] Hæc *Gregorius Abul. Pharajius*, Dynast. Historia, a *Pocockio* latine red-
dita, pag. 214 & 235.

[35] De Medicina Ægyptiorum, lib.
3. cap. 11.

[36] Idem, cap. xiv.

[37] Et veteres Ægyptii ut tradit
Plutarchus lib. de Isid. & Osir. credebant
aquam Nili potam pinguedinem carnis-
que facere incrementum.

[38] Idem, lib. 11. cap. 1.

ac prudentius cuncta in commodum inque emolumentum corporis movere, quam præstantissimus quisque medicorum ³⁹.

XII. Sed missa Ægypto tendo in Asiam, de cujus incolarum medicina mihi permulta occurrunt, quæ breviter, quoad fieri potuit, narrabo. Sed ad rem. Brachmanes tanta celebritate famæ jam pridem noti, non plane hospites in Medicina sunt. Nam hi artes, quibus doctrinæ liberales continentur, tractant, & sic majorum institutum in omnibus tenent: pariter ac id olim seu Persarum magis, seu Ægyptiorum sacerdotibus, erat in more positum. Et quantum ad eorundem Medicinam attinet, jactant se de ea habere auctores, quos ab hinc amplius MMM annis vixisse: & hos auguste sancteque venerantur: his sententias vel præcepta, quæ habent; his sua quoque experimenta, accepta referunt, eorundemque auctoritati subjiciunt. Res herbaria ab iis carmine tractata est, cujus primus quisque versus incipit a nomine plantæ proprio, hinc ejus speciem, proprium, accidentia, formas, partes, locum, tempus, vires, usum &c. accuratissime persequitur. Hinc est, ut Brachmanes, audito plantæ alicujus nomine, extemplo recitare possit quæcunque de ea dicta sunt, atque possunt dici. Namque a teneris, ut Græci dicunt, unguiculis consuevit hæc addiscere ⁴⁰ Distribuunt medicamenta in sex classes, secundum totidem sapores principes; quorum in numero ponunt acidum, dulcem, salsum amarum, acrem & adstringentem. Quod autem medicamenti sui quibusque sapor, & vis fit, tribuunt hæc terræ, aquæ, igni, ventis, aëri, Soli & Lunæ: omnifariam quorumlibet constitutionem & constructionem

[39] Idem libr. I. cap. III.

[40] Hæc Nob. van Rhede Præfat. in Tomum III. Horti Malabarici. Cæterum non possum non Brachmanum in dicendo moderationem modestiam ex dicto auctore perscribere. *Fecundissimum*

sæpe audiui acroama, scribis, hos puta Brachmanes seu Gentiles philosophos inter se dissimiles & certantes pondere argumentorum, quæ ex sententiis regulis, rhythmis ex antiquitate, & libris suorum majorum eruditione illustrium depromebant. Disputabant

nem dirigentibus. Dictas sex classes denuo partiuntur in triginta & duas, atque in his, ajunt, cardinem artis medicamenta componendi verti. Ex morbis alios esse primitivos, alios ex his natos, quos numero duo millia octingentos quadraginta & septem esse. Tres morbos præcipuos, credunt, unicuique homini esse congenitos. Primum vocant *Wadum*, i. e. ventum in corpore: alterum *Bittum*, i. e. vertiginem vel stoliditatem: *Tshertum*, i. e. humorum impuritatem, tertium. Hos volunt, ex variis causis emergentes, inter cæteros morbos secundum hominum diversitatem conditionemque præponderare, atque adeo alios morbos vel excitare vel suppressere. Quid? persuasissimum etiam habent multum planetas polere ad morbos procreandos. 41 Tria, ratione trinarum morborum classium, statuunt, pulsum genera: quorum pulsum radicem esse sub umbilico ad intervallum quatuor digitorum transversorum. Ab hac, opinantur, oriri octies novena millia arteriarum, quas inde universum per corpus dispergi. Radicem hanc, coralliis forma haud dissimilem, latam quatuor, altam duos, transversos digitos: esseque eundem ipsum locum, in quo homo concipiatur. Neque vero perinde esse, judicant, cujus cujus manus venam medicus tetigerit, sed ducunt in viris dextræ, in fæminis lævæ, pulsum esse explorandum. Pulsum modos significant per vocabula pulsus graditur, instar ranæ subsultat, instar lumbrici reptat &c. vel incedit ut pavo, ut gallina, ut passer &c. De respiratione hæc sentiunt, ærem scilicet spatio unius diei & noctis vigesies millies & sexcenties inspirari ordinario: quod si plus aut minus fuerit, id ipsum morbosum esse. Medicorum ordinem in octo classes, secundum totidem morborum genera, distribuunt. Prima classis complexu suo continet, qui morbos infantum: secunda, qui morsui vel ictui venenatorum animalium medicinam faciunt. Tertia, qui dæmones fugare ac mentis mor-

bos
 tabant vero, atque unusquisque sententia sua fortissime patrocinabatur, incredibili tamen modestia, quam in cultissimis gentium philosophis desideres, sine ulla acerbitate, animi perturbatione, aut neglecto secus sentientium merito honore.
 [41.] Baldani de Indor. Idololatri. cap. VII.
 Tt [42]

bos curare. Quarta, qui in venerem frigidis, quique ad coitum ineptis opitulantur. Quinta, qui morbos cæteros, corpori ingruentes, medicant. Qui in hac classe, apud Indos clari & in magno honore sunt. Sexta classi continentur, qui manuum opera succurrunt. Septima, qui senium retardare, canitiemque avertere. Octava tandem, qui capitis oculorumque vitiiis curationem adhibere, callent. Quandoquidem vero res ardua & difficilis sit dicta penitus pernoscere: ideoque satis esse, censent, si aliquis se uni tantum classi vel duabus pluribusve solum addicat, neglectis tantisper reliquis, donec in his, quæ excolendæ sibi sumpsit, inter ceteros excellat. Præterea credunt suum cuique classi præsidere quoddam nomen, tanquam patronum, cujus in tutela eampse esse; hoc illi, qui classi isti se totos dederunt, auguste sancteque venerantur. Omnes persuasum habent, infantum morbis præesse ventum: morbis ex venenatorum ictibus, aquam: dæmonibus profligandis, aërem: in venerem frigidis, ventum ignem: Chirurgiæ Lunam: canitiei impediendæ Terram: quintæ classi Solem: capitis oculorumque morbis animam hominis. De cætero artem venam tangendi callent, & ægrotorum excrementa, præcipue vero urinam, considerant⁴² In curatione morborum, quamvis morbus a sanguinis multitudine, ortum duxerit, atque ideo aliquid, ut plerique medici censent, de ejus mole detrahendum sit, venæ incisionem haud quam instituunt, sed jubent, ut æger aliquandiu se cibo abstinat⁴³.

XIII. Siameses, gens Chinenfibus contermina, plumbei prorsus in Clinice, in Chirurgia inque Anatome sunt. Nec solliciti sunt de fundamentis Medicinæ; verum de ea securi sunt animi, si modo magnum compositionum medicamentorum numerum, quem a majoribus acceperunt, possederint. Variant nihil in his, quantumvis symptomata sæpe sæpius contrarium postulare videantur. Et tamen multi a morbo recreantur, quod vero potius temperantiæ in victu, cui hæc

na-

[42] Hæc Bibliothecæ novissimæ VII. dico Malabarico.
§. 3. ubi excerpta extant e Grunleri Me- [43] Dappers *Beschryv. van Asten* p. 52.
[44]

ratio maxime studet, quam medicorum peritiæ, tribuendum est. Ægrotō id in primis curæ est, ut univērsū corpus molliatur, quod ut debite fiat, quidam hujus rei peritus in ipsum scandit atque jugiter calcat. ⁴⁴ Persas veteres in Medicina & Astronomia excelluisse tradit *Abul-Pharajius*. Hi in medicina faciēda videntur magorum sectam atque institutionem secuti, de quibus scripsi supra. ⁴⁵ Hippocratis autem præcepta & instituta postea didicerunt e medicis Græcis, quos Cæsar Aurelianus una cum filia, quam Sapor, Persarum Regi, collocavit, in Persidem misit. Seculo decimo inclutus in medicina erat *Ali Ebno V Abbas* magus. Hunc ferunt librum Al Maleci i. e. regium, conscripsisse, de quo *Abul Pharajius* hæc literis prodidit. *Liber est insignis & syntagma egregium, cui eo tempore animam applicuerunt homines, ipsumque sedulo triverunt, donec prodiret canon Avicennæ, quem amplexi librum Al Maleci aliquantulum neglectui habuerunt. Est autem Al Maleci, quod praxin spectat, potior, canon, quod scientiam solidior.* ⁴⁶ Medici vero, qui hoc tempore in Perside medicinam faciunt, maxime Avicennæ institutionem & disciplinam imitantur. ⁴⁷ Apud cæteras gentes Medicina abjecta & neglecta jacet, si quod grave malum incidit, implorant opem alicujus a Papa missi in istam regionem: ex his missis enim aliqui sedem stabilem & domicilium certum habent, aliqui Christianam religionem propagandi causa huc & illuc passim vagantur: omnes verò medicinam istis nationibus faciendi gratia venisse prætexunt: similiter ac ii, qui in Chinam mittuntur, Matheseos studium præ se ferunt, idemque solum, quo religioni prodesse, profiteri simulant.

XIV. Chineses autem de Medicina mirabiliter & loquuntur & sentiunt. Humidum *radicale* enim, auctoritate codicis *Daykio* innixi, credunt, triplicis esse generis, unum debile,

[44] Hæc *Mons. de la Loubere* dans la description du Royaume de Siam. Tom. i. chapit. x. §. 2. 3. & 6. Histor. dynastiar. a *Pocockio* editæ pag. 51. 82. 214.

[45] Dissertat. vii. pag. 90.

[46] Hæc *Gregorius Abul-Pharajius*

[47] *Olearius* im fünfften buch der Persianischen Kette beschreibung.

alterum debilius, debilissimum appellant tertium. Triplex hujusmodi humidum, persuasum habent, in utriusque brachii arteriis residere: originem vero illius esse a pectore ad brachium utrumque. Humidi *radicalis* debilis arterias in utroque brachio a pectore originem ducere, desinere autem in medio digito: debilioris arterias indidem incipere, at finiri in extremitate pollicis a parte exteriori: debilissimi tandem arterias in utroque brachio a corde oriri, terminari vero apice minimi digiti in parte exteriori. Singularum porro arteriarum ab initio ad finem longitudinem esse trium pedum & semissis, & summam omnium humidi radicalis arteriarum, pedum viginti & unius. Non dispar est ratio calidi innati, cujus arterias, credunt, in utroque brachio a capite originem capere, desinere autem digitorum in extremitatibus. Et hoc trifariam in corpus didi distribuivē. Primi, quod appellant calidum innatum forte, arterias in utroque brachio inchoare ab apice digiti indicis, harum vero finem esse in extremitate nasi. Debilis, quod alterum calidi innati genus est, arterias oriri in brachio utroque a minimo digito utrinque, verum terminari hoc interioribus angulis. Tertii tandem, debilissimi puta, arterias, incipere quoque in ambobus brachiis, circa extremitatem digitorum annularium utriusque manus: terminum autem habere in utroque hircu exteriori. Longitudinem arteriarum, singulatim consideratarum, esse quinque pedum; summam vero omnium sex, tres namque in utroque brachio habentur, & triginta pedum. Quemadmodum in brachiorum, ita etiam in pedum, arteriis seu venis, arbitrantur, triplicem calorem nativum atque humorem primigenium dominari. Etenim calidi innati fortis originem a naso putant, & finem in extremitatibus digitorum pedum esse intrinsecus. Calidi debilis, quod in utriusque pedis arteriis, principium esse ab internis hircis, finem vero in exteriori minimi digiti utriusque pedis parte. Calidum debilissimum oriri itidem ab hircis interioribus, at vero terminari inter penultimum & antepenultimum pedis utriusque digitum. Quamlibet harum arteriarum longi-

gitudinem esse pedum octonariam : & quandoquidem in utroque poplite sint arteriæ fenæ, efficitur inde, omnium longitudinem in summa esse quadraginta octo pedum. Pari modo differunt de pedis arteriarum humido primigenio. Quamlibet ejusmodi arteriarum longitudinem, statuunt, sex pedum cum dimidio, omnium autem summam novem & triginta. Ex hisce dictis constat arterias, tum calore innato, tum humore primigenio, refertas, numero duodenas esse. Præter memoratas intestinas, statuunt quoque quatuor externas arterias, in quibus ejusdem generis calidum & humidum contineri seorsim. Eadem vero conjunctim duodecim vasis inesse. Primum vasorum genus, vitali spiritu plenum, CLXII. pedes : alterum, spiritibus orbem, CCCLXV. pedes, longum. In illis secundum naturam in primis calidum nativum, quod sursum ferri, reperiri ; verum in his præcipue humidum inveniri primigenium, quod potissimum duci deorsum. Qui motus, si æqualis fuerit, quin & si dictus humor & calor in sanguine secundum naturam invicem mixti, efficiunt, ut Chineses opinantur, corporis incolumitatem. Contra, atque dixi, si fuerit, propediem affuturam corporis ægritudinem. Cæterum in curatione ægrorum vilipendunt sanguinis missionem. Argumentantur namque incisa vena non pravum modo, sed & bonum, cruorem, prodire. At enim vero confessam rem esse, inquit, sanguinem vitalitatis esse fontem : ergo quanto magis quispiam ejus jacturam fecerit, tanto & eundem imbecilliores futurum. His de causis e re Medici judicant, ut sanguis quoquo modo a colluvie sua depurgetur ; cum maxime autem a flatibus, quos plerorumque affectuum, quibus corpus est obnoxium, & auctores esse, & actores. Fieri autem sanguinis correctionem non melius posse, existimant, quam ustione *moxa* instituenda : aut punctura acus, ad id negotium assabre effectæ, varias per corporis partes peragenda.

X V.

[48] Hæc *ten Rhyne* Mantissa schematica, & libello de acu punctura excerpti, & inde feci dictorum qualescunque brevium. Qui plura scire avet, quo

Tt 3

XV. De Medicina Chinesium Nob. Cleyerus specimen in lucem edidit, quod Francofurti ad Moenum impressum est, quin etiam promovit, ut R. P. Boymii clavis Medica de Pulsibus ad mentem Chinesum edita sit; subjuncta autem hæc est Decuriæ II. Anno IX. Ephemeridum Medico Physicarum Academiae Naturæ curiosorum. Licet dicti auctores ob tot accepta a Chinesibus fragmenta, ejusdemmodi res nonnunquam complexu suo continentia, perturbate scripserint, conabor tamen de his attingere varia, ex quibus, nisi me fallo, apparebit scientia Chinesium. Sed ad rem. Primum Medicinæ auctorem, Chineses, credunt, esse Imperatorem HOAM TI, quem vixisse MMDCCXCVII. ante natum Christum annis, eundemque libros de pulsibus, adjuvantibus *Ki pe, So ven, & Lay cum* conscripsisse ⁴⁹ Plerique medici operam dant potissimum unius generis morbo curando; cujus curationem ab atavis acceptam tenent in familia sua nepotes. Alii feбри hecticæ; alii puerorum: alii mulierum &c. morbis, medicinam faciunt tantum. ⁵⁰ Anatomæ, sine qua corporis ejusque partium tum exterior tum interior conformatio, positus &c. cognosci nequeunt, ab illis non tractatur. Rationem autem, quapropter hanc artem non exercent, afferunt, quod in hominis mortui corpore multa dissolvantur & diffluant, quæ in vivo aliter sunt. Hinc esse, ajunt, quod multa perspicacissimis Anatomicis lateant. ⁵¹ Mirum proinde non est, quare Chineses, neglecta Anatomæ, præpostere, imo insulse, de cujusquemodi corporis constitutione, ut mox ostendam, ratiocinentur.

XVI. Chineses in hoc universo tres præclaras, statuunt; substantias, supra cælum, infra Tellurem, in medio autem ho-

quo pacto acu punctura vel moxa, vel alia materia lævi inflammabili, in variis corporis partibus ustio sit instituenda, is pervolvat *Kampferi* amœnit. exotic. fascic. III. observ. XI. & XII.

[49] Ut habent *Boymius* in Præfat.

& *Couplet* in Præfat. & *Couplet* in Tab. Chronolog. Monarch. Sinicæ, Confucii operibus subnexis.

[50] *Boymius* in annotat. ad præfat. de recept. libr.

[51] Idem cap. XVII.

[52]

hominem, quem utrarumque priorum esse participem. Similiter, atque de universo dixi, dividunt corpus humanum tripartito. Supremam complexu suo continere, quicquid est super septum transversum: mediam, quicquid est illud inter & umbilicum; infimam denique regionem, quæ sub umbilico pedibus tenus reperiuntur. Aliquando, de dictis corporis regionibus disserturi, metaphora utuntur, ac in illa ponunt varias nebulas, in ista pluviam, in hac vero lacum & stagna, quæ ex dicta pluvia confluxere. Ita etiam convenientiam dari, contendunt, pulsus inter & dicta tria jamjam memorata. Supremo pulsui, quem etiam nomine cæli, quia is cum suprema corporis regione consentit, nuncupant, dominari calorem primigenium. Infimo, quem Terræ nomine insigniunt, quemque cum infima corporis regione convenire, dominari humidum *radicale*. Medium tandem appellant vocabulo hominis, quoniam hic in medio mundo situs, & ei sit consensus cum media corporis regione. ⁵² Hæc duo, calidum primigenium puta & humidum radicitus infixum, sunt ex sententia Chinesium principia omnium rerum intestina. His, credunt, euncta in universitate rerum animari. Ex horum omnifariam facta mixtione exoriri omnium, quæ in hoc universo sunt, affectiones & vicissitudines, tam generationis quam interitionis causa, obortas. Quinimo ab eorum omnimoda conjunctione, seu congressu, dependere tum incolunitatem tum infirmitatem corporis. ⁵³ Sedem autem & domicilium eorum collocanda esse, putant, in spiritibus & sanguine. ⁵⁴ Quid? quod

[52] Quandoquidem ii, qui Cleyeri Specimen Medicinæ Sinicæ Francofurti anno M. DC. LXXXII. ediderunt, id magna in membra, ægre ab aliquo pervolvenda, dispertiverunt: & ut ne videar ego mea opinionum commenta evulgasse, cogor ideo paginas operis, quod quadruplicis generis alphabeto impressum, citare. Hæc itaque, quæ jam prolata, hausi e part. II. pag. 3.4. & 85.

& *Boymii*, cap. VII.

[53] *Ibidem* pag. 2.65. & 76. Porro utrisque esse triplicis generis diversitatem vel gradus: primum magnum, alterum exiguum, & deficientem tertium, appellant; quos gradus, sentiunt, se in utriusque manus pulsibus explorare posse vide. pag. 7.

[54] *Boymius* cap. I.

quod suum cuique principio spiritum esse, fingunt: humidi radicalis spiritum, putat *Boymius*, esse eundem, qui a medicis nostris, vitalis: & caloris primigenii, qui animalis vocatur. ⁵⁵ Spiritus autem hominem ab alimentis accipere, hæc in stomachum demitti; stomachum ad quinque membra & intestina vapores seu spiritus mittere: eos vero, qui puriores sunt, in sanguinem resolvi. Per sanguinem deinceps & spiritus humidum radicale & calorem primigenum, veluti per sua vehicula ad omnes corporis partes in orbem circuli instar circumferri. ⁵⁶

XVII. Res, quæ ab ipsis elementa dicuntur, fingunt e cœlo, & conjunctis cum cœlo qualitibus, calido utpote & humido, ortum duxisse. ⁵⁷ Hæc elementa autem esse quinque numero, ut arborum, ignis, terræ, metallorum & aquæ. Hæc, arbitrantur, hoc pacto & ordine producta. Ab humido fertili, quod sentiunt e cœlis primitus demissum, singulari modo enatas arbores: ex his, puta aridis, ignem seu spiritus igneos: ab igne, quoniam post se plerumque fæces vel cineres relinquit, terram. ex terra, metallum: ex metallo aquam: ex hac rursus arbores; & sic singula, secundum eorum doctrinam, inter se recipiuntur. ⁵⁸

XVIII. Corporis partes bipertiuntur Chineses in membra nempe & intestina. Membra præcipua esse numero sex, totidemque intestina. Membra, quibus potissimum humidum radice inest, tria esse ex parte sinistra, ut cor, hepar, renes: e dextra item tria, ut pulmones, lienem, & portam vitæ. Ex intestinis, apud quæ in primis calor primigenius hospitatur, numero tria esse e parte sinistra, ut intestina minora, folliculum fellis, ureteres: totidemque e dextra, ut intestina majora, stomachum, & tertiam corporis partem, quæ orditur ab umbilico, & ad plantas pedum pertingit. Alii e Chinesibus hæc dicta ad qui-

[55] Idem cap. xii.

[56] Idem cap. vii. viii. & ix.

[57] Idem cap. cap. iv. e quinis, mox dicendis elementis, duo e chaos

processisse.

[58] *Cleyerius* part. ii. pag. 6. Et *Boymius* cap. iv.

quinarium numerum redegerunt, omiffa vitæ porta, quo vocabulo alias folent dextrum renem appellare. Eadem conditio eft inteftinorum, de quibus, fi numero quinque tradantur, demunt modo dictam tertiam corporis partem. Ex his membris & inteftinis contendunt vitam in reliquum corpus inque exteriora fenfuum organa derivari.⁵⁹ Præfertim vero pulmones, & initium vitæ, & finem, effe: fiquidem ea ab inspiratione incipiat & in expiratione definat; utrafque autem actiones pulmonibus tantum effe proprias.⁶⁰ Ex memoratis quinque membris primo nafci renes volunt, eodẽque omnium primos effe actuosos, deinde cor, post jecur, hinc pulmones, tandem lienem. Renes dentium, aurium, offium eorundemque medullæ cauffam effe: Cor faciei, humerorum, palmarum, manuum, linguæ atque fanguinis: Hepar oculorum & nervorum. Pulmones narium, labiorum, cutis, capillorum atque unguium.⁶¹ Et ex omnibus membris fuperiorem locum habere pulmones, quos fuis quafi alis cætera membra tegere, omniumque viarum motum in fe recipere: inde fieri, ut pulmonum via fit inftar maris, omnes pulfus congregantis & reciprocantis, quibus vitam conferat & fpiritus vitales, & exterius quocunque effundens, cutis capillorumque accretionem promoveat.⁶²

XIX. Opinantur præterea eum, qui fcienti eft cupidus corpus hominis effe ficut minorem mundum, oportere gnarum effe differentia, quæ cœlum inter & terram eft, ut & conformitatis, quam fex fpiritus cum quinque moventibus. i. e. elementis, habent.⁶³ In cœlo effe novem ftellas & planetas, in terra novem magnas earum partes, nec non novem membra, & totidem vias, ineffe.⁶⁴ Admirabilia, quin dicam incredibilia, proferunt de confenfione neceffitateque, quam perfuafum habent, quinque corporis principibus membris intercedere cum quinque aliis hujus univerfi rebus.

XX.

[59] *Boymius* cap. 11.
[60] *Idem* cap. 1x.
[61] *Idem* cap. v111.

[62] *Idem* cap. xiv.
[63] *Vide* Part. 1. pag. 16.
[64] *Ibidem*. pag. 34.

XX. Sed, ut explanatius edisseram, necesse est, ut rationes eorum subjiciam. Cor, credunt, corporis esse perfectionem, respondere id Marti, æstati, meridiei, austro, elemento ignis, saporis amaro, colori rubro: delectari milio carneque ovilla, odisse calorem, recondere spiritus, dominari sanguini, liquorem digerere in sudorem, indicem ejus esse linguam: habere diminuti humidi *radicalis* viam ad manus a corde: cum plenum fuerit, somniare timenda & monstrosa, cum vacuum flammam, ignem, lucem; quando calidum, pulsus esse solidum: si frigidum, subtilem: ejus intestinum vel adjunctum, esse lactes, quos habere a manibus ad caput magni coloris primigenii viam naturæ igneæ. Hepar consentire cum Jove, Vere, tempore matutino, oriente, elemento arborum, vento, sapore acido, colore cœruleo, gaudere semine lini & carne gallinarum, odisse ventum, recondere animam, imperitare sanguini & nervis, liquorem digerere in lachrymas, fenestras ejus esse oculos: habere deficientis humidi *radicalis* viam naturæ æræ a pedibus ad pulmonem: plenum sylvas & montes, vacuum herbas subtiles & gramen, somniare; si calet, tristitiam gignere, si friget, defectu spirituum laborare; ejus membrum adjunctum esse fel: hoc itidem esse naturæ arboreæ, & habere viam diminuti caloris primigenii a manibus ad caput. Renes seu vesicam de proprietate convenire cum Mercurio, Hyeme, nocte, septentrione, elemento aquæ, frigore, sapore salso, colore nigro, gaudere fabis & carne suilla: odisse siccitatem, recondere spiritus generosos, imperare ossibus, laticem mutare in urinam, fenestras ejus esse aures: habere imminuti humidi *rad.* viam naturæ aqueæ a pedibus ad pectus: quando plena, renes gravescentes, quando vacua, homini secundum quietem videri, se transnatare aquas metu: si calet, alvi fœces & urinas spissas esse: si friget, evacuari præter modum omnia: ejus membrum adjunctum esse ureteres: habereque magni caloris primigenii viam naturæ aqueæ a capite ad pedes. Pulmonem respondere Veneri, autumno, vespere, occidenti, elemento metalli,

65 sic

65 siccatati, colori albo, delectari oryza & carne equina, odio habere frigus, abscondere corpus, moderari aëreos spiritus: humores mutare in mucum, fenestras ejus esse nares: habere humidi radic. viam a pectore ad manus: ubi plenus fuerit, arma & bella, ubi vacuus, in quieta videri rura aquea & campos: si calet aut friget, efficere ut pellis aut incalcescat, aut frigescat: intestinum magnum esse illi adjunctum, idque habere lucidi caloris primigenii viam a manibus ad caput. Lien, alibi scribit stomacho, consensionem esse cum Saturno, & cum postremis duo de viginti quorumque quatuor anni temporum diebus, & cum media inter quatuor cœli cardines parte, cumque elemento Terræ, tepore, sapore dulci, colore flavo: eundemque prosequi odio teporem, oblectari tritico & carne bubula, recondere animos, dominari carni: humores permutare in salivam, fenestram ejus esse os: habere magni humidi radic. viam a pedibus ad cor: si plenus fuerit, cantum & læta, si vacuus, cibum ac potum, & rixas ob cibum, in somnis videri: si calet, mox pinguescere, si friget, indicare defectum alimoniam: ejus intestinum esse stomachum, quem habere puri ac lucidi caloris primigenii viam a capite ad pedes, naturæ itidem terræ. His quinque membris principalibus adjungunt portam vitæ, quam, volunt, igni cordis suppetias venire, & concurrere in ordine ad gignendam terram: subjici igni forinsecus advenienti, naturam habere aqueam, esseque una cum tertia corporis parte, quæ ei in loco intestini est, perfectorum spirituum domicilium, formæque alicujus membri expertem,

[65] Sinenses, quando metallorum nomen & naturam pulmonibus tribuunt, indicare volunt pulmones & illis adjuncta magna intestina habere qualitates, in quibus ipsa metalla præter cætera elementa excellunt, ut crassitudinem, opacitatem, frigus. Per has enim aquam, quæ maxime frigida est, produci. Ita etiam metalla quatenus sonora sunt, eatenus ad aërem

maxime spectare. Inde, quoniam aër est levissimus, pulmones eorundemque vias, quia ejusdemmodi qualitatem sortiti sunt, levitatem, hoc est, exiguam aut nullam gravitatem, habere. Eodem modo philosophantur de reliquorum membrorum qualitatibus primis. Hæc *Boëlius* cap. XI.

V v a

[66]

tem; habereque diminuti caloris primigenii viam naturæ igneæ a manibus ad caput⁶⁶.

XXI. Præter hæc opinantur Chineses suam quibusque membris invicem esse, aut causam, aut effectum, aut necessitudinem, aut minus; quæ indicaturi metaphorice utuntur vocabulis matris, filii, hostis & hospitis. Ut cordis matrem, ferunt, esse hepar: filium, splenem & stomachum: hostem, renes: hospitem, pulmonem. Jecoris matrem esse renes: filium, cor: hostem, pulmonem: hospitem, lienem & stomachum. Renum matrem esse pulmonem: filium, hepar: hostem, splenem & stomachum: hospitem, cor. Pulmonis matrem esse lienem & stomachum: filios, renes: hostem, cor: hospitem, jecur. Lienis tandem & stomachi matrem esse cor: filium, pulmonem: hostem, hepar: hospitem, renes. Eandem, putant, rationem quinque elementorum esse. Ex. gr. Elementi aquæ matrem esse metallum: filium, arbores; hostem, terram: hospitem vero, ignem, &c.⁶⁷.

XXI. De sanguinis circuitu, quem, de se ipsis gloriosius prædicant, ante quatuor millia annorum sibi innotuisse⁶⁸ incredibile dictu, quam inauditam habeant opinionem. Ut autem aliquis dictum circuitum mente possit facile percipere oportet primo indicare respirationem, quatenus ea cum sanguine atque spiritibus de motu reciproco conveniat. Sentiant enim intervallo unius in statu naturali respirationis fieri quatuor, vel quinque ad summam, pulsus, & eodem temporis spatio calorem primigenium, vel spiritus & humidum radic. vel sanguinem progredi in corpore sex digitorum longitudine. Ex quo confici, putant, intra XXIV. horas nostrates, (nam Chineses diem & noctem in duodenas partes partiuntur) quibus tredecim millia & quingentas respirationes fieri, sanguinem

[66] Vide Part. I. pag. 8. usque 14. cumque compendium contuli. Vide e-
Part. II. pag. 6. 7. 8. II. 49. 85. usque tiam *Boymii* cap. II. & IV.
87. & iterum pag. 101. & 102. e quibus [67] Ita *Cleyerus* Part. II. pag. 11.
dictas opiniones excerpti, & ad quale- [68] *Ibidem* pag. 85.

guinem absolvere intra vasa iter octoginta & unum mille digitorum. Nolim, quispiam credat, adeo longas vias in corpore esse: verum Chineses credunt sanguinis circuitum respondere, caelorum per domos quinquagenas, conversioni: hinc arbitrantur spatio unius diei & noctis sanguinem quinquagesies circuitum suum perficere. Quandoquidem vero spatium unius respirationis fiunt quatuor vel quinque arteriarum pulsationes, & spatio diei ac noctis contingunt tredecim millia & quingentae respirationes; effici hac ratione, autumant, non fieri plures pulsus, eodem temporis spatio, in statu corporis naturali, quam sexaginta septem millia & quingentos, nec pauciores, quam quinquaginta & quatuor millia ⁶⁹.

XXII. Quantum vero attinet ad rationem circuitus, quo pacto scilicet contingat, persuasum habent, dari duodecim in corpore humano vias ordinarias, vel membra, per quae sanguinem, & spirituum vehiculum, humidum *radicale* sc. circumire. Dicitur autem viae hae sunt, ut via pulmonis, majorum intestinorum, stomachi, lienis, cordis, lactium, ureterum, renum, pericardii, tertiae partis corporis, felle & hepatis. Ex sex viis quinque membrorum praecipuorum, ut pulmonis, stomachi, cordis, renum & jecoris, nec non pericardii, arbitrantur, deduci humidum radic. plus aut minus intensum; e senis autem viis membrorum reliquorum deduci calorem primigenium, magis aut minus intensum. Posthinc tres vias humidum devehentes ordiri ab ipsis membris, ut a corde atque pectore, & in manibus desinere: totidemque vias a pedibus oriri, terminarique in membris. Itidem tres vias esse a capite ad pedes, ac totidem

a ma-

[69] Vide Part. I. pag. 7. Part. II. pag. 15. 79. 80. 90. & 93. & *Boymii* cap. XII. In expiratione putant calorem igneae naturae ejici, & sequenti mox inspiratione frigus humidum aërem naturae intro assumi. Hoc pacto etenim integram respirationem fieri. Secundum *Boymii* calculum oporteret fieri intra XXIV. horas in homine sano non pauciores quam quinquaginta quatuor millia & non plures quam sexaginta septem millia & quingentos venarum pulsus. vide etiam cap. XIV.

a manibus ad caput, quibus, putant, calidum, per corpus distribui His addatis vias, humido destinatas, plerumque magis introrsum, ut ad pectus, ventrem, &c.: e diverso caloris vias potius extrorsum, ad partem corporis posteriorem, ut ad dorsum, &c. ferri. Tandem singulis duodenis viis assignant semitam quandam, cujus ope membrum quodvis ad aliud, inter se reciprocum, ferratur. 7° Præter has duodecim ordinarias finxerunt etiam octo extraordinarias, ad circuitum spectantes, vias. Has oblique, sentiunt, in se recipere, quicquid in illis exuperarit. Primam, appellant, congregationem caloris primigenii, eamque oriri infra spinam dorsi, pergereque occipitio & vertice tenus: ingredi que cerebrum & terminari versus maxillæ superioris dentes. Secundam, congregationem humidi radic. dictam, oriri ex anteriore parte, infra deflectere circa ventrem & viscera, ascendere ad guttur, ad caput, terminarique propter oculos. Tertiam, radicem duodecim viarum dictam, oriri prope pubem infra umbilicum dextrorsum & sinistrorsum, pergere stomachum usque & pectus. Quartam oriri e lateribus infra, eamque corpus, cinguli instar, omnium pulsum vias, cingere includereque. Quintam e medio calcaneo oriri, inde extrorsum ferri, ascendereque transversa ad os, & infra aures: hanc, credunt, calorem dextræ & lævæ corporis partis moderari. Sextam itidem, putant, e medio calcaneo provenire, ac progredi ad pectus & guttur, imo ad ipsos oculos usque; hanc ab utraque parte humidum interius regere. Septimam exoriri e loco, ubi concurrunt caloris viæ, a calcaneo incipere, vergereque ad ventriculum, lienem, caput, aures. Octavam denique oriri e loco, ubi concursus viarum humidi ab interiori talo ascendit oblique ad ventrem, deinde

[70] Part. 11. pag. 12. 84. & 95. Ut autem aliquis perceptionem humorum circuitus, prout Chineses eum tradunt, habere possit, curavi a Cleyero effectum

exemplar ficti circuitus, ut per duodecim vias ordinarias absolvatur, heic apponere.


[71]

deinde ad pectus, & tandem ad partem verticis anteriorem ⁷¹.

XXIII. Quo modo autem humidum *radicale* & calor primigenius viginti quatuor horarum spatio circumagantur, hæc opi-

[71] Vide Part. II. pag. 68.

[72]



344 DISSERT. MEDIC. XVIII.

opinionum commenta afferunt. Hora tertia apud Europæos matutina, putant Sineses, pulmones propagare humidum radic. per spiritus & sanguinem ad manus vocarique magni humidi radic. viam. Hora quarta, eosdem pulmones per supra dictam manuum viam humidum radic. producere. Hora quinta in magnis intestinis proferri calorem naturalem per spiritus & sanguinem a manibus: appellarique puri & lucidi caloris viam. Hora sexta, eadem magna intestina propagare calorem primigenium per dictam viam a manibus ad caput. Hora septima & octava stomachum producere calorem primitivum ad pedes: viam nominari pedum lucidi caloris primigeni. In secundo puncto manus dextræ tam viæ quam membri statum propagare. Hora nona & decima lienem proferre humidum radic. ad cor: dicique pedum magnam humidi radic. viam. In secundo puncto manus hujus viæ & Stomachi statum propagare. Hora xi. & xii. Cor propagare humidum radic. ad manus; vocarique manuum diminuti humidi radic. viam. A meridie hora i. & ii. parva intestina producere calorem ad manus: appellarique manuum magni caloris primigenii viam, Hora iii. & iv. uretheres propagare calorem innatum ad pedes; vocarique pedum magni caloris viam. Hora v. & vi. vesicam vel renes proferre humidum radic. a pedibus: nominarique pedum imminuti humidi radic. viam. Hora vii. & viii. a vitæ porta humidum radic. ad manus prochi: dicique manuum deficientis humidi radic. viam. Hora ix. & x. tertiam corporis partem a manibus calorem propagare: vocari viam diminuti caloris manuum. Hora xi. & xii. Fel producere calorem nativum ad pedes, appellarique pedum imminuti, caloris viam. Hora i. & ii. a media nocte. Hepar propagare humidum radic. a pedibus: viam vocari pedum deficientis humidi radic. Memorant præterea quot singulis horis respirationes & pulsus venarum fiant, & quantum iter spiritus cum sanguine in venis conficiant. ⁷²

XXIV.

[72] Боутинс cap. xiii.

[73]

l. XXIV. Quod autem aliquis aut longævus, aut brevioris vitæ sit, adscribunt effectum hunc corporis humani circulo, cujus centrum esse mediam regionem; at circumferentiam caput pedes & manus. Proinde quanto aliquis circumferentiam circuli vitalis ampliorem nactus fuerit, tanto longiorem, opinantur, ejus vitam futuram, contra esse in circulo minore. Neque tamen unicum in quolibet homine fingunt circulum vitalem, sed aliis alios esse insertos. Enimvero naturam horum comparatam esse ut orbis terrarum, quem ex annuis, mensuris & diurnis circulis constare ⁷³.

XXV. Cæterum faciunt ad modo dictorum cognitionem & intelligentiam tempestates anni, juxta & tempus menstruale. Annum non modo quadripartitum, sed etiam quinque partitum, reddunt. Statuunt namque quælibet quatuor anni tempora constare e septuaginta & duobus diebus, qui quater multiplicati efficiunt ducentos octoginta & octo dies: reliquos insuper esse extremitati cujusque tempestatis duo de viginti dies, quos quater quoque multiplicatos, efficere quintum anni tempus, similiter, ac priora, septuaginta & duos dies complexu suo continens: & hos, si supra memoratis addantur, efficere annum Lunarem trecenorum & sexagenorum dierum. ⁷⁴ In quolibet anni tempore, credunt, peculiare elementum, & unum e corporis visceribus, rerum potiri. v. g. tempore verno elementum aëris seu arboris, & hepar: æstivo, ignem & cor: autumnali, metallum & pulmonem: brumali, aquam & vesicam: in fine autem cujuslibet annuæ tempestatis, terram & stomachum, tenere dominatum. Non modo hæc quinque anni tempora, verum etiam menses anni, volunt, esse observandos: horum enim ratione spiritus, propter diversitatem caloris & humidi, modo adaucti, modo diminuti, identidem variari. Namque prima & secunda Luna spiritus caloris occipere, habereque tepidum Veris tempus: tertia & quarta, eos reddi magnos & perfectos, habereque calidum Æstatis

Iis

[73] *Idem* cap. ix.[74] Vide *Cleyeri* part. II. 19.

tis tempus : quarta & quinta, incipere humidum radic. & ejus spiritibus tunc principatum deferri, obtinereque humidum Autumni tempus : septima & octava, spiritus humidos evadere pleniore, atque tempus nancisci frigidius : nona & decima, spiritus humidos apparere longe perfectissimos, indipisciue tempus brumæ maxime algidum : undecima tandem & duodecima Luna, spiritus naturales calore parvos quidem videri, & tempus frigidum indeptare ; sed eos magis ac magis deinceps augeri, redauspicarique, ac subire deintegro, similiter atque jamjam narravi, pristinam vicissitudinem. ⁷⁵

XXVI Quamquam ea, quæ huc usque de Chinenfium Physiologia scripsi, nonnemini abstrusa & recondita videantur, comparanti tamen hæc cum eorundem pathologia constabit pleraque in unum congruere, & inter se mirifice reciprocarî, atamen id dolendum est, eos in dictionibus nimioptere tropis, in primis vero horum affectionibus, ut catachresi, hyperbole & allegoria, uti : quas cum nimis valde adhibeant, dicendo rem frequentissime obscurant. Sed ad propositum meum redeam, necesse est, nempe ad quinque elementa, e quibus corpus humanum compositum est. Magnopere refert, ajunt, ut elementa inter se mutuam conservent æquabilitatem : ex his enim si unum modo fuerit cum cæteris inæqualiter temperatum, protinus morbum apparere. ⁷⁶ Et eorum vitium esse in hoc positum, ut aut vincant, aut vincantur : illius generis appellant excessum, hujus vero defectum unius aut plurius elementorum : ⁷⁷ præsertim vero oportere medicum cum animo suo calorem primigenium, & humidum radicitus infixum, considerare. Illius enim malignitatem corpori importare perturbationem, & quatuor partium molestias, faciei ruborem, maculas, deliria, inconditosque sermones, &c. hujus autem febrem malignam, gravitatem, oculorum ventriculique dolorem, venenosos spiritus pervadere cor, & frigus de-

[75] *Ibidem*. pag. 107. & 118.

[76] Part. I. pag. 16.

[77] Part. II. pag. 30.

[78]

deficiens dilatari absque obstaculo in quatuor partibus ; imo ejus humidi venenum deprimere, & quasi abrumpere, spiritus ⁷⁸.

XXVII. Præterea statuunt tres caloris primitivi, totidemque humidi radic., vias esse: in his morbum subsistere: has, nec non earum origines, morbum suscipere: totum discrimen in eo poni, ut illius viæ efficiant calorem externum, & pulsus celeritatem: hujus vero frigus externum, & pulsus tarditatem. ⁷⁹ Præter dictas sex vias superesse quinque vitia, quæ læsionem efficiunt. Primum fieri ab interiori vento vel vitio vacui, unde in corpore calorem oboriri, verbi gratia. Cor, tali vitio affectum, cognosci posse e colore rubro. Jecur quidem, omnium colorum dominum & auctorem, in se cœruleum; verum ejus viam, cum ea cor ingrediatur, efficere rubrum: si stomachum, flavum: si pulmones, album: si vesicam, nigrum colorem; nec non in causâ esse, ut calor in utroque latere, & cum oppleantur, dolor progignantur. Secundum a caloris æstu, quo si quis lædatur, eum tunc odio habere odorem & foetorem. Equidem suum cuique membro esse odorem, tamen omnis generis odorum principatum cordi esse delatum. Cor quidem in *parenchymate* suo producere odorem adustum: verum tamen ejus viam, si ea stomachum ingressa fuerit, suavem: si hepar, carnis similem: si pulmones, foetorem carnis putridæ instar, efficere. Tertium corporis vitium existere ex alimentorum nimietate & defatigatione nimia: eum, qui hoc vitio laborat, sapore amaro oblectari: indicium hoc esse morbum esse calidum a corde, quod calori dominatur, & a ciborum gravitate, unde corpus obdormiscere. Quartum exoriri, si corpus maligna febris corripuit, si ægrotans nugas garrivit, sedem ejus malignæ febris esse in pulmone: quale vitium autem ut declararent Chineses,

[78] Part. I. pag. 44. & 32.

[79] Quod vero ad nominationem dictarum sex viarum attinet, scitu est caloris primitivi vias appellari nomine

magni, lucidi, & diminuti caloris: humidi radicis infixi vias, nomine magni, deficientis, & diminuti humidi. Vide Part. II. pag. 25.

X x

[80]

fes, hanc habent hypothesin, nempe cuilibet visceri, censent; quorum quinque memoravi, peculiarem esse sonum: omnium tamen vocibus & sono imperare pulmonem. Nam, si via pulmonis hepar ingrediatur, eam gemitus: si cor, loquacitatis & risus: si stomachum, cantus. si vesicam, singultus: in se ipso vero pulmonem fletus, esse causam. Quintum tandem corporis vitium nasci, si v. g. æger propter humorem interiore lædatur, cujus indicium esse sudationem jugem: viam enim vesicæ occupasse cor; & quandoquidem vesica humoribus dominatur, inde contingere, ut, si ejus via hepar ingrediatur, eadem lachrymas: si cor, sudorem instabilem: si stomachum, salivam nimiam: si pulmonem, copiosum narium mucum; in se ipsa autem urinam, producat ⁸⁰

XXVIII. Præter ea, quæ paulo ante de febris maligna scripsi, sentiunt, febrem malignam oboriri, si quando quatuor anni tempora non servant proprietatem suam, sed contrario, ac decet, modo se habeant: potissime tamen talem febrem a quinque causis oriri. (1) generari ab interiori vento, quoniam sudor, ob malignitatem venti, læsionem accipiat: & si ea accidat in calore primigenio, pulsus apparere natantem & crebrum, eo, quod læsio fit in motu sanguinis, & spirituum, qua de causa calorem sursum tendere; sin vero in humido *radic.* fit, ejus malignitatem pulsus mollem subtilem & debilem prodere. (2) nasci a frigore, & ægrum haud sudare: inde fieri, ut corpus doleat; & quia hic morbus ex caloris primitivi & humidi *radic.* nimietate exoritur, ideo pulsus esse intensum, rarum, & calidum in primo & tertio loco. (3) progigni a calore primigenio & humido *radic.* natantibus: ideoque in tertio & primo loco pulsus sentiri natantem & crebrum, quem significare cor a calore lædi. (4) exoriri a peste seu tepore, motum hujus morbi omnes vias permeare, atque omnia tempora, quia contrario modo procedunt,

[80] *Ibidem.* pag. 32. & seq.

[82]

dunt, percurrere: inde fieri ut, qui tali morbo laborant, ratione spirituum multitudinis, aut ocyus, aut tardius convalescant. Tandem (5) produci ab humido tepore, quem, si calori primigenio infuerit, indicare pulsum mollem ac debilem: sin autem humido *radicali*, pulsus esse parvos & celeres. In summa vero, putant, in maligna febre, duas malignitatis species reperiri: alteram in calido primigenio, alteram in humido *radic.* positam ⁸¹.

XXIX. Præter hæc morbum, censent, quinque modis progigni, nimirum vitio vel vacui, vel repletionis, vel latrocinii, vel exiguitatis, vel *restitudinis*. Exempli gratia proponam Cor. In hoc, vitio vacui ob ventum, nasci morbum: vitio repletionis, quia id cibo, labore & defatigatione oneretur: vitio exiguitatis, cor affici frigore, ex quo malignam febrem existere: vitio latrocinii, si cor affectum fuerit, morbum oriri ex humore & frigore, si non mortalem, saltem periculosissimum: vitio denique *restitudinis* morbum, quoniam sit ipse cordis, sua sponte convalescere. Eadem conditio est reliquorum viscerum primariorum.

XXX. Has quinque modis cujusvis visceris vitiositates, credunt, se pulsu dignoscere posse, quare species pulsus solent quoque antedicta vitiorum nominatione nuncupare: & quia insuper vel durties, vel mollities in pulsu observatur, hinc harum ratione quodlibetunque membri principalis vitium duplicant, & probant inde bis quinque morbis membrum quoddam laborare, hoc est, decem modis id affici posse. Quæ cum ita se habeant, colligunt ex his, decem diversi generis morbos cuilibet membro esse ⁸².

XXXI. Præter hos, sentiunt, esse etiam quinque extorum nobilium morbum, quem vocant aggregationis spirituum. Hepatis ab aggregatione spirituum morbum, nominant pinguedinem spirituum: affimilari hunc inverso calici, nasci sinistro in latere, esseque diu immedicabilem, concitare tussim, & fri-

[81] *Ibidem.* pag. 60. 61. & 63.

[82] Part. II. pag. 23. 24. & 26.

XX.3

[83]

& frigido-caldum morbum. Cordis morbum appellant nomine trabis casus immobilis; ejus locum esse supra umbilicum; cor in hoc affligi ac contritari: affectum itidem de genere tardorum esse. Stomachi morbum nominant vasculum spiritibus repletum; & quia stomachus est in medio, malum hoc in cavitate ventris residere, ac manibus & pedibus dominari. Siquidem vero illud vasculum non recipiat a stomacho colorem flavum, & stomachus recipiat humido-calida, & insuper usu alimentorum cor haud generetur, sed potius icterus; hinc ejus in loco oriri malum aggregationis spirituum stomachi. Pulmonis ægritudinem vocant *cié puén*, hanc residere infra latus dextrum, importareque corpori metum, anhelationem, & tussim diuturnam. Vesicæ morbum nuncupant nomine *puén tuy*, hunc infra residere, atque singultum excitare ⁸³.

XXXII. Sed alia, quam jammodo proposui, ratione differunt de dictorum quinque viscerum morbis & curatione. Perhibent enim e deficiente primi generis pulsu in primo manus dextræ loco, & pellis marcore & capillorum defluviis, colligi malam pulmorum constitutionem. Pulsus deficientes secundi generis indicare cor, sanguinis Dominum, male se habere, & quod consequens est, sanguinem diminui, sicari, evacuari; ex his deinceps in quinque membris & sex intestinis marcorem existere. Pulsus tertii generis deficientes ostendere male affectum stomachum, quem, cum bene se habet, recipere quinque alimentorum spiritus, ut tritici, oryzæ, fabarum &c. per quos exterius carnem interius vero membra & intestina, alescere: stomachum autem graviter affectum insuper ex eo apparere, quod nec cibus nec potus digerantur, quare necesse esse, ut caro langueat & flaccescat. Pulsus deficientes quarti generis patefacere malum, quo jecur afficitur: conspici id potissimum in nervis, quos remissos & laxatos corpus totum pari modo afficere. Hepar enim sang-

[83] *Ibidem*, pag. 35, & seq.

[84]

fanguinis officinam ac condum esse. Hoc sanguinem cordi ministrare, nervos irrigare, unguumque incrementum promovere. Quinti generis pulsus deficientes prodere affectum vesicæ, quem etiam ossa arefacta & marcida significare: ex hoc debilitatem corporis & somnum gravem oriri, vesicam autem, cum sit cæteris visceribus inferior, beneficio spirituum suorum conservare quinque membrorum ac sex intestinorum vias: nec non causam esse, ut pili, ossa corundemque medulla incrementum. Dictorum quinque viscerum morbis medici Sineses has curationes adhibent: ut in morbo pulmonum, volunt spiritus pulmonum esse restaurandos: in cordis morbo, motum spirituum & sanguinis attemperandum: in stomachi, medicinam esse in recta potum & cibos adhibendi ratione, frigida & tepida commiscendo: in hepatis, remissionem spirituum esse inducendam: in vesicæ tandem morbo, augendas esse vesicæ qualitates ⁸⁴.

XXXIII. De amentia disserturi distinguunt hanc a delirio. Si humidi radic. malignitas interior adeo immoderata ut foras egrediatur, & inde caloris gravitas oboriatur, eam tunc causam esse, ut aliquis diliret, & propter calorem obortum ægrotus commoveatur: & quia malum solidum & intra plenum, propterea delirantem parum dormire, nec esurire, verum gloriari de auctoritate sua, cantare, lætari, &c. Verum, si ejusdem humidi plenitudo, & redundantia in actum eruperit (vocatur gravitas humidi) fieri amentiam, quam in tristitia positam: eadem fere de hac proponunt, quæ nostrates de melancholia. Amentia porro quinque species ponunt. Primam fieri a calore, & ægrum instar mortui stercus egerere: secundam ab humido *radic.* tertiam ex vento: quartam ex tepore; quintam tandem vocant equi amentiam, hanc intervallicis venire, & efficere hominem manibus ac pedibus reptantem ⁸⁵.

XXXIV.

[84] *Bohemus* cap. xxv.[85] *Cleyeri* spec. pag. 65. part. II.

[86]

XXXIV. Quantum ad eventum morbi attinet, Chineses præfigunt, imo prædicunt, si morbi irrepant in vias naturali ordine sibi succedentes, aut ad viam, a qua prior vinci nequeat, verbi causa: ubi malum suum cor transmiserit stomacho, tanquam filio: aut hepatis, seu matri: aut ubi cor a pulmone, veluti hospite, abs quo superari nequit, malum receperit; contingere tum, ut ejusmodi morbi, quia non radicitus infixi, sed congruenter naturæ procedunt, facilius curentur. E diverso, si morbi malum in viam exonerent, quam vincere queunt, e. g. Si cor pulmone, hic hepatis, hoc stomacho, hic renibus, hi cordi, hoc rursus pulmone, malum transmittat, evenire, ut tales morbi, quoniam nullum corporis membrum suffert bis a sibi contrario lædi, si non lethales, ad minimum diuturni evadant ⁸⁶.

XXXV. Ad ipsam medendi methodum quod spectat, discernunt quæstionem, an plenitudo, an vacuitas sit causa, ut membrum aliquod ægrotet; illam e velocitate, hanc vero e pulsus tarditate, apparere: illi mederi non posse, nisi evacuatio in filius instituat, neque huic, præterquam quod mater oppleatur, vel restauretur. Verbi gratia, miram dictu proferam allegoriam; hujus enim Chineses sunt admodum studiosi. Hepar æreum, inquiunt, si a corde igneo invaditur, filius invadit matrem, & vacuitatis vitium est in hepate æreo; ideo matrem hepatis restaura, i. e. vesicam aqueam, & solves filium, i. e. igneum cordis pulsum. At si hepar invaditur a pulsu vesicæ aqueo, mater invasit filium, i. e. aqua arbores, & multitudinis vitium est in jecore: idcirco hic matrem hepatis, h. e. vesicam evacuare oportet, & solvere filium hepatis, i. e. cor. ⁸⁷ Obscuritates profecto & ænigmata

[86] Ibidem. pag. 9.

[87] Rationem hujus curationis addunt. Namque, ajunt, si hepatis arboreo vacuo velis mederi per pulmones metallicos, inducendo pulsum illorum, cum hepar intus habeat aquam, & ex hepate fiat ignis,

qui solvit metalla, unde arbores non ferunt metalla, ac proinde sic morbos non curabis, sed augabis. Eadem ratio est reliquorum membrorum vel vacuitatis, vel plenitudinis vitio laborantium. En aliud rationum. Si oriens i. e. hepar fuerit plenum,

ænigmata somniorum hæc Europæ incolis procul dubio videbuntur : quinimo tota Chinenſium doctrina nos ad admirationem traducit ; quoniam tot rebus, quas credunt inter ſe admirabiliter reciprocari, referta eſt. Sed eccui dubium eſt, quin illi viciffim admirentur quorundam noſtratium doctrinam, qui mira de ſeptenario numero, aliarumque rerum de incredibili cum hominibus conformitate, convenientia, conſenſu, &c. diſſeruerunt. Quid alias e tanta opinionum diverſitate eruitur, quam, quod illi ſuis, nos noſtris delectemur, ſententiis. Verum, ut ne a propoſito declinemus, pergam recenſere, quæ Chinenſes in medendi methodo advertunt.

XXXVI. Quandoquidem Chinenſium natio, ita natura comparata, ut ab homicidio, atque ab omni violento ſanguinis profluvio, abhorreat, ratio hæc eſt, quare ſanguinis miſſionem non inſtituit. Adde his eorum argumenta, quæ afferunt. Scilicet, nimium ſanguinis caldorem, aut vim, non magis ejus miſſione temperari, quam bullientis aquæ fervorem, inſtituta quoquo pacto ejus detractio, ſolvi. Niſi aliquis bullienti frigidam affuderit fervorem vix imminutum iri cauſantur. Argumentantur inſuper, ſanguinis detractio, vim morbi quidem minorem fieri, ſed morbum ideo non tolli, ergo ſupervacuam ejuſmodi eſſe. Medici namque eſſe, malum, in corpore obortum, extinguerè : id autem fieri ſanguinis purgatione, & ſpirituum congruentium temperatione. In his duabus, purgatione nempe & reſtauratione, quas naturæ maxime conſentaneas judicant, vertitur potiſſimum eorum

num, & occidens, i. e. pulmo vacuus, ſervare, ſac equalitatem in igne ; ſi vis
neceſſe erit, reſtaurare boream, i. e. aqueam veſicam ; quia aſtri ignis & arborum orientalis filius, i. e. cor, & veſica hepatis mater, eſt : deinde aſtrum, i. e. cor, evacuare. Hanc ob cauſam ſervare : arbores porro ad orientem, metalla ad occidentem, ſpectent. Igitur ſi vis naturalem in metallis plenitudinem ſervare, ſac equalitatem in igne ; ſi vis ignis habere equalitatem ; ſac conſervari equalitatem in terra ; ſi vis arbores retinere ſuam plenitudinem connaturalem, ſac ſervent metalla ſuam equalitatem ; ſi vis ignem retinere ſuam connaturalem plenitudinem, ſac aquam obſervare ſuam equalitatem. Vid. part. II. pag. 28. & ſeq.

Y y

[38]

rum curandi ratio. Clysteres, cucurbitæ, epithemata; unctiones, &c. vix in usu sunt. Hæc, quia extrinsecus applicantur, ideo minus in morborum interiorum curatione efficere. Urinæ inspectionem vilipendunt; hanc enim nihil, quod exploratum sit, prodere, præterquam aliæ res adminiculentur. Has inter in cujusvis affectus significatione eminere pulsus: huic, quomodocunque prave constituto, medentur tantum; atque ad hujus instaurationem, seu ad ejus in naturalem statum restitutionem, cogitationes suas dirigunt ⁸⁸.

XXXVII. Hæc habent de generali pulsus curatione præcepta. Septem exteriores pulsus, ubi intra & extra habuerint calidum primigenium, purgandi sunt per inferiora. Octo interiores pulsus, ubi habuerint intrinsecus & extrinsecus humidum *radicale*, sudatione sunt relaxandi. Septem exterioribus pulsibus, si calor primigenius extra, & humidum radic. intra, fuerint, cito subveniendum est sudatione. Octo interiores pulsus, si sunt infra, sunt abigendi. Perhibent enim calorem primigenium intra, & humidum radic. extra, celeriter descendere ⁸⁹.

XXXVIII. Siquidem vero Chinesium Medicina, maxima ex parte in cognitione pulsus posita est, non ægre dijudicabit B. L. multa admodum esse in medium proferenda, si de omnibus, quæ pulsus gratia monumentis prodidere, vellem sigillatim scribere. Attamen, ut lectori quædam perceptio hujus doctrinæ sit, dabo quædam passim ex antedictis auctoribus excerpta. Chineses tanquam pronunciatum habent, quod is, qui cupidus conjiciendi de morbis, vita, & morte perfectæ, debeat in primis habere singularem, & accuratam, pulsus notitiam: ⁹⁰ sine hujus enim cognitione vix ullum præclarum facinus a medico perpetratum iri. Ut autem aliquis eo usque pertingere possit, necesse est scire, pulsus a Chinesibus in utraque manu in tribus locis explorari. Primus locus est sub carpo, alter infra eminentiam ossis cubiti seu radii,

[88] *Ibidem* pag. 72. & seq.

[89] Part. 1. pag. 27.

[90] Vide part. 1. pag. 1. & *Boymius* in Præfat. ad medicos.

[91]

dii, tertius secundo versus cubitum proximat ⁹¹ Hæc tria pulsuum loca, statuunt, respondere tribus paulo ante memoratis corporis regionibus. Supremo utriusque manus pulsui convenire cum suprema corporis regione de cujusmodicunque corporis statu: imo pulsum, qui istic loci observatur, indicare morborum statum, qui in illa resident. Reliquarum & pulsus & corporis regionum, ajunt, eandem esse conditionem; hac tantum exceptione, quod pulsus lævæ, sinistram: & dextræ, dextram corporis partem, seu bene, seu male, constitutam prodat. ⁹² Et hæc non modo generatim; sed speciatim credunt, se in peculiari manus observationi pulsus destinato loco posse peculiarium viscerum conditionem explorare.

XXXIX. Licet aliqua sit dissensio inter veteres & recentiores Chineses de visceribus, quæ ex unoquoque loco utriusque percipiuntur: tamen, ut nimiam sententiarum dictionem effugiam, indicabo modo recentiorum opiniones. Hi enim primo lævæ loco assignant pulsum cordis, & lactium: secundo, pulsum hepatis & fellis: tertio, renum & ureterum; primo autem dextræ loco, pulsum pulmonis & intestinorum crassorum: secundo, stomachi & lienis: tertio denique, pulsum portæ vitæ, & infimæ partis corporis. ⁹³ Præter hæc, sentiunt, in locis manus sinistræ teporem, ventum & frigus residere, & morbos ex his oriundos vergere extrorsum: verum in locis dextræ siccitatem, humorem & æstum; & si quis morbus a dictis exoritur, eum tendere introrsus. Statuunt insuper pulsus, qui extrorsus tendunt, septem esse species, ut pulsum natantem, plenum in extremitate, in medio vacuum, crebro-acutum, plenum chordæ tensæ similem, intensum, & exundantem. Hujus generis multos in læva adverti, habereque naturam caloris primigenii. Porro pulsuum, qui introrsum spectant, octo esse species, ut pulsum parvum,

pro-

[91] Part. II. pag. 5. ubi auctor tradit delineationem utriusque manus, & nomina cujusque pulsus regionis. vide etiam Tab. v. in calce *Boymii* libro subjunctam. [92] *Ibidem*. pag. 85.
[93] *Ibidem*. pag. 5. & Part. I. pag. 1. & seq.

356 DISSERT. MEDIC. XVIII.

profundum, remissum, raro obtusum, tardum, cadentem, molli-subtilem, & debilem. Hos plerumque in dextra observari, indolemque humidi *radic.* nactos. Præcipuam rationem, quare pulsus tot modis varient, sitam esse non modo in calore primitivo, & humido radicitus infixo; sed etiam in quinque elementis. Et, quia utriusque generis pulsus, in summam redacti, quindecim sunt; inde argumentantur, tres pulsus species sub cujuslibet elementi ditione esse. ⁹⁴ Ex his sex pulsus, ratum habent, subire mutationem, ut profundum, raro obtusum, & brevem, quos habere triplex humidum *radic.* & in humido *radic.* habere calorem primigenium: pulsus natantem, crebro acutum, & longum habere triplicem calorem primigenium, & in hujusmodi calore humidum *radic.* Etenim, nisi aliquis exteriorum juxta & interiorum pulsuum destructionem fuerit scrutatus, vix quemquam vacuitatis & plenitudinis cognitionem habiturum. ⁹⁵ Præter dicta pulsuum genera, opinione non solum, sed & ad veritatem sibi persuadent, singulorum corporis membrorum principum, quorum quinque enumerant, singulos esse, aut naturales, aut eorundem naturæ contrarios, pulsus. Sic renum pulsus naturalem, dicunt, profundum in loco, paulo ante memorato, inveniri: remissum & languidum, si vitiosus fuerit. Hepatis pulsus naturaliter chordæ extensæ esse similem: huic autem adversarium, natantem, raro obtusum. Cordis pulsus naturalem esse exundantem: contrarium, profundum. Stomachi pulsus esse remissum & languidum: contrarium, si quando chordæ extensæ similis fuerit. Pulmonis tandem pulsus naturalem esse natantem, ligni fluctuantis instar: contrarium, exundantem, magnum. Et hos non semper ita se habere, sed

ra-

[94] Part. 1. pag. 25. 15. & 16. Namque pulsus natantem: raro obtusum & debilem, elemento metallorum: tensæ chordæ similem, intensum, cadentem, elemento arborum: crebro-acutum, profundum, molli-subtilem, elemento aquæ: in extremis plenum, in medio vacuum plenum exundantem, elemento ignis: parvum, remissum, tardum, elemento terræ, subjectum. vide etiam *Boymius* cap. XVI.

[95] Ibidem. pag. 19.

[96]

ratione quatuor anni tempestatum alio atque alio modo variari. Sic renum pulsus, præter eum, qui sibi familiarissimus est, tempore verno similem esse chordæ tensæ: æstivo, esse exundantem: autumnali, parvum ac natantem: brumali, profundum & crebro-acutum. Eandem, a-junt, reliquorum viscerum rationem esse. ⁹⁶ Dictos naturales cujusvis visceris pulsus, sentiunt, posse ob quinque vitiosos pulsus decem mutationes subire. Scilicet, pulsus vacuus, plenus, exiguus, latro vel rectus (hæc nomina quinque vitiosorum sunt) potest bifariam affici, aut ratione duritiei, a calore primigenio; aut ratione mollitudinis, ab humido *radic.* provenientis. v. g. Pulsus vacuum posse infimum aut durum, aut mollem, esse. Eadem cæterorum est conditio. ⁹⁷ Non modo generaliter, verum etiam singillatim, de antedictorum pulsuum significationibus differunt. ⁹⁸

XL.

[96] Vide Part. II. pag. 13. & Part. I. pag. 7. & *Boymius* cap. XII.

[97] Part. II. pag. 26.

[98] Verum, ut aliquis Chinesium pulsus doctrinam mente capere possit, breviabo quadantenus, quæ Cleyerus memoriæ mandavit. Part. I. pag. 103. & seq. Ex septem pulsuum exteriorum in tribus utriusque manus locis natans est primus. (α) Hunc tangendo videri deorsum desistere, & ad superficiem abundare in modum folii cepæ: eum generaliter indicare morbum ex pulmonum vento ortum: singulariter autem in loco primo manus sinistrae, ventum, calorem, capitis dolorem: in dextrae guttur adustum, nares oppletas; in secundo loco sinistrae, oculorum rubedinem, perturbationem, & dolorem: in dextrae, ventris vacuitatem, siccitatem, sitim; in tertio lævæ, aurium surditatem, obstructionem: in dextrae, meatum urinæ obstructum. (β) In medio ruptus & in extremis plenus. Hunc

generatim significare sanguinis fluxum & vacuitatem: singulatim vero in loco primo sinistrae, sanguinis intra pectus congregationem: in dextrae cruciatus pectoris intestinos; in secundo sinistrae flatuum confusionem vomitionemque sanguinis: in dextrae, intestinorum tumorem; In tertio sinistrae & dextrae, puris & sanguinis loco urinæ mictionem. (γ) Acuto-creber, tactui videtur proinde ac uniones rotando decurrerent. Hunc generaliter indicare vomitum, cui ventum dominantem adversari: singulatim vero in loco primo sinistrae, cordis calorem, linguæque violentiam: in dextrae, pellis & pilorum arefactionem; in secundo sinistrae, capitis dolorem, oculorumque tumorem: in dextrae, narium calorem, orisque foetorem; in tertio sinistrae, stomachi debilitatem atque renum dolorem: in dextrae, aquam intercutem infimæ partis corporis. (δ) Plenus & solidus, cum elevetur, habet excessum. Hunc generatim cordis suffocati calorem

Y y 3

In-

XL. Præter dictos quindecim ordinarios Chinenfes com-
menti sunt novem extraordinarios pulsus, quos, credunt,
statis anni temporibus subinde procedere; quos plerumque no-
mine

indicare: speciatim vero in loco primo
sinistræ, faciei ruborem ac venti gene-
rationem: in dextræ pellis adustionem,
mejendi difficultatem; in secundo læ-
væ, morbum congregationis spirituum,
in dextræ, cordis dolorem; in tertio si-
nistræ meatum urinæ oppilatum: in dex-
træ, difficultatem mingendi. (1) Chor-
dæ extensæ instar. Hunc generaliter
ophthalmiam, & nervorum, propter ce-
lerem motionem, significare defatigati-
onem: singulariter in loco primo sini-
stræ, capitis dolorem, cordisque su-
pensionem: in dextræ, calorem primigeni-
um condensatum, & alligatum; in se-
cundo sinistræ morbum congregationis
spirituum ex cibus indigestis: in dextræ,
stomachi destructionem, & fastidium
ingens; in tertio sinistræ ventriculi dolo-
rem, gravitatemque renum: dextræ,
flatum vesicæ. (2) Intensus excedit,
& cum elevatur, oppido est celer. Hunc
generatim indicare, flatus in corpore
primatum tenere: sigillatim autem in
loco primo sinistræ, cordis dolorem,
cui frigus adversatur; in dextræ, tus-
sim; in secundo sinistræ, stomachi de-
structionem, & fastidium ingens; in
dextræ, motus nervorum celerrimos;
in tertio sinistræ, surditatem: & in dex-
træ, umbilici contractionem. (3) Ex-
undans, cum elevatur, infra admodum
magnus est. Hunc patefacere generali-
ter dominium caloris, & ex eo ortum
dolorem: singulariter vero in loco primo
utriusque manus, pectoris ac cordis ca-
lorem & tristitiam: in secundo ventris
perturbationem, ciborumque vomitum;

& in tertio loco dolorem pedum, mea-
tumque urinæ constipatum. Sic cæte-
ras octo pulsuum species, qui alias inte-
llini dicuntur, hoc pacto enumerant. (4)
Pulsus parvus, quem se ita habere, pe-
rinde ac si quis filum sericum palpet. Hunc
generaliter indicare affectus ex sanguinis
corrupti deflavio ortos, item tristitiam:
peculiariter tamen in loco primo sini-
stræ, frigus cordis vacuum, debilitatem-
que: in dextræ ascensum spirituum va-
cui frigoris; in secundo sinistræ, ocu-
los videri quasi flores gignant: in dex-
træ, cor & ventriculum dolore oppre-
ri; in tertio sinistræ, sudoris inhibi-
tionem, in dextræ vero, alvi fluxum.
(5) Profundus, quem prope os instar
mollis Gossypii deprehendi. Hunc qui-
dem generatim morbum, ex frigidorum
spirituum copia natum, indicare: spe-
ciatim autem in loco primo sinistræ cor-
dis dolorem, spirituumque angustiam:
in dextræ, tussim; in secundo sinistræ
morbum congregationis spirituum & cibi
nondum digesti; in dextræ, spirituum
angustiam, cordisque dolorem; in ter-
tio utriusque manus, urinæ subtilitatem
ac renum gravitatem. (6) Remissus,
e magno & tardo compositus. Hunc
generaliter calorem, & putridum stoma-
chi teporem: singulariter autem indica-
re in primo loco utriusvis manus hume-
rorum concussionem & dolorem: in se-
cundo, spirituum congeriem, alligati-
onem lumborum, & ventriculi dolorem;
in tertio, vacuitatem vesicæ, tinnitum-
que aurium. (7) Obtuso rarus, ab ini-
tio is vacuo, in fine pleno, est similis.

In-

mine viarum pulsus nuncupant. Cleyerus putat hos non constituere novum quoddam pulsus genus, sed potius novas qualitates, quas ante nominatis esse superaddendas. ⁹⁹ Commemorant insuper sedecim pulsus monstrosos. Appellatur ita, quia plerumque mortem antecedunt, & hujus sunt prænunci.

Indagatur talem videri, perinde ac aliquis cultro superficiem arundinis sæpius rodatur. Hunc generaliter significare morbum ex defectu, & corruptione sanguinis: singulariter vero in loco primo utriuslibet manus, cordis atque pulmonis vacuitatem, & debilitatem, in secundo sinistrae lateris ac viscerum obstructionem: in dextrae, aquam in ventre, a cibis non mitigatis, exortam; in tertio sinistrae, ventris fluxum ex frigore: in dextrae, murmur intestinorum itidem ex frigore. (1) Tardus, quem generatim indicare spiritus aëreos ex frigore natos: sigillatim loco primo utriusque manus, supremarum partium frigus & vacuitatem; secundo, dolorem in media corporis parte e frigore; tertio, magnum imæ corporis partis frigus. (2) Cadens, talem prope os validum reperiri, ictumque esse instar demersæ rei, & mox iterum emergentis. Hunc generaliter spirituum veniferorum aggregationem prodere; singulariter autem in primo utriuslibet manus, spirituum in pectore congregationem; in secundo, spirituum in intestinis congeriem oculorumque obscuritatem; in tertio sinistrae, cibos non concoctos; in dextrae profluvium alvi. (3) Molli-subtilis, quem similiter esse, ac si quis tangeret gossypium intra aquam. Hunc univèrsè indicare intentum infimarum corporis partium frigus: sigillatim vero in loco primo alterutrius manus, vacui-

tatem debilitatemque sudorem tollentes; in secundo spirituum imbecillitatem, & tristis iræ dispersum; in tertio, ossium, ob malignitatem frigoris, tarditatem seu stuporem. (4) Debilis. Ab hoc dictum, sicut a lana, levissimo tactu affici. Generatim hunc significare morbum, e vento cum spiritibus colligato, ortum: speciatim vero in loco primo utriusque manus; spirituum caloris primitivi vacuitatem; & inopiam; in secundo loco, nervos spiritibus transiitum impediens, in tertio, dolorem cutis & spiritus defectionem. Vide etiam *ibidem* pag. 42. & seq.

[99] Nomina eorum, qui proprio loco egrediuntur, hæc sunt. (1) Pulsus longus, similem hunc esse hastæ vibratæ. (2) Celer: utrosque dictos esse a calore primigenio. (3) Brevis: similem hunc inveniri grano oryzæ. (4) Vacuus, quem non dissimilem globo filiferi. (5) Alligatus: hunc cerebro & cumulatim venire, redireque. (6) Vicarius: hunc, quamquam se elevare annitatur, tamen id interdum violenter peragere. (7) Trahens; hunc non inveniri, præterquam quispiam valde premat locum. (8) Motus: hunc, cum elevetur, evanescere. (9) Subtilis: hunc ire redireque valde debilitate, similiter se habere, ac si quis gossypium tangat. Hos septem esse ab humido *radicali*. Quid rei significant, *ibidem* pag. 105. indicatur.

[1]

cii. ¹ Ex omnibus autem pulsibus eum, qui radice caret; i. e. qui in infima pulsus regione adverti nequit, maxime lethalem judicant. Eadem ratio est pulsuum duorum in pedibus observandorum: quorum alterum pertinere ad stomachum, & ad pedis superficiem intra pedis pollicem, explorarique altius prope ipsum os fere: alterum pertinere ad renes, inveniri que circa os extans ad latus, ferri que interius supra calcaneum. ² Pergunt porro, & tanquam enuntiatum habent, pulsuum tardum, frigus; & celerem, calorem, indicare. In numero autem tardorum habent, si spatio unius respirationis tres

vel

[1] Primum (α) vocant ranæ saltantis pulsuum. Hunc spatio unius respirationis nunquam apparere integrum, semel tantum pulsare. (β) Piscis caudæ immotæ pulsuum, quia proinde movet digitum, ac piscis natans movet caput immota cauda. (γ) Pulsuum absconditi gladii, quia apparet & disparet celeriter, uti gladius derepente vibratus subito evanescit. In una respiratione fieri duas tantum pulsationes. (δ) Pulsuum verfi floris, Lusitanice *Golsam* dicti. Illum ab initio parvum, postea oblique descendere, atque in una respiratione semel modo pulsare. (ε) Pulsuum, jusculi pinguis instar sursum ebullientem. Hunc ab initio parvum, dein magnum, semper tamen debilem. In una respiratione accidere xii. ictus. (ζ) Calicis orificium. Hunc duo extrema tantum attingere, in medio vacuum: in una respiratione fieri. iix. vel ix. ictus. (η) Pulsuum, gallinæ rostri, grana carpentis, instar. Hunc advenientem esse celerem, & digitum pungere Intercapedine unius respirationis interdum. iiii. subinde. viii. vel ix. pulsationes contingere. (θ) Pulsuum domus stillicidii. Advenientem esse plenum, abeuntem debilissimum: intervallo unius respirationis fieri tres ictus. (ι) Projecti lapidis pulsuum. In

hoc, tempore unius aut duarum respirationum, unicum duntaxat ictum observari. (κ) Pulsuum solutæ chordæ. In hoc contingere, ut tempore complurium respirationum semel appareat. (λα) Pulsuum herbarum. In una respiratione observari ix. vel x. ictus; hunc deficere, & cum elevetur, impleri. (λε) Pulsuum terræ globulis similem. Hunc plenum & magnum animadverti, carere autem & principio & fine; in una respiratione ix. vel x. pulsationes contingere. (λγ) Pulsuum destruentem, similem esse duabus fabis aquæ innantibus. Advenientem plenum, abeuntem tardum esse: tempore unius respirationis fieri vii. vel viii. ictus. (λδ) Pulsuum poli. Advenientem magnum, abeuntem vero esse plenum: spatio unius respirationis fieri duas pulsationes. (λε) Pulsuum motui complicationis similem. Una respiratione contingere x. ictus, dein sistere ad tempus; parvum hunc sine capite, nec redire posse. (λεζ) Pulsuum chordæ distentæ ac perforanti similem. Spatio unius respirationis exhibere. i. iiii. vel viii. ictus, antequam subsistant: venientes creberrimos, abeuntes minus celeres, esse.

[2] Part. ix. pag. 4. 91. & 92. Etiam *Boymius* cap. xv. recenset varias pulsuum species,

vel pauciores: in celerum vero, si sex vel plures contingant ictus. Namque naturæ convenientem esse, perhibent, si dicta temporis intercapedine arteriæ quater, si quinques, pulsarint; si aut plus aut minus fuerit, extemplo morbidum corporis statum, pronunciant³.

XLI. Neque Chineses omnium, qui unquam ingeniosi & solertes in explicanda tot differentium pulsuum natura fuerunt, longe subtilissimi, in dicta pulsuum theoria subsistunt; verum etiam ostendunt complures, suæ ipsorum genti peculiare, venam tangendi præceptiones; quæ tamen maxime nituntur hypothesebus paulo ante a me allatis, e quibus illas deduxerunt: dictis addo Medicum sanum, a curis liberum, jejunumque matutino tempore ægrum visitare, oportere: adhæc anquirere de sexu, æger an mas an fœmina? Nam hanc in primo & tertio loco alium, quam illum, pulsuum habere. Itaque si alter alterius pulsuum habeat, apparere ex hoc istum agrotare. + Præterea investigare oportet medicum an brevis an proceræ stature? an obclivus, an gracilis æger: item an puer? hunc enim intercapedine respirationis naturaliter habere octo arteriarum pulsationes. His & aliis probe prius consideratis Medicus Chinesis, post aliquantam apud ægrum moram, jubet, ut manum in pulvinari deponat, deinde tribus dextræ digitis, tria lævæ ægri loca primo attingit: disponit autem suo quemque digitum ordine. Primum digito medio tangit locum medium,

species, ex quibus Chineses prædicunt, quo die, mense & anno aliquis sit moriturus.

[3] Part. I. pag. 7. & Part. II. pag. 25. & 70. *Boymius* cap. XIV. pulsus tardos vocat deficientes, celeres vero excedentes. Si arteriæ intervallo integræ respirationis bis pulsarint, vocatur istiusmodi pulsus destituentes vel corruptentes: si semel dicitur pulsus auferens integritatem vitæ: si intra unam & dimidiam respirationem semel pulsent vocatur mortalis: monstro-

sus vero, si intervallo duarum respirationum semel: ubi tandem intercapedine duarum & dimidiæ respirationis unus pulsus accidat, indicare hunc ægrum non surgere amplius posse. Celerum pulsuum eadem ratio est. Nam si sexies arteriæ spatio unius respirationis pulsarint, appellantur pulsus aberrantes a via: si octies, auferentes integritatem: si duodecies, periculosi & mortales: si duodecies, vitam abrumpentes.

[4] *Boymius* cap. XV.

Lz

[6]

dium, qui est infra os cubiti, ubi id nonnihil eminent; deinde primum locum, qui sub carpo est, indice: & postea tertium, qui infra dictum os secundo loco proximus, annulari digito. Pari ratione digitis sinistrae, loca aegrotantis dextrae sciscitaturus, negotium suum agit. Nimirum primo digitos ad cuiusque superficiem applicat, sic ut cutem leviter modo stringant: alteram pulsus regionem exploraturus, arteriam digitis utcumque deprimat: intimam denique, quam & fundum vel radicem vocant, ad nervos ipsos & ossa validiore contactu pertractat. ⁵ In primis vero explorat, an pulsus e tertio loco, ubi humidum radic. rerum potitur, ascendat ad primum, ubi calor primigenius primatum tenet: vel an contra, e primo ad secundum locum descendat? vel an aliquis pulsus in alterius locum irreat? vel an proprius extra suum locum evagetur? Praeter haec, quomodo pulsus ab ossibus & carne veniat pellis ad superficiem? spiritus enim auctores esse, ut pulsus subeant ejusmodi mutationem: deinde, qui abeat aut recedat a pelle ad carnem, ossa & sanguinem. Porro, quo pacto pulsus adveniens contingat manum, & recedens quo modo quiescat. ⁶

XLII. Siquidem vero infantium morbi, ut tradunt, pulsu dignosci nequeant: proinde medici in primis vultus colorem observant. Rubrum cordis, flavum stomachi, coeruleum hepatis, album pulmonis, nigricantem renum seu vesicae, aegritudinem prodere. Deinde tribus dextrae digitis, sinistrae infantuli capitis parti: vel e diverso dextrae parti, tribus laevae, admotis, indagant, an calorem sentiant: si ita fuerit, signum hoc esse, asserunt, a maligno vento infantulum laedi, ideoque nares obthuratas, vel tussim, vel calorem, adesse. E diverso, si frigus sentiant, indicium hoc esse, infantem extra a frigore, & intra ab alimento, laedi: hinc

[5] *Boymius* cap. VII.[6] Vide Part. II, pag. 16. & 71. & 80. & *Boymius* cap. XV.

hinc vomitum, ventrisque profluvium, ut & calorem externum oriri. Si duo priores digiti tantummodo incaluerint, signum esse, supra calorem, & infra frigus, dominari. Cæteris, brevitatis causa, superfedeo. ⁷ Habent quidem Chineses signa, quæ ex omnis generis linguæ colore: & situ macularum diverso, hauserunt, ⁸ ut & habent signa ex observatione coloris, foni: appetitus, fomni, & ex aliis corporis qualitatibus, desumpta, quæ forsitan nostratibus clinicis subinde usui futura. ⁹ Sed quis omnia narrabit?

[7] *Ibidem* pag. 82. Hæc infantium semestris & junioris ætatuæ morbos explorandi ratio. Paulo aliter, atque memoratum est, procedunt in natu majorum infantium morbis inquirendis. Scilicet conspiciunt ægri infantis tres indicis articulos: si masculus est capiunt lævæ, si foemella, dextræ manus indicem; fricant hunc quodammodo, ut clarius & venulæ, & lineamenta, & color, appareant. Colorem violaceum, calorem: rubrum, frigus: Cæruleum, timorem panicum & ventum: album, sanguinis defectum: nigrum, malignitatis aliquid

in medio esse: flavum, affectum stomachi, significare. Color quascunque in infimo articulo conspectus, secundum Chinesium opinionem, manifestat morbum curatu facilem: in medio, gravio-rem: in supremo, sin mortem, affectum saltem curatu difficilem.

[8] De quibus peculiarè libellum; prioribus in calce annexum, *Cleyer* in lucem edidit.

[9] Hæc si quis scire aveat, is per-voivat cap. xx. vel Part. II. pag. 47. & seq. ubi satietatem hujus doctrinæ inveniet,

[1]



Zz 2

DIS,

DISSERTATIO XIX.

DE

Doctrina Paracelsi.

I. **C**hemiam esse artem vetustate antiquissimam jampridem ante me ostendit celeberrimus Borrichius. ¹ Quid? quod etiam exteræ nationes & gentes Chemiæ inventionem Dæmonibus vel Diis acceptam referunt. ² Equidem non inficior hanc a Dæmonibus traditam hominibus autem esse

[1] Oratione de ortu & progressu Chemiæ: & Hermete Ægyptiorum, in quo Chemiam ab Hermanni Conringii animadversionibus vindicat.

[2] En quæ Synellus in Geograph. hujus gratia monumentis prodidit. *Cæterum opera quoque pretium est Zosimi Pannopolita Philosophi, divino cultui magis ac magis augendo, ex ejusdem scriptis Libro Imuthi nono testimonium his verbis conceptis adungere. Referunt sacra scriptura, hoc est libri, o mulier, Dæmonum genus quoddam esse in mulierum consuetudinem venire scilicet: horum mentionem agit Mercurius in Physicis, ac omne ferme tam certa, quam obscura auctoritatis volumina; de illis nonnihil edisserit. Hoc itaque veteres, & sacra scriptura, affirmant, Angelos quosdam mulierum cupidine tactos, in Terra delapsos Nature opera eas edocuisse, eapropter, quod prava quaque, & inutilia eis revelassent, cælo extorres perpetuo exilio damnatos ferunt. Ex his gigantes ortos eadem scriptura testantur: primumque artium hujusmodi documentum est Chemia: librumque hunc vocat Chema, unde & Chymia nomen factum. Etiam Persæ, teste Thoma Hyds*

de relig. vet. Perfar. crediderunt Diabolos metallorum fossitorumque omnifariam peractarum operationum auctores esse. Ita cap. XIII. quatuor Diabolos memorat, ut Safta, Bushi aspersesh, Ukiderugi, & Askānesh-derugi, quibus, ait, commissum esse negotium corrumpendi metalla, eaque rubigine affiendi corro dendique, ac exedendo vitiandi. Et cap. XIX. scribit. *Est autem Shabriver nomen angeli, qui præstigi, & omnibus metallis ac mineralibus, eisque bene mundandis, & omnibus rebus ac negotiis, tam hoc mense, Augusto sc. quam quarto ejusdem die factis ac faciendis.* Brachmanes, teste Grundiero in Medic. Malab. cujus excerptum in Biblioth. novif. VII. §. 3. narrat: Chimiā a Deo *Tschirwen*. lib. quatuor traditam. Chrylopoeam & medicamentum immortalitate inducens jam diu hominum mentis occupasse, ecquis non miratur. Idem teste Diod. Sic. Biblioth. lib. II. hoc reperisse Ægyptii credebant. Et olim & nunc tam Chincses, quam Siamenses utrisque quam maxime operam dant. De quibus vide Nieuhoff. in descript. Sinæ cap. VI. & *Mr. de la Loubere* descript. du Royaume de Siam. chap. X.

[3]

esse fictam & commentitiam fabulam, a Magis, a sacerdotibus, aliisque sapientiæ Professoribus, (hi enim potissimum Chemiæ olim operam navabant) fortassis excogitatum, vulgum ab hac arte arcendi causâ: nec non ut Chemia, juxta ac ceteræ Mathematicæ artes, in majorem hominum, & admirationem, & venerationem veniret: invalescente tamen credulitate, superstitionis matre, Magia, cujus pars Chemia habebatur, exosa hominibus, contemtuque laborabat; quasi vero cunctarum effectuum, quæ captum vulgi superant, machinator esset aliquis Dæmon duntaxat. Cujusmodi præjudicata vulgi opinio tantum valuit, ut multum ac diu Chemia sub paucorum eruditorum umbra delituerit. Namque honos, teste Tullio, ³ alit artes: omnesque incenduntur ad studia gloria: jacentque ea semper, quæ apud quosque improbantur.

II. Perdiu hæc ars jacuit in tenebris, ex quibus eam in lucem vocarunt seculo septimo, & sequentibus Arabes, qui ejus ope complura excogitarunt remedia ægritudinum. Horum in vestigiis multi Europæi institerunt, tandem Theophrastus, cognomine Paracelsus, misso sectatorum Galeni, cujus placita potissimum apud medicos, ubique terrarum tantum non vigeant, ratiocinio, novam, inauditamque hæctenus, in Medicinam introduxit ratiocinationem, quæ experimentis Chemicis maxima ex parte nititur. Paracelsus, cujus decreta animum induxi jam tradere, quamvis plurimorum medicorum sermone vapulet, ab iisdemque male audiat, cum utpote omnium bonarum artium esse rudem, impium, gloriabundum, qui omnes omnium scientiarum doctores fere præ se contempsit, bibacem, & nescio quid amplius eidem a molestissimis doctrinæ suæ exactoribus crimini datum; ⁴ tamen non fuit adeo stolidus, nec irreligi-

[3] Tusculanar. Quæst. lib. 1.

[4] In primis vero *Thomas Erastus* in disputationibus & libro de Auro poculento, & *Oporinus*, Paracelsi amanuensis & *Conringius* introduct. in art. Med.

cap. III. §. 38. & passim in scriptis suis, ejus facta carpsit. *Conringius* eum vocat monstrum hominis, in perniciem omnis melioris eruditionis natum. Si plura cupis, adeas, *velim*, *Sennerti* librum

irreligiosus, &c. ut inimici ejus monumentis prodidere. Sed, quid purgem Paracelsum de infimulatis facinoribus malis? supervacuum hoc est: siquidem Bitiscus in præfatione operum Paracelsi, latine in lucem editorum, id negotium pererudite tractavit, absolvitque. Verum ut exhibeam exemplum pietatis, quæ omnium virtutum est fundamentum, judicate, quid magis pium dici potest, quam, cum Paracelsus Diaboli fraudes, pessimorum quorumque hominum conamina prava, spernens, statuerit, non hominibus, divorum in numero positus: non bonis angelis, multo minus ipsi Diabolo ejusdemque affectis; sed soli Deo, cujus providentia administratur mundus, oportere unumquemque se in clientelam commendare.⁵

III. Neque tamen diffiteor sermonem ejus & arrogantiam plenum, & jactantiam; atque insuper ei plurimum insultatis esse admixtum. Præter hæc eundem semel atque iterum ac sæpe non modo Galenum, Avicennam, &c. sed plerisque doctorum sectatores maledico dente carpsisse. Siquis obiter modo legerit, quas Paracelsus in præfatione in librum *Paragranum* habet basilicas atque imperiosas editiones, nullum mihi dubium est, quin idem infimul hominis stoliditatem superbiamque derideat. Quid jactantius, quid insultus, excogitari potest, quam cum Paracelsus præ se ferret, gloriosusque de se ipso prædicaret, tantum utpote se esse, ut cæteri medici, qui veterum Medicinam profiterentur, non digni, qui corrigiam calceamenti sui solverent. ⁶ Sed utcunque dicta sint, attamen, quod alius Paracelso dat crimini, hoc alius dat laudi: quod alius superbiam, hoc alius magnanimitatem vocat; ita suos quisque habet, vel vituperatores, vel laudatores. ⁷

IV.

<p>brum de Chymicor. cum Aristotelic. & Galenic. consens. & dissens. De his, cujuscunque modi fuerit, <i>Bitiscus</i>, qui opera Paracelsi Latine in lucem edidit, Paracelsum excusavit in præfatione, operibus hujus præfixa, quæ tanquam</p>	<p>apologia pro Theophrasto habenda. ^[5] Vide ejus fragment. de morb. invisib. ^[6] Ita in paragran. 11. Tractat. 1. de Philosoph. ^[7] Tali Paracelsi excusatione adversus</p>
--	---

IV. Sed mittam viri mores, & alia quæ ad vitam quoquo modo transactam spectant, narratione potius delibabo ejus doctrinam quam pingui, ut ajunt, Minerva pertexam. Communem rerum omnium materiam, informem, omnium proprietatum expertem, quam veteres Chaos, Paracelsus appellat Mysterium magnum. Id, ait, unicam esse rerum omnium caducarum matrem. Etenim peracta ejus prima sejunctione in conspectum prodivisse quaterna elementa, ignem scilicet, aërem, aquam, atque terram. ⁸ Verum tamen, ut hæc sint, non vult aquam, quatenus humida, seu ignem, quatenus urens, &c. pro elemento habendum. Id enim, quod in conspectum, seu in sensus externos, venit, esse modo elementi cujusvis receptaculum. Id ipsum etenim, quod elementum constituit, esse merum spiritum, & vigere vivereque in rebus, pariter ac animam in corpore. Primam enim elementorum materiam nihil aliud, quam vitam esse, ac matricem sui fructus. Hæc quatuor elementa, statuit, omnium creaturarum matrices. ⁹ Quomocunque dicta fuerint, alibi tamen posuit, unicum tantum modo esse elementum, atque hoc in quatuor diversa corpora divisum; ¹⁰ pari modo, ut jamjam de mysterio magno disserui. Non contradictio hæc doctrinæ, sed vocabuli est tantum. Quemadmodum Mysterium magnum in quatuor elementa, ita rursus, statuit, quodlibet elementum in tres partes divisum, in salem puta, quem Balsamum: in Resinam, quam sulphur; & in liquorem, quem *Gatoronium* vel Mercurium, nominat: hæc tria unumquodque corpus constituere: Præter hæc tria nec plura, nec pauciora, in corporibus inveniri: ex his tri-

sus ejus reprehenses utitur *Bitiscus* in memorat. Præfat.

[8] Libr. I. text. III. IV. & XI. Philosoph. ad Atheniens.

[9] Philosoph. ad Athen. libr. II. text. II. & III. Hoc autem, in Philosoph. de elem. aër. cap. I. nominat. elementum, quod vim habet refrigerandi &

calefaciendi. Et Paramir. lib. I. cap. IV. scribit. *Elementum est matrix sui fructus.*

[10] Id est ejus partem aliam in terra, aliam in aère, aliam in igne, aliam denique in aqua habitare. ita lib. Azoth. cap. II.

[11]

tribus cuncta corpora originem ducere. ¹¹

V. Peracta Mysterii magni primo in quatuor elementa conjunctione, censuit, hanc insequi secundam, ex ipsis elementis procedentem, disjunctionem. Etenim universum, quod in igne latuit, in cœlos transformatum, singula astra constituisse. Aërem, quo nihil subtilius creatum, esse fatium invisibilem cistam, atque inde provenisse *Dimeas* saxa, *Durdales* arbores, *Neafarenos* terræ poros, & *Melofinias* sanguinem humanum, incolentes. Ex aqua, cujus secretionem totam nondum factam, originem duxisse pisces, animaliumque quorumlibet carnem: item sal, corallium, & cæteras æquoris plantas: quin & Nymphas, Sirenes, *Dramas*, *Lorind*, &c. E terra omnis generis plantas, metalla fossiliaque: nec non *Gnomos*, sylvestres, & lemures. Ex *Sylphis* gigantes, ex pygmæis nanos, ex nymphis *Sirenes*, progenitos; atque horum quemque velut illorum monstra considerandum esse. ¹² Præter hæc Paracelsus quadruplicavit singula elementa, judicavitque quatuor ignis, totidem aquæ, &c. genera, esse. Quod paradoxum vult ita intelligendum. Nempe, ignem quidem unum esse, verum ejus aliquantam reperiri portionem in aëre, in aqua inque terra. Ita etiam aërem in igne in aqua atque terra. Reliquorum eandem esse conditionem. ¹³ Ut elementorum, ita comparatam pariter primarum qualitatuum naturam. Namque ignem, & aërem, & terram, & aquam habere suum humidum. Sicci & calidi frigidique in cæteris elementis parilem rationem esse. ¹⁴ Haud dispari ratione differit de quadruplici firmamento secundum quaternos mundos, in quatuor perfectas *essentias* diviso. Animadvertendum hic est, vocabulo firmamenti Paracelsum astra, vel universum cœlum stelligerum; voce mundi quadruplicis, cœlum, terram aquam atque aërem, indicare. ¹⁵ Licet Paracelsus passim

[11] Ita in Labyrinth. medicor. cap. 111.

[12] Hæc in Philosoph. ad Athen. lib. I. text. XII. XIII. XIV. & XV.

[13] De Pestil. tractat. II. cap. 111.

[14] Paramir. lib. II. cap. VI.

[15] Philosoph. ad Athen. lib. II. text. XIX.

sim posuerit cœlum, ut & singula astra ex elemento ignis orta: attamen alibi statuit, coruscum Solem nihil aliud, quam sal perspicuum & transparent, ex tribus primis extractum & clarificatum: Lunam esse Sulphur: & corpus tenebrarum, liquorem. ¹⁶ Spirituum, quorum quemlibet peculiarem habere facultatem imaginandi, & quos generatim *Scayolas*, vel non Adamicos, nominat, credit quinque genera esse. In aqua Nymphas, &c. in igne *pennates*, salamandras: in aëre, Sylvestres: in terra *gnomos*, lemures pygmæos incubos, &c. inhabitare; quinti autem generis multa millia dari. ¹⁷ Hos non Adamicos, putat, sanguinem quidem & carnem & ossa habere: verum tamen hæc longe alterius indolis, ac nostra, esse. Eorum enim corpora adeo subtilia esse, ut & murum seu portam clausam penetrare possint. Et tamen non esse spiritus, quia loquuntur, edunt, bibunt, ambulant, & gignunt liberos ¹⁸.

VI. De principiis rerum Paracelsus alibi aliter, ac jamjam commemoravi, philosophatur. Tradit enim Deum, per verbum *FIA T*, primo aquam creasse: ex hac autem prodidisse Sulphur, Mercurium & Salem, & ex his tribus denique omnis generis corpora originem duxisse, ipso quaternario elementorum numero non excepto. ¹⁹ Sulphuris præterea in homine quaternas species esse. Rubrum, album, flavum & viride. Rubrum in carne in sanguine inque visceribus principalibus: flavum in adipe, in medulla inque omento: album in

[16] Lib. Meteoror. cap. III.

[17] De Pestilente tractat. II. cap. I.

[18] Lib. de Nymph. Sylphis; &c. tractat. I. cap. II. *Etsi vero utrumque sint, philosophando pergit, spiritus scilicet, & homo; illorum tamen nullum sunt. Homines enim esse nequeunt, quia spiritualiter ambulant. Spiritus esse non possunt, quia edunt, bibunt, carnem & sanguinem habent. Sunt ergo creatura pecu-*

liaris, ab utraque priore diversa, & ex gemina illorum natura mixtio una facti sunt, sicuti compositum quoddam ex dulci & acetofo, quorum tamen nullum est: aut veluti duo colores, sub specie una.

[19] Vide tract. I. cap. III. de pestilente de trib. prim. Ess. cap. I. Paramir. lib. I. cap. II, & seq. De baln. Piper. cap. I. & alibi.

in ossibus inque venis ; & viride in Bile, esse. Mercurii tres species dari, ut gravem in carne : levem : n pulmone : & medicrem in ossibus. Salis tandem quatuor species esse. Dulcem salis partem in carne : falsam in sanguine : amaram in felle : & acidam in extremitatibus membrorum. 20 Sulphuris proprium esse, fragrare : Mercurii pondus : & salis saporem, suppeditare. Alibi duxit sal omnibus rebus formam & colorem conciliare : sulphur autem corpus, incrementum, digestionem, &c. Gubernatricem salis esse Lunam : at sulphuris gubernatorem esse Solem. Utrosque planetas porro adminiculo & Sulphuris & Salis gignere Mercurium. 21

VII. Sed mihi videor adversarium & obtrectatorem Paracelsi audire, Ehem ! inquit, quos fluctus in simpulo excitavit Paracelsus ; quasi vero memorata tria principia sui consilii essent inventa : cum tamen longe ante fuerint Isaaco Hollando, ut & Basilio Valentino, cognita. Et hic promiscue utitur vocabulis salis & corporis, Sulphuris & animæ, Mercurii & spiritus. Sed quid plura referam ? si quid boni Paracelso est, habet id, dum alienis plumis superbit, compilando utpote aliorum scrinia eruditionis. Cætera nil nisi nugalia theoremata. Verum enim vero is injuste reprehendit ac inculcat Paracelsum plagii ? quippe ipse Paracelsus 22 citat Hermetem, ut testem seu auctorem, memoratorum trium principiorum. Quæ cum ita sint, tantum abest a plagio, cujus aliqui eum inculcant, ut is mihi potius videatur probitatem quandam & ingenuitatem præ se tulisse. Confessa enim res est, neminem vocari plagiarium, si ingenue, per quos profecerit, professus fuerit. Sed e diverticulo in viam.

VIII. Constitutionem proprietatemve cujuscumque corporis.
Para-

[20] Fragment. tom. 1. titulo *Conceptum aliud, &c.* & Paramir. libr. 1. cap. 11. scribit: *quod Sulphur est, flagrat, quod sumat, est Mercurius, & quod in*

cinerem abit, est Sal.

[21] De Peccitate tractat. 1. cap. 17.

[22] Lib. 1. de generat. rer. natur.

Paracellus posuit, in dictis tribus principiis sitam, appellavitque hanc vocabulo peregrino *Yliadum*. Idem, quod indicare satagebat, significare poterat per vocabulum Temperamenti, jamdudum usu receptum. Dictum *Yliadum* duplicis generis esse, alterum elementorum, alterum hominis: in illis dicta tria inveniri simpliciora, in hoc contra magis composita, Ex hoc *Iliado*. i. e., temperie vel mixtura varia corporis valetudinem tum adversam tum secundam provenire. ²³ Alio loco dicit *Yleidum* esse aëris elementum: in animalibus vero spiritum, per omnia membra pertranscuntem. ²⁴ Quantum vero spectat ad corpora ex elementis concreta, existimat Theophrastus, ea nihil aliud, quam vaporem coagulatum esse: vaporem autem istiusmodi e liquore mercurii, qui varius est, ac jugiter evaporat, ortum habere; & quamprimum exhalando aërem peregrinum contigerit, protinus eundem coagulari. Quamdiu materia, unde ejusmodi vapor prodit, æstuet, tamdiu quoque rem quamque incrementum capere: e diverso cessante æstuatione, cessare etiam evaporationem, & quod consequens est, incrementum. Materiam, quæ suppeditat vaporem, ligni incremento destinatum, appellat *Derfes*: e qua herbarum proveniunt, *leffas*: e qua Metalla, *Stannar*: e qua lapides, *Enur*. Et hæc sunt dictarum rerum prima materia: ²⁵ ultimam autem, quam *prædestinationem* vocat, esse sine elemento, & sine *essentiæ* præsentia: imo concreta cuncta, ut ortum e vapore duxerint, ita rursus in interitione in modum vaporis resolvi ²⁶.

IX. Mira incredibiliaque memoriæ prodidit de *Evestro*, quem ait, spiritum esse, Astronomiam docentem: esseque aut mortalem, aut immortalem: ut & auctorem cujuscunque vaticinii. Vates namque & divos adminiculo *Evestri* vaticinatos, ac quælibet cunque miracula perpetrasse. Verum enimvero

[23] Tom. I. fragment IV.

[24] Lib. II. Tractat. II. cap. II. in explicatione de Tartaro.

[25] Philosoph. ad Atheniens. libr.

III. text. III.

[26] *Ibidem*. lib. II. XVII.

vero, sint hæc quomodocunque posita, adstruit Paracelsus differentiam inter *Traramen* & *Evestrum*. Hujus naturam jam jam indicavi, at illius *Trames*, ait, proprium esse, ut fuggerat acumen, & quid ratio sit. Denique *Turban* magnam esse *essentiam* ejusmodi, quæ præfagiat universa in quatuor mundis futura. Quicquid autem monströse, & contra naturam, aut consuetum communemque hominum opinionem, futurum, id per *Evestrum* vatem cognosci: atque id sumi, adumbrareque se interveniente *Turban* magna. Adhæc *Evestrorum* naturam & numerum infinitum credit. *Evestrum* esse, quod noctambulones comitetur: *Evestrum* præmonstrare & bonum & malum: *Evestrum* cogitata inquirere, atque omnimodas operas sine corporali motione perficere: usque adeo *Evestrum* esse rem admirabilem, & originem omnium, quæ unquam notatu digna in Astronomia, in vaticinio, inque Medicina, obvenerit. Imo nullam esse naturæ cognitionem, nisi intellectus ex *Evestro* petatur. Quid? quod neminem oportere Theologiæ operam dare, nisi intelligat, quid ante memorata sint. Namque *Turban* magnæ Deum mandata dedisse de *Trarama* instiganda, ut *cagasiricum*, i. e. depravatam cujusvis intellectum ex *aquasirica Necrolica* extinguat²⁷.

X. Hominem, Paracelsus statuit, e Limbo procreatum. Per limbum intelligit non modo tellurem, sed universum mundum. Quandoquidem vero ex hoc homo duxerit originem, ideoque eundem merito minorem mundum vocari. Esse etenim eadem in homine, ratione cujusdammodi conformitatis, quæ in magno mundo sunt. In cœlis esse viam lacteam, planetas, Zodiacum, &c. in Tellure omnis generis metalla fossitiaque reperiri; eque terra provenire melissam, cheiri & sexcentas alius generis plantas: hæc & similia quoque *analogica* in homine repertu esse non difficilia. ²⁸ Quid? quatuor ventos

[27] *Ibidem*. text. xviii. & seq. ad | état. ii. de Astronom. & *Labarynth.*
ad finem libri. Item lib. Azoth. cap. ii. | medicor. cap. iv. & Tractat. i. cap. i.
[28] Vide *Paramir*. lib. ii. cap. iv. | de Lunaticis. & Philosoph. Sagacis. L. i.
de Orig. morbor. matric. *Paragrani*. tra- | cap. ii.

tos cardinales in homine dari, existimavit. Orientis regionem terminari in fine stomachi, & hic Eurum potiri rerum: Occalum prodire e regione monoculi, adscendere ad intestinum colon, terminarique fundo ventriculi, & eousque Zephyrum procedere: Boream provenire e media spinæ dorsæ regione, & tendere versus ventrem; in parte Septentrioni opposita, scilicet circa regionem umbilici, exoriri Austrum. 29 Septena pulsus genera in homine, eodemque in Mundo majori, reperiri: atque hæc nihil aliud, quam septem planetarum motiones esse. Pulsus autem, ait, esse mensuram temperaturæ corporis, secundum sex locorum, a planetis occupatorum, conditionem. Duo pulsus genera, quæ in pedibus conspiciuntur, esse Saturni & Jovis: duo in collo, Veneris & Martis: duo in utrisque temporibus, Lunæ & Mercurii: Solis autem pulsus in sinistro latere sub corde esse. Ad summam cælum & terram esse unum hominem, nec plus nec minus in utriuslibet ipsorum natura inveniri. Quæ cum ita sint, summopere commendat Medicinæ studioso; quinimò nimis inculcat, scientiam superiorum atque inferiorum, qua sibi conformia, qua discordia, sint: & quatenus his omnibus analogia quædam, vel necessitas intercedat cum homine. 30 Sed ad limbum. Hunc statuit, Deum homini, viro putat, ab initio inesse, adeo ut is in posterum ipse esset limbus, e quo proles futurorum hominum originem caperet. Fœminam vero ipsi adjunctam tanquam matricem, in qua tenerum fœtum ad similitudinem hominis fingi formarique. Quo pacto autem formamentum hominis in matrice fiat, id
aciem

[29] Hæc in Tom. I. in tractatu de Colica.

[30] De Pestilente tract. I. cap. III. & passim in scriptis suis. Eiusmodi analogiam vocat *ibidem* cap. V. artem *signaturæ*. Hanc Medico scitu admodum necessariam judicat. Ex hoc fonte plurima morborum remedia eruta, verbi causa, Carduum, quoniam ea planta

habeat aculeos, *signatura* ratione indicare, in se reconditam esse quandam virtutem adversus pectoris laterumque punctiones. Perficariam maculis insignitam sanguineis eandem ob rationem valere ad vulnera recentia. Reliquorum, quæ brevitatis causa omitto, eadem conditio est.

aciem oculorum indagare non posse. ³¹ Ita etiam se habere genituram, sine qua nullum animal progigni. Albicantem etenim, lentoreque aliquanto præditum, humorem, qui vulgò semen audit, non esse verum semen genitale, sed modo involucrum seu receptaculum ejus: inconspicuum enim id natura sua esse, & mole sua vix magnitudinem pisì æquare. ³² Præterhæc suam cuique sexui esse genituram; & quoniam utræque inæquali semper portione permisceantur, effici hac ratione, ut homines forma inter se plerumque sint dissimiles. ³³ Quod autem a parentibus decente corporis membratura dotatis, nonnunquam gignantur claudi, vel simili corporis vitio affecti, causam esse; putat, quod interior homo imaginationis curvus, vel alio quodam vitio laboret. ³⁴ Homini insuper duplex corpus esse, alterum a cælo stellato, a terra alterum: illud, pariter ac singula astra, non indigere nutrimento; hoc vero oportere in dies alimentis nutriri. ³⁵ Quid? quod opinatus est, alimentis: v. g. bolo panis sanguinem, carnem & cæteras corporis partes, qua tales, inesse inconspicuas. ³⁶ Cæterum & alio modo considerat nobis duplex corpus esse; unum e genitura, alterum ex alimentis, originem ducere. ³⁷ Ita etiam asserit nobis duplicis generis scientiam seu cognitionem boni ac mali esse, nominatque hanc Tincturam, quia hæc aliunde, proinde ac in Chemicis e rebus variis, derivatur: unam, quantum ad animale naturam attinet, nobis ex astris: alteram, quæ plus quam naturalis, a Supremo esse Numine ³⁸.

XI. Humanum corpus quamquam statuerit e quaternario ele-

- | | |
|--|---|
| [31] <i>Paramiri</i> lib. IV. de Matrice. | cap. VIII. de orig. morb. ex trib. subst. |
| [32] <i>Ibidem</i> . lib. II. cap. I. & de Morb. tartareis. cap. II. | dicit homini etiam esse corpus inconspicuum, quod non ex Limbo, sed ex inflatu Dei productum. |
| [33] Tractat. II. cap. VI. de generat. homin. | [36] <i>Modus pharmacand'</i> tractat. III. |
| [34] Lib. III. de origin. morbor <i>invisib.</i> | [37] <i>Paramiri</i> lib. I. cap. VII. de orig. morb. e trib. &c. |
| [35] <i>Paramiri</i> tractat. III. cap. II. & III. de ente Naturali. & <i>ibid.</i> lib. II. | [38] <i>De Pefilitate</i> tract. I. cap. III. |
| | [39] |

elementorum numero compositum : ³⁹ alibi tamen asserit, dīctorum qualitates primas, quæ plurifariam invicem mixtæ temperamenta constituunt, nihil quicquam ad Medicum spectare. ⁴⁰ Eadem conditio est temperamentorum, quæ nominationem a quaternario humorum sunt sortita. Horum in loco autem ponit (1) acorem, quem natura frigidum ac siccum inprimis in atra bile residere : (2) dulcorem, frigidum & humidum, phlegmati : (3) amaritiam, naturæ calidæ & siccæ, bili : (4) salitudinem, indolis calidæ & humidæ, potissimum sanguini, præsto esse. ⁴¹ His utcumque positis, alibi tamen iterum admittit quatuor humorum genera, ut (1) sanguinem in venis, (2) humidum in carne, (3) viscidum in nervis & (4) pinguedinem in arvina. Præter hæc, tria alia homini inesse, perque universum ejus corpus distributa : appellat hæc nomine Mercurii, sulphuris & salis. ⁴² Quid ? quod alibi docuit hominem esse vaporem coagulatum : coagulationem autem corporis fieri a solis vaporibus, & membris *spermaticis* e genitura oriundis : quin etiam omne alimentum non nisi vaporem ex liquoribus condensatum esse : hunc dicit intus in corpore rursus, proinde ac glacies a Sole, dissolvi liquefcereque, ac ita in omnes corporis partes didi. Id enim, quod homini pro nutrimento est, nunquam coagulari : quod autem in corpore crassescit, id esse tanquam sterco considerandum ⁴³.

XII. Porro, quantum ad nutrimentum attinet, statuit, quatuor elementa hoc homini ministrare : absque his enim si homo esset, ne diem quidem supervivere ipsum posse. Enimvero hominem ideo edere, quia e terra : ideo bibere, quia ex aqua : ideo respirare, quia ex aëre : ac ideo calorem eidem opus esse, quia ex igne, originem duxit. ⁴⁴ Alimonium esse id

[39] Libro de Hydrop. cap. iv.	[42] Lib. 11. cap. 111. de Peste, cum
[40] <i>Paramir.</i> lib. 1. cap. iv. de orig. morb. e trib. &c.	additionib.
[41] <i>Ibidem.</i> tract. 111. cap. x. de <i>En-æ</i> Natural.	[43] <i>Philosophiæ ad Atheniens.</i> libr. 111. text. iv.
	[44] <i>Paramir.</i> libr. iv. de orig. morb. matric.

id ipsum, quod nos ipsi sumus: id est, necesse est, ut habeat partes corpori nostro assimilares, quæ amissarum locum explere queant. Deinde non quamlibet corporis seu expletionem seu saginationem esse proprium alimonii sed instaurationem vel redintegrationem partium: quæ, ut dixi, quoquo modo fuere abactæ, quas Paracellus, pro sua consuetudine, nomine vocat inaudito, membrorum interitum. Quo concessio definiuit famem, quod sit index adventus mortis in interitu membrorum. ⁴⁵ Adhæc, ventriculum quidem solum Reipubl. corporis causa operari, ac cibos vincere: verum enimvero, excepto hoc ventriculo, suum quæque membra habere insuper stomachum, qui, quod prius in ventriculo mitigatum, de novo fecernat, quod sibi utile: reliquum vero intactum amoliat. ⁴⁶ Præterea opinatur Theophrastus ciborum digestionem, æque fieri posse in ore, ac in ventriculo: verum totum utriusque rationis discrimen in eo ponitur, quod, qui in ore cibos mitigant, non cacant, sed mejant duntaxat: & tali modo complures divos, ac eremitas vitam transgressisse: cacare autem eos, qui in stomacho cibos digerant. Hujus generis rusticum: at illius, nobile esse nutrimentum; siquidem id, quod in os ingerimus, non minus digestionem subeat, quam, quod ad ventriculum glutendo amandavimus ⁴⁷.

XIII. Vocabulis digestionis & putrefactionis promiscue utitur: ait enim digestionem esse putrefactionem: & putrefactionem esse mutationem alterationemque ciborum in substantiam a priore alienam; perfici autem hanc adminiculo ignis, quem omnis generis escas in se habere absconditum. ⁴⁸ Quod autem tot diversa digestionum genera, diversæque excrementorum secretionis peragantur, oportere nos acceptum opus beneficentiæ magni *Archæi* referre. Namque

matric. & <i>Paragrani</i> tractat. II. de Astronomia.	orig. morb. e tartaro.
[45] <i>Paramiri</i> libr. I. cap. VII. de orig. morb. e. 3. &c.	[47] <i>Ibidem</i> tractat. II. & de modo <i>pharmacandi</i> tract. III.
[46] <i>Ibidem</i> lib. III. tractat. IV. de	[48] De Pestilente, tract. I. cap. V.

[49]

que hujus munia esse, cibum peragere, purum ab impuro sejungere, calorem suum cuique parti mittere, dispensareque caetera, quae cuique sunt parti necessaria. ⁴⁹ Quod vero attinet ad doctrinam de spiritibus hominis, Paracelsus ponit homini duos esse spiritus, quorum alterum appellat spiritum vitae, primo generis humani parenti a Deo inspiratum: alterum autem sensit, duxisse originem e limbo i. e. chaos, vocatque eundem naturalem: hunc naturalis: illum divinae, scientiae auctorem; hunc una cum homine interire: illum vero interitionis esse nescium. ⁵⁰ Dicitur naturalem alibi vocat vitalem, adstruitque eundem per singula corporis viscera, perque artus distributum, omnis generis motionum, quae in corpore eveniunt, auctorem esse: ⁵¹ praesertim vero magnificat istam portionem spiritus, quae septem principaliora corporis viscera, a Paracelso planetas vocata, incolit. Et ratione hujus homini septenas diversi generis esse vitas; quarum tamen nullam genuinam seu veram esse adeo, ut cum vita, quam anima suppeditat, comparari possit. ⁵² Porro distinguit spiritum, voluntatis auctorem, a ratione, quam mentem, ut asserit, producere: persuasum quippe habet, in infantibus, quoniam perfectam non habeant voluntatem, non inesse spiritum; hunc enim generari in iis, qui perfectam habeant voluntatem, atque ejus subsidio agant; proinde concludit, eundem non astra in homines immittere, sed suum quosque homines sibi efficere. Etenim ut ex filice ignis, ita ex voluntate cujusque hominis hujusmodi Spiritum progigni: nec uniusmodi hunc, aut alius atque alius indolis, in quolibet homine reperiri. Verum tamen quomodocunque natura ejuscemodi spirituum sit, intercedere tamen, arbitratur, alteri cum altero subinde aut necessitatem, aut inimicitiam: hinc eveni-

rc

[49] Paramir. lib. iv. de orig. morbor. matric. & de mod. pharmacand. tract. III.

[50] Philosoph. sagac. lib. II. cap. I. & de Lunatic. tractat. I.

[51] Libr. I. cap. I. de virib. membror.

[52] Paramiri. tractat. III. cap. VIII. de Ent. nat.

re nonnunquam, ut homo in hominem sine fontica causa magnum aut amorem, aut odium mutue habeat. ⁵³ Alio loco Paracelsus dictis duobus spiritibus adjungit tertium, quem appellat fidereum, quem primordia generis ex astris ducere. Respectu horum triplicis generis spirituum, homini cuique triplicis generis quoque sapientiam esse. Primam appellat carnalem seu animale: alteram fidream, seu intellectum terrenum: utrasque has esse interitui obnoxias; tertiam denique speciatim spiritalem, quam a Deo homines derivare, atque hanc esse immortalem ⁵⁴.

XIV. Quantum spectat ad potentiam astrorum, Paracelsus haud retinuit perseverantiam sententiae suae. Etenim subinde adstruit nullum jus in homines habere astra, nec quicquam nobis imprimere: sed hominem omnibus planetis potiorum; ⁵⁵ interdum vero contrarium asserit, quod scilicet mores nostri, naturarumque proprietates ab astris formentur, & stellarum potentiae plus, quam medicus saepenumero apud aegrotos, polleant. ⁵⁶ Incredible fortassis cuiquam habebitur, quae Theophrastus statuit de mirabili portentosissimaque Saturni invidia: eum utpote aliquando invidia in tantum excandescere, ut cuncta sibi obvia vorare, putrefacere, ac quoquo modo corrumpere cupiat, ut ne cuiquam ex usu sint: ideoque eundem quoque omnium morborum esse auctorem. Contagionem ejus ex infinito pene intervallo, postquam ad hominem pertinuerit, efficere, ut hic evadat mendax, dolosus, caninus, avarus, & nescio quid amplius. ⁵⁷ Sed missam facio Saturni, reliquorumque astrorum, portentificam potestatem.

XV. Sudorem opinatur Paracelsus duplicis generis in corpore esse: alterum per poros, per *emunctoria* alterum manare.

[53] <i>Ibidem</i> . lib. IV. cap. III. & IV.	lib. II. cap. VII. de orig. morb. e. 3. &c.
[54] Lib. II. cap. I. Philosoph. Sagacis.	[56] <i>Ibidem</i> . lib. I. cap. IV. de orig. morb. e. 3. &c. & de ente Astror. cap. XI. partic. II.
[55] <i>Paramir</i> . tract. I. cap. II. III. v. v. VIII. de ente astror. & <i>Paramir</i> .	[57] Vide libr. II. cap. II. de Peste.

re. Per *emunctoria* intelligit inguina, aures & mamillarum latera, seu alas. Hujus generis sudorem esse de natura sulphuris, verum non uniuersum: Antimoniale enim per inguina: Arsenicale per alas: perque aures Marcasitam, secerni. At illius generis sudorem esse tantum evacuationem supervacuorum uniuersi corporis humorum. ⁵⁸ Mulierum menstruum habet pro veneno teterrimo perniciosissimoque: ⁵⁹ imo Diabolos ex hoc aëreo & igneo veneno in aëre arancas excludere procreareve. Et quod magis admirationem movet, nullum, asserit, menstruum esse, quod non muliebri semine sit perfusum atque commixtum: hinc inde progigni omnes pulices, araneas, asellos, teredines, crucas, & sexcenta alius generis infecta ⁶⁰.

XVI, Inapte ac putide scripsit Paracelsus de productione homunculi artificialis e semine genitili viri, quod cucurbitæ figillatæ immisum, in fimo equino tantisper putrefaciendum, jubet, quousque incipiat moveri seu vivere: postmodum oportere hunc homulum arcano sanguinis per quadraginta septimanas nutrire; quibus peractis generari verum & vivum infantem, cæteris, qui a foeminis nascuntur, prorsus similem, præterquam quod longe minoris staturæ sit futurus. Præterea hunc homuncionem, si quando ad maturiorem ætatem pervenerit, aut pygmæum, aut gigantem, evasurum. ⁶¹ Ejusdem conditionis est generatio incuborum atque succuborum, quos

[58] Lib. I. cap. v. & hujus lib. additament. cap. VII. & fragment. lib. III. cap. v. de Peste.

[59] *Paramir*. lib. IV. de orig. morb. matric.

[60] De *Pestilitate* tractat. IV. cap. II. Porro scribit, sicut *Mumia Vini*, & *Magnes Vini*, qui nihil nisi ignis sunt, venenum Menstrui alliciunt: ita *Mumia* quoque. i. e. ignis hominis, & *Magnes sanguinis*. i. e. spiritus vite, venenum pestis ex veneno menstrui mulierum attrahit. Sicut enim ex veneno menstrui mulieris *Basiliscus* oritur: ita

ex eodem pestis quoque in homine gignitur.

[61] His adde, quod scribit, hoc unum esse ex maximis secretis, quæ Deus mortali, & peccatis obnoxio, homini patefecit. Esse enim miraculum, & *magnale Dei*, & arcanum super omnia arcana, & merito in secretis habendum. Et quamquam hoc hæcenus hominibus notum non fuerit, fuisse tamen id Sylvestribus, & Nymphis, & Gigantibus ante multa tempora cognitum, quos inde itidem ortos. vide lib. I. de gener. rer. natural.

quos itidem statuit e genitura, quam homines somniando cum voluptate emittunt, produci: nocturnos nempe spiritus hanc fuscipere, atque inde supra memoratos producere⁶².

XVII. Nec minoris sunt facienda figilla, amuleta, caractere & vocabulis Barbaris expressa, & complura alia, anilem redolentia superstitionem.⁶³ Quamvis hæc & similia nemini hoc tempore probentur; inde profecto haud sequitur, singula viri placita esse ex Medicina ejicienda. Non araneas, quæ e quolibetunque flore venenum; sed apes, quæ & e venenosis floribus mel colligunt, imitari debemus. Nullum credo unquam auctorem fuisse, imo in posterum futurum (imbecillitas hæc mentis humanæ est), qui non doctrinæ suæ habeat aliquod erronei insertum, quod quispiam e posteris Momi maledico dente carpere possit.

XVIII. De *Ente*, cui, neglecto scholarum more, inusitatam significationem tribuit, singularem opinionem habet. Definivit enim *Ens*, quod sit causa sive res, vim habens corpus regendi. Quina, statuit, *Entis* genera. Primum appellat *Ens* Astrorum; secundum, *Ens* veneni: tertium, *Ens* naturale: quartum, *Ens* spiritale: quintum denique, *Ens* Dei.⁶⁴ Alibi mentionem insuper facit *Entis Pagoyci*, nec non feminis.⁶⁵ Ita etiam asserit *Entis* astrorum omnifariam conditionem venenosam esse. Quod sanguinem solum lædit, esse indolis *Realgaricæ*: quod caput, Mercurialis: quod ossa atque venas, salinæ: quod aquam intercutem inducit, auripigmenti: quod febres, amaræ.⁶⁶ *Ens* spiritale vocat, quicquid sine materia in vivente corpore ex cogitationibus gignitur.⁶⁷ Quod

[62] Spërma autem tale, putat, ex imaginatione in amore *Heræos* natum; quem nequicquam aliud esse, quam quod sibi aliquis per phantasmam in animo fingat foeminam, ac eam quasi comprimens ita cupidinem suum expleat. vide libr. III. de orig. morb. invilib.

[63] Quorum ultro citroque in scriptis suis: in primis vero in *Archidoxis* magicis, mentionem facit.

[64] *Paramir.* de v. *entib.* morb. nō. VII. & VIII.

[65] Ut de *Pessilitate*. tract. IV. cap. IV. de *Ente* astror.

[66] Eiusdem *Paramir.* cap. XI.

{67}

⁶⁷ Quod vero ad *Ens* veneni pertinet, arbitratur Paracelsus, unicuique rei alimentariæ inesse tum *essentiam*, tum venenum. ⁶⁸ Vocabulo *Essentiae* significavit id, quod ad hominem sustentandum est aptum: veneni contra, quod ad destruendum. ⁶⁹ Quæ cum ita sint, argumentatur, nullum morbum sine peculiari veneno oboriri: ⁷⁰ venenum autem hocce in homine produci ex digestionem putrida, ⁷¹ quam vocabulo Barbaro appellat *Hirbel*, & cujus tres species tradit. Putredinem in sanguine, vocabulo *Hirbel Aquasfri Cagasfri*: putredinem in carne, *Hirbel* ignei: putredinem denique in stomacho, inque extis reliquis, *Hirbel Ares*, nuncupat. ⁷² Quid? quod ulterius ratum habuit, cum ea, quæ corpus sustentandi causa, tum ea, quæ medicationis ergo, assumuntur: priusquam ad alterutrum finem accommodata evadant, oportere putrefactionem subire; qua peracta immutari illa, transformarique in substantiam, naturæ nostræ magis, accommodam. ⁷³

XIX. Ut autem aliquis ad cognitionem cujuscunque veneni perveniat; necessum esse, ut intelligat cujusmodi sit, quod per loca, secretioni humorum dicata, excernatur. Namque, quod cutis per poros exsudat, esse Mercurium resolutum: quod è naribus effluit, sulphur candidum: quod in auribus fecernitur, Arsenicum: quod in oculis, sulphur: quod per vesicam excernitur, salem resolutum: quod per anum, sulphur putrefactum. ⁷⁴ Morbum quemlibet, ait, esse flagellum, quo Deum homines castigare, commonefacereque, ut salutem curationemque non Divis, Ethnicorum more, nedum Medicinæ, at Divinæ ejus clementiæ referant acceptam. ⁷⁵

Imo

[67] Vide *Paramir.* de v. *entib.* nō. viii. & tractat. iv. cap. i.
 [68] *Ibidem.* tractat. ii. cap. i.
 [69] *Ibidem* cap. viii.
 [70] *Ibidem* tractat. i. cap. ix.
 [71] *Ibidem* tractat. ii. cap. viii.
 [72] Libro *Azoth.* cap. ii. §. 2.

[73] *Paramir.* lib. i. cap. vi. de orig. morb. e. 3. &c.
 [74] Eiusdem tractat. ii. cap. xii. de *ent.* venen.
 [75] *Ibidem* tractat. v. cap. v. de *ense* Dei.

B

[76]

Imo morbum quoque esse purgatorium: Dæmones ejus esse medicos imperitos. ⁷⁶

XX. Ad duo genera morbos redegit, ad naturales scilicet, atque ad flagellum: ⁷⁷ vel ad materiales, & spiritales. ⁷⁸ Morbos, qui ex *Ente* Naturali prodeunt, dispersit in quatuor genera. Primum, ait, complecti morbos diuturnos, quorum causam a sideribus: secundum, acutos, quorum causam ab alimentis: tertium, naturales, a temperamentis; & quartum, morbos tingentes, quorum causam ab humoribus, derivandam. ⁷⁹ Quod vero ad morbos, qui potestatem Divinam speciatim agnoscunt, attinet, existimat horum causam nequire a Medico indagari. ⁸⁰ Alio loco statuit *Iliadum* omnes corporis ægrotudines efficere. Nempe, quoties singularis in corpore fuerit oborta sive secretio, sive corruptio, affectum hujusmodi ex *Iliado* originem duxisse. At enimvero, quando univrsum corpus affectum, ut in Apoplexia, &c. morbum talem ex Elementis prodire, propter liquoris Naturæ, seu Balsami, resolutionem. ⁸¹ Adhæc opinatus est, morborum, quorum naturam generatim in pondere, numero & mensura sitam, ⁸² semina duplicis esse generis: alterum nominat *Iliastrum*, *Cagastrum* alterum: illud originem capere e primitiva materie, ex qua utpote cuncta corpora sui generis primordium ducunt; hoc vero adesse exacta rei cujusquam corruptione: illius generis morbos, esse hydropem, aurigonem, podagram, &c. at hujus, pestem, pleuritidem, febrem, &c. ⁸³

XXI.

- | | |
|--|---|
| [76] <i>Ibidem</i> cap. III. | elementalem, & in nobis esse spiritum, qui per omnia membra transire debet. Quod si pori, per quos ipse transire debet, sint obstructi, morbos tunc originem inde ducere. |
| [77] <i>Ibidem</i> cap. II. | [82] <i>Paramir.</i> lib. I. cap. I. de orig. morb. e. 3. &c. |
| [78] Ejusdem <i>Paramir.</i> tractat. IV. cap. II. de ente natur. | [83] <i>Labyrinth. medicor.</i> cap. XI. & libro <i>Azoth.</i> cap. I. <i>Iliastrum</i> dicit esse primam materiam, ex qua Sulphur, Sal &c. |
| [79] <i>Paramir.</i> tract. III. cap. XI. part. I. | |
| [80] <i>Ibidem.</i> tract. V. cap. VIII. | |
| [81] Libr. II. tract. II. cap. III. de Tartaro. §. 3. & cap. 4. §. 2. <i>Ileidum</i> autem cap. II. §. 2. dicit esse acrem | |

XXI. Præter hæc Paracelsus, ad propiora progrediens, statuit morbos non in quaternis Peripatericorum, sed in tribus elementis, Sulphure nempe, Sale & Mercurio, quæ vocabulo substantiæ nuncupat, consistere. Dicta tria considerat, tanquam causas plerorumque morborum generales: non ita sub forma minerali in corpore exstantes; verum ut tres natura distinctos humores, ad memoratorum indolem quadantenus conformatos. Quicquid enim ad deflagrandum idoneum, hoc sulphur: quicquid ad evaporandum, hoc Mercurium: quicquid ad convertendum in Salinum corpus, hoc appellat Sal. *4 Efficere autem sulphur febres aliquas, apostemata, icterum, &c. idem vero putrefactum si fuerit, ob defectum salis, efficere pleuritidem, febres tum stomachi tum jecoris, hemicraniam, oculorum dentium auriumque dolores, &c. Mercurium adscendentem, cum exitum quærat, & cum invenire nesciat, facere maniam, phrenitidem, vesaniam, apoplexiam, artuum quorumque tremores, &c. Sal vero, postquam fuerit aliis rebus obviam factum, coagulari, concitareque calculum, podagram, variorumque viscerum obstructions: at enim, si idem subtiliter comminutum attenuatumve, ex eo gigni scabiem, ulcera omnimoda, Erysipelatem, *fistulam*, cancerum, &c.

XXII. His utcumque generatim positis adjungit singulas singulorum principiorum proprietates. *5 Mercurium enim, cujus tot species, quot corporis membra, putat, trifariam fecerni; destillatione nimirum, *sublimatione* & *precipitatione*. Fieri insuper hujusmodi operationes ratione caloris, cujus tres species numerari: unum externum: alterum intestinu as quacunque corporis motione: & a stella quadam ignifera provenire tertium. Mercurium porro quomodocunque destillatum corpori importare mortem repentinam, generaque mor-

& Mercurium condita; *cagastrium* autem non modo significare corruptum aliquid, verum etiam S. Nitri.

[84] *Paramir.* lib. I. cap. II. & III.

de orig. morb. e. 3. &c.

[85] Vide fragment. medic. tom. 2. tractat. II. cap. I. II. & III.

[86]

morborum, qui hominem derepente interimunt : sublimatum, maniam, phrenesim, &c ; præcipitatum vero, arthritidem, chiragram, &c. Sequitur sal, quod statuit, quatuor modis immutari, resolutione videlicet, *calcinatione*, *reverberatione* atque *alkalifatione*. Ternas vero hujus mutationis causas ponit. Primam esse ingluviem seu edacitatem, quæ causâ est, ut caro nimis mollis, teneraque reddatur, sanguisque luxuriet : alteram, cum corpus calefactum subito refrigeretur : tertiam autem ab astro quopiam sale nimio perefficcante. A sale resoluto serpigines, pruritus, sudores falsos, &c. a sale calcinato scabiem, ulcera, &c. a sale *reverberato* canceronoma, lepram, &c. oriri. Naturæ autem sulphuris, quod omnifariam a quaternario elementorum separari, nihil habeo, quod addam : quin puto me ejus paulo ante abunde mentionem fecisse. ⁸⁶.

XXIII. Reprehendit & exagitat Paracelsus veteres, quod dixerint hunc morbum esse natura cholericum : illum melancholicum, &c. sed e contrario existimat, morbos secundum omnigenas rerum proprietates esse nominandos. Quibus positis erysipelatem, vitrioli; cancrum, *Colcothar* : lupum, aluminis plumosi, & reliquos sua quemque nominatione cooptat. Memorat præter hos, morbum Pulegii, morbum Melissæ, Hermodactili, &c. Commemoratur Colicam Zibethinam, moschatam, & nescio quos amplius? ⁸⁷ Scilicet æque statuit, ut morbi virtute Anatomes, quæ in luce Naturæ fundata, i. e. secundum omnimodum, seu compositionis, seu resolutionis modum, quem cum aliis rebus habent consentaneum, nominentur. Enimvero errorem eos errare, qui febrem propter fervorem adjunctum ita appellent. Fervorem enim esse quidem signum, sed neque materiam neque causam affectus. Ut itaque secundum hanc conditionem suam febri nomen imponatur, appellandam vult febrem morbum Nitri sulphu-

[86] *Paramir.* lib. II. cap. IV. v. & *ceptum aliud*, &c. & *Paragrani* alterius tract. I. de Philofophia.

[87] Vide fragm. tom. I. titulo con-

fulphuris incensî. Pariter Apoplexiam proprio vocabulo nominandam Mercurium *Cachymialem* sublimatum. Quosdam morbos putat nominatione remedii, quo frequentissime sanentur, cooptandos: sic Epilepsiam, quia *viridello*, hoc est vitriolo, iterum & sæpe sanata, nuncupandam vocabulo morbi *viridelli*.⁸⁸

XXIII. In primis vero copiose prolixèque differit de morbis tartareis, quorum materiam similem esse lapidi vini, qui hoc tempore potissime Tartarus audit. Quandoquidem vero Tartarus concretum ex oleo, aqua, sale atque terra corpus habet: ac horum ratione corpus ægrotantis incendit aduritque, pari modo fere, ceu perhibent, ut damnati igne gehennæ torquentur: eam ob causam transferri verbum oportere in Medicinam, ac ejusmodi morbos a tali causa generatos, & dictum cruciamentum corpori inducentes, nominandos *tartareos*.⁸⁹ Per vocabulum tartari autem intelligit, quemlibet humorem terrestrem ad coagulandum habilem. Ejus totidem genera, quotquot modis corpora se inter diversa: alius enim generis esse Tartarum lactis: alius hordei; alius carnis, panis, &c. eandemque differentiam Tartari in universo orbe reperiri.⁹⁰ Attamen, ut hoc placitum fuerit, redigere non dubitat totidem innumerabiles fere Tartari species ad quatuor genera. Primum statuit comprehendere Tartarum mortalem, omnium pessimum. Hunc enim vel veneni, vel magnitudinis, vel multitudinis, vel *idiosyncrasie* ratione, sævos atrocissimosque concitare dolores. Secundum completi Chronicum, quem dicit, propter naturam fixam & induratum, in eodem statu permanere, & non ad salutem, verum ad mortem tendere. Tertium mansuetum, quem quidem

[88] *Paramir.* lib. I. cap. VI. de Orig. morbor. e. 3. &c.

[89] De morb. *Tartareis*. cap. I. Et *Paramir.* lib. III. tract. III. dicit. *Tartarum esse morbum extraneum rerum crescentium, qui ex terra & ejus liquoribus*

enascitur.

[90] *Ibidem* cap. II. III. Et *Paramir.* lib. III. de orig. morbor. e. 3. &c. dicit, Tartarum esse excrementum cibi potusque per se, ab hominis spiritu ita coagulatum.

Ccc

[91]

dem dolores aliquantulos excitare, verum non adeo intolerabiles, ut in numero *passionum* haberi possint. Quarti tandem sub imperio esse Tartarum prætereuntem: hunc quotidie colligi, & iterum secerni; ideoque eundem placidissimum juxta & lenissimum esse. ⁹¹ Scripsi paulo ante liquorem terrestrem generalem Tartari materiam: propiorem autem, censet Paracelsus, quadruplicem, bolum utpote, lapidem, viscum atque arenam. His cibos potusque, qui nobis pro sustentione vitæ opus sunt, plerumque refertos; proindeque non mirum esse, cur materia tartari rursus in corpore separetur. ⁹² Nempe ciborum Tartarum ad intestina tendere, indidemque per alvum excerni: at Tartarum potus, quem longe durioris formæ sive figuræ, quam ille e cibis oriundus, ad jecur ad vesicam pertendere, ac ita identidem a corpore secedere. ⁹³ Indurescere autem Tartarum magis ac magis a spiritu salis, ⁹⁴ exindeque ab eo periculum aliquod extimescendum: quinimo tanto pejorem fieri, quanto magis ex longinquo venerit, atque longe lateque fuerit dispersus. Tartarum itaque cum Tartaro ratione loci, vel vasorum, quorum complura enumerat, differre. Minimum a Tartaro oris: minus periculi ab eo, qui Oesophago inhæret: majus ab eo, qui in fundo ventriculi: maximum vero periculum ab eo, qui in interaneis residet, extimescendum. ⁹⁵ Licet Paracelsus putaverit singulis humidis Tartarum inesse: cerevisiæ tamen arbitratur duplicis generis esse, alterum e frumento, vel polenta, ex qua cerevisia coquitur; alterum ex aqua, existere. ⁹⁶ Quod autem Tartarus tandem aliquando condensat, indurescatque, causas esse geminas, homini insitos congenitosve, spiritus, *Archæum* puta & falis spiritum. Hominibus equidem promiscue Tartarum

[91] Vide cap. XIV. de morb. tartarosis.

[92] *Paramir.* libr. III. tract. I. de orig. morb. e. 3.

[93] *Ibidem.* tractat. II.

[94] *Ibidem* tractat. II. lib. I. de orig.

morb. e. Tartaro. & cap. IX. de morb. tartar. ubi spiritum salis appellat *Heroem coagulationis.*

[95] *Paramir.* libr. III. tractat. II.

[96] *Ibidem* tractat. I.

tarum esse insitum ; necesse enim esse , ut microcosmus parialia, ac macrocosmus, habeat : ⁹⁷ mulieres tamen præter dictum habere quoque genus Tartari , quod eas a viris una cum femine genitali accipere. Quale postmodum non fœminis tantum , sed & tenello cuique fœtui, omnigenas corporis ægritudines, quas hæreditarias vocant, importare.⁹⁸ Hunc Tartarum innatum persæpe in conspectum venire in forma usneæ, grandinis, gemmarum, &c. ⁹⁹ In summa Medicum indigne vocari, cujus Scientiam Tartari morbi, eorundemque accessiones, fugiunt. ¹

XXV. Verum enim vero , antequam morbos , qui primordia generis ex Tartaro duxere , commemorem, necesse est, ut obiter moneam, Paracelsum Catachresi nimio opere studuisse, cum virtuti partium quarumcunque corporis *digestivæ*, i. e. facultati purum ab impuro separandi, imponat nomen stomachi. In mitiorem itaque partem interpretemur, quando Paracelsus scribit, carnis stomachum esse in liquore ejus, seu cruore, situm : & eundem, si non rite separaverit, quæ separanda erant, causam esse, ut Tartarus copiose in carne generetur, e quo deinceps plurimos morbos, cum primis vero maciem seu tabem, exoriri. Idem judicium facere oportet de stomacho medullæ, cujus Tartarum, quamvis scernatur, propter pinguitudinem non coagulari, sed formam liquoris nancisci ; quem tamen idcirco non minoris faciendum censet : quippe & hic varios morbos, ut Rheumatismum, Arthritidem, Ischiaticam & similes, inducere potis est. Tartarum, qui in ore gignitur, efficere putredinem gingivarum, cariem doloresque dentium, &c. Tartarum

[97] De Morbistartareis. cap. v.

[98] *Ibidem*. cap. vi.

[99] De Tartaro lib. I. tractat. IV. cap. I. Inter fragmenta habetur schedula, in qua hujusmodi tartari species declarat. Ut Tartarum *pruina* esse arenæ subtilissimæ, rubræ aut albæ intar:

gemma esse granula, gemmis non diaphanis & rotundis similia : *grandinis* vocari, cum grana non sint rotunda : *Usneæ*, quando per adhærentia se manifestet.

[1] *Paramir*. lib. III. tract. IV. de orig. morb. e Tart.

Ccc 2

[2]

tarum stomachi facere singulariter gulæ ardorem, angustias præcordiorum, & alias omnis generis torsiones. Tartarum intestinis inhærentem esse auctorem colicæ, torminum abdominis, diarrhœæ &c. Tartarum bilis pariles accessiones, perinde ac calculus affoleat, excire; cujusmodi sunt vomitus, bilis exundationes, tormina ventris, &c. Ex tartaro Hepatis progigni Erysipelatem, hydropem, fluxum hepaticum, varias febres, &c. Tartarum urinæ, cujus sub ditio- ne cadere venas meseraicas, renes atque vesicam, magis ac vehementius hominem exagitare, quam aliud aliarum corporis partium Tartari genus solet. Humorem enim quemvis corporis, quanto magis e longinquo venerit, velut urinam, tanto magis maturefcere & limpidum evadere; quare etiam Tartarum, qui inde fit, duriorum & acriorem; atque ideo esse magis aptum, ad hominem omni modo excrucian- dum. In pulmonibus autem minori in quantitate, quam alias in aliis visceribus affolet, Tartarum aggregari, esse eundem- que præ cæteris natura subtiliorem: proin efficere anhela- tionem, tussim, phtisim, febrem hæcticam, &c. ² Ut au- tem aliquis præcaveat sibi, evitetque, ut ne Tartarus in cor- pore generetur, necesse esse, judicat Paracelsus, ut ventricu- lus cuncta ipsi immissa, præsertim vero ipsum Tartarum, mitiget, vincat, destruat adeo, ut non amplius nocere va- leat. Facere autem hæc cumprimis quascunque res acidulas tam naturales quam artificiales: ³ & ut Tartarus, quamquam cum variis rebus assumptus, in quapiam corporis parte non adhærescat, præter butyrum, seu oleum Olivarum, vix ali- quod efficacius inveniri remedium; quin minus cavendum si- bi ab iis, quæ Tartaro abundant ⁴.

XXVI. Antequam ea, quæ ad calculum pertinent, referam, indicari primo oportet Paracelsum duplicis generis corporum du- ritiem

[2] Hæc ex eodem, ut & tractat. v. dicti libri compendifeci.

[3] Vide cap. xvi. de morb. tartar.

[4] *Paramir.* lib. III. tractat. III. de orig. morb. e Tart.

[5]

ritiem statuisse: alteram vocat congelatam a frigore igneo, alteram vero coagulata, quam ortum ducere a frigore aqueo. ⁵ Deinde posuit duplicem calculi materiam: alteram nobis non fecus, ac in macrocosmo, inesse: alteram in nos vel potum, vel cibum importare: utramque vero bifariam indurescere: congelatione utpote, quam efficere igneum salis spiritum protinus, proinde ac idem spiritus salis fulmen, ex sale & sulphure compositum, illico in lapidem, ceraunium dictum; convertat; coagulatione deinceps indurari materiam lapidis propter intensum frigus. ⁶ Verum, utut hæc sint, alibi asserit spiritum salis, quem heroem coagulationis appellat, omnimodam in corpore efficere materię indurationem. ⁷ Differentiam agnoscit in lapidibus inque *Duelech*: hoc enim esse medium quiddam inter lapides & Tartarum, imo esse lapidem spongiosum, cum e diverso lapis formam magis compactam adeptus sit ⁸.

XXVII. His quomodocunque positis Paracelsus adjungit curationem omnigeni Tartari, calculi, &c. quam in hoc consistere, ait, ut dicta in fluorem redigantur, ac sub forma aquæ foras eliminentur. Bifariam, asserit, id posse fieri, medicamento scilicet, quod intrinsecus assumendum, & quod *Potentivum*: altero, quod forinsecus applicandum, quod *Acuativum*, vocat: illius virtutem non modo Paracelsus, verum etiam Helmontius, miris laudibus prædicavit, innuitque id parandum e ludo, qui species lapidum est; hujus vero, *Acuativi* puta, confectionem satis clare tradit. ⁹

XXVIII. Sed antequam Paracelsi placita de Tartaro mittam, breviter indicabo commenta aliqua opinionum, quarum etiam hinc inde mentio fit. Hujus generis est *Spara*, quam dicit esse vim mineralem ex *Ileeb* primæ substantiæ ex *Ente* pri-

[5] *Paramir.* lib. II. cap. VI. de orig. morb. e. 3. &c.

[6] *Ibidem* lib. III. tractat. VI. de orig. morb. e Tart.

[7] De morb. Tartar. cap. IX.

[8] *Ibidem* cap. XI.

[9] De morbis ex Tartaro tract. II. cap. I.

primo; vel esse partem præcipuam fossilium quatuor majorum, per hæc autem intelligit forsitan fal, alumem, calcem, & chalcantum: afferit enim ex his Tartarum fieri. ¹⁰ Commemoratur etiam gluten, quod chirurgi solent frequentissime *Synoviam* appellare. ¹¹ Sine hoc autumat nullum unquam dolorem in membris corporis exterioribus contingere: in primis vero si ei aliquid falsi, vel acidi, fuerit permixtum. Hoc gluten si ultra modum fuerit inspissatum, efficere articularum quorumlibet contractionem, sine membri tamen alicujus consumptione. ¹² Imo ipsam podagram nihil aliud esse, quam sulphur in dicta *Synovia* accensum. ¹³ Memoratur præterea *Idefirum*, quod ortum cœpisse e fossilibus per quatuor elementa; ideoque in eo conjunctionem *Humoralem*, naturalem & fossiliam inesse. ¹⁴ Tartarum resolutum, ob absentiam falsi, haud exciere quidem dolorem: verum propter deficientem vim renum, ejusmodi Tartarum digerendi, facile putrescere, accipereque formam fanici,

[10] De Tartar. tract. iv. cap. 1. in expositione & Fragment. in cap. 111. tractat. iv. de Tartaro. Illo loco dicit vim *mineralem*, & humorem falsi, humorem aluminosum, & humorem calcis, & humorem *vitriolatum*, esse humores, quos corpori inesse. Et in supra dicta scheda *Spara* est res, in qua est aliquid peccans, non separata a bono.

[11] Fragment. de Tart. intern. tractat. v. cap. cap. 11.

[12] De Tartar. lib. 1. tractat. iv. cap. 11 & in hujus exposit. Præter hæc lib. 1. tract. 11. cap. 11. statuit gluten solum nullos dolores inferre: sed quando fal resolutum, humor *mineralis*, vel falsus aliquisquam liquor ei fuerit permixtus; hinc acerbissimos exoriri dolores, imo ipsam podagram. Nam gluten seorsim consideratum esse innoxium, &

instar falsi dulcis.

[13] Libro de Podagra. cap. iv. Cæterum lib. vii. paragraphor. cap. 1. §. 1. credit, nullum corporis membrum *Synoviam* peculiari destitutum. In renibus *Synoviam* se manifestare colore rubro: in sanguine, rubicundiore: in cerebro, cinereo albumineque ovi crassiore: in splene, atro: in bile, luteo & crassa forma: in matrice, forma crassa ac tenaci, in medulla tandem sub forma spicea & viscida. Et quantum ad ejus utilitatem pertinet, sensu *Paracelsus*. §. 2. quod *Synovia sit partis sue nutrimentum, & conservatio retentiva & motiva virtutis, ex viribus virtutis digestiva.*

[14] De Tartar. lib. 1. tractat. iv. in cap. 11. expositionib. & in annotationibus cap. 111. Tractat. iv. inter Fragmenta collocatis.

[15]

nici, quam appellat *Puffam*; quamque pronunciat nullius, aut faltem difficillimæ, curationis. ¹⁵ Sed missos faciam morbos e Tartaro oriundos: satis superque enim arbitror me eorum fecisse mentionem: ad alios properabo. Verum, quo me vertam, nescio? Siquidem non possum non perturbare scribere, quia Paracelsus similes inter se morbos nonnunquam confudit. Non mirum proinde, si mihi, dogmata ejus ad compendium conferenti, idem citra voluntatem meam usu veniat.

XXIX. Ex *Iliado* quidem statuit, morbos universim exoriri: hunc enim esse omnigenis rebus tum ad sanitatem tum ad corporis ægritudinem spectantibus, refertum: singulatim tamen de unoquoque morbo disputaturus, alias atque alias exhibet morborum causas. Præter dictas, quas paulo ante commemoravi, ratum habet, primum morbum, qui corpus humanum corripuit, e sale acri corrodenteque natum: secundum e sale *vitriolato*: ¹⁶ reliquis aliam causam adsignat. v. g. omnes tam interiorum quam exteriorum partium ægritudines, quæ conjunctam habent & inflammationem, & tumorem, & escaram, existere ex arsenico: imo ne mortem quidem, quomodocunque naturaliter evenerit, non excipit. A Mercurio nasci cunctos morbos, qui natura calidi sunt, atque punctiones sanguineaque apostemata inferunt. Ex alumine scissili hydropem, tumores ulcerosos, &c. Ex Alumine plumoso morbos cum fissuris. Ex glacie, qui e vento durefcunt, ut Herniam ventosam, &c. E sulphure paralyfin, lethargum, apoplexiam, &c. E chalcantio, ulcera rubra, sicca, serpentia, tumoreque carentia. E *vitriola* albo, canceronomata, &c. E sale communi, qui per se consolidantur, ut abscessus, &c. E sale acuto, apostemata mortifera, ut anthracem &c. ¹⁷ E Nitro tres morbos primarios, ut

(1)

[15] *Ibidem*. tractat. v. cap. 1. & scho- | cap. xv. in *commutations*. vide etiam su-
lis in hunc tract. | pra nō. 81.

[16] De Tartaro libr. 11. tract. 11. | [17] Vide Fragment. Tom. I. *Con-*

septimus

392 DISSERT. MEDIC. XIX.

(1) febrem quamcunque intermittentem, quam definivit, quod sit motus Nitri cum frigore primum, dein calore, in ægrum invadens: (2) carbunculum, quem quidem cum algore incipere, at postea jugi calore finire: subque hoc comprehendendi Anthracem, pestem, phlegmonem, &c: (3) Flammulam, quam definivit esse morbum, tam frigore quam calore affigentem. Equidem a calore seu caput, seu alia corporis membra, perpetim infestari, inducique delirationes: verum tamen contingere hæc omnia sine ulla aut abscessus, aut exulcerationis abortæ, indicio. Hoc morbi genere complexæ sunt febres ardentes, synanches, &c. Progenerari autem istiusmodi morbos, quia Nitrum sit rei cujuscunque, esui aptæ, fordes; quinimo, dum putrefactionem quoquo modo in corpore efficit, auctorem putridi corruptique sanguinis esse. Februm itaque intermittentium periodos variare, prout Nitrum aut ocycorem, aut tardiusculam, in dies subiverit, putredinem.¹⁸ Alibi scribit materiam peccantem in febre esse sulphur & sal petræ: idcirco febrem finivit morbum nitri sulphurisque accensi.¹⁹ Apoplexiam & fulgur prorsus inter se, qua generatione, qua operatione, convenire: imo utraque inter se cum proprietate tum potestate similia. Hoc enim de fulgure compertum se habere, quod, salva intactaque, vel cista, vel vagina metallum, in alterutra reconditum, uno puncto temporis ab eo fundatur: similiter apoplexiam varias corporis partes interiores momento quasi liquefacere, cute interea illæsa.²⁰ De Epilepsia statuit, quod ejus dentur quatuor species secundum elementorum numerum: & aliud morbi,

ab

ceptum aliud. Et Paramir. tractat. 1. cap. ix. scribit, nullum usquam morbum sine certo veneno affligere. Venenum siquidem cujuslibet morbi principium est, ex veneno omnes morbi emergunt, tam externi, quam interni, nullo excluso.

[18] Ita lib. iv. de Tartaro nitreo.

[19] De Pestilitate tract. 1. cap. v. At Fragm. de Tart. cos. 1. 3. Paracelsus audacter asseverat, quod, nisi Tartarus esset, febres nullæ unquam sint orituræ. Proprietates enim februm conditione Tartari, putat, esse designandas.

[20] Libro de Apoplexia. §. 3.

[21]

ab eò *Realgar* nominati, genus esse, si originem a choas, i. e. ex aëre: aliud, si ex aqua, &c. duxerit; enimvero suum cuique elemento esse *Realgar*.²¹ Primum suffocationis mulierum originem esse e cœlo viri, mulierem taliter afficiente. Quod si morbus in actum deduci debeat, virum ægrescere in caduco: videlicet ejus fidus esse caducum; aut id propensionem saltem ad ejusmodi statum habere.²² Hydropem esse affectum in regione jecoris e Tartaro aluminoso ortam: fierique per spiritum *mineralem* visceris istius partium resolutionem; ²³ vel stellam hydropicam, quam *Zedos* appellat, salem *Microcosmi* irradiare, ac portionem ejus; pariter ac Sol vinum, liquare; quam per poros carnis deorsum tendere, tumoresque hinc concitare sero repletos.²⁴

XXX. Mira plerumque Paracelso est vocabulorum abusus, quid mirum? erat enim licentiosus sine urgente necessitate novorum vocabulorum fictor. Assertum meum, non puto, egere ulla demonstratione: siquidem eorum complurium a me in hoc capite est mentio facta; habet præter dicta adhuc plura, sed quis est potis omnia enarrare? Attamen non possum, quin hoc loco ostendam Paracelsum abuti vocabulis diarrhœæ, dysentericæ, lientericæque: quas, statuit, non modo vitiosas alvi secretiones; verum, si ejusmodi materia, quæ in quibusvis solebat per alvum excerni, itidem sive per os, sive per vesicam, excernatur, non dubitabat affectum dysenteriam, lienteriam, &c. vel urinæ vel vomitus, nominare. Horum affectuum, a dissolutione ortorum, tria ponit genera; in primo album: in altero rubrum; inque tertio, laxum excerni.²⁵ Pestem definivit, quod sit morbus ab *liado* arsenicali separatus.²⁶ Secretionem autem fieri secundum

[21] Paragraphor. lib. III. cap. II. §. 1. 2. 3.

[22] Plura vide *Paramir.* lib. IV. de orig. morbor. matric.

[23] Fragmentor. lib. IV. annexor. nō. 4.

[24] Libro de Hydropisi. §. 6.

[25] Paragraphor. lib. I. §. 3.

[26] De Tartaro lib. II. tract. II. cap. III. & cap. XI. ejusdem libri dicit, Pestem esse aërem suæ regionis, ex primo corpore generatum, *oppilatum* sine

Ddd egressu

dum tempus *Arlatum*. *Arlatum* tempus esse, quo corpora composita contra ordinem *Iliadi*, qui ternas habet periodos, resolvantur. ²⁷

XXXI. Vocabulo *Crisis* Paracelsus quoque inusitatam tribuit significationem. Dicit enim *Crisin* esse spatium temporis, a principio morbi ad usque principium mortis. Primam diem, per excellentiam *Crisin*: ultimam, qua fuerit resolutio morbi facta, appellat *creticam*. Memoratque insuper *Crisin* arsenici, *Crisin* Mercurii, sulphuris, &c. nec non indicat quot diebus, seu quot horis, quæque terminetur. ²⁸

XXXII. Quantum denique spectat ad curationem morborum, Paracelsus pie statuit, Deum, O. M. cujus omnipotentia rerum universitatem moderatur, Medicum esse summum, ²⁹ eundemque hominum valetudini tum secundæ, tum adversæ, prospexisse in tantum, ut ea, quæ aut incolumitatem factam testamque conservant, aut infirmitatem valetudinis tollunt, ipsis præsto essent. Rem Medicam fore perbono loco futuram, si modo medici sedulo ante dictorum investigationi darent operam. ³⁰

XXXIII. Medicorum sectas, vel potius genera, enumerat quinque. Sub primo collocat Naturales, qui more veterum, qui frigidum calido, humidum sicco, plenitudinem evacuando, inanitatemque expletione, &c. curabant, similem quoque corporis ægritudinibus curationem adhibent. Secundi generis nominat *Specificos*, quos propter singularem formam proprietatemve alicujus rei morbo medicinam facere; non dissimile sane modo, ceu Magnes ferrum ad se allicit; quem id non peragere respectu primarum qua-

egressu de Materia arsenicali, & *Opprimochtioli*: *Opprimochtiolum* autem vocat quemlibet fumum ex metallo vel fossili expirantem.

[27] De *Puffilitate* tract. II. cap. I. §. 2. Primam periodum vocat juvenilem, & ad statum pertinere absque secretionibus: secundam esse morbi, ad secundam

mundi partem declinare, & ætatem afferre sanitati contrariam sterilitatem vero finem esse, & mortem adducere.

[28] Vide lib. II. cap. IV. de Tartaro.

[29] *Paramir.* tract. V. cap. V.

[30] *Ibidem* lib. II. cap. VIII. de orig. morb. e. 3. &c.

[31]

qualitatum, sed ratione singularis, nobis etiam nunc incomperæ, virtutis. Tertii vocat *Characterales*, quos incognitis characteribus, ut & incognitis nobis vocabulis, omnes morbos curare. Spirituales quarti generis vocat; hos enim nosse herbarum radicumque spiritus cogere usque adeo, ut ægrum, quem infirmarunt, rursus sanent. Quinti tandem generis appellat fideles, quia, pariter ac Christus & ejus discipuli, per fidem morbo medentur. ³¹

XXXIV. Quod ad medicamenta attinet, Paracelsus miris laudibus extollit *Mumiam*, incredibiles eidemque assignat virtutes. *Mumiam* autem dicit ipsum hominem: ³² alibi vero hominem, qui animam exiit: tum florem ejus, in viribus & arcanis naturalibus, erumpere. In hujuscemodi *Mumia* reperiri omnes omnium plantarum fossiliumque proprietates. *Marchastam*, gemmas, antimonium, opopanaxem, Melissam: ad summam omnia naturalia in *Mumia* inesse. Nimis multa sane oportere hoc loco proferri, si abstrusiores *Mumia* naturam penitus indicare animum inducerem, quamobrem hanc impræsentiarum missam faciam. ³³

XXXV. Medicamen omne habet inutile, quod ineptum est ad computrescendum: putrefactionis enim auxilio recludi, inque actum deduci remediorum quorumcunque facultates. Deridet atque contemnit Paracelsus percontationem dimensionemque facultatum medicinarum per gradus caloris, frigoris, &c. ³⁴ sed vim plantæ alicujus nos paucis vestigiis posse indagare, contendit, contemplatione utpote coloris florum. Etenim, quot diversi generis colores floribus sunt, totidem & eos virtutibus præditos diversis esse, putat. Quamvis ita innotescat plantarum vis an una, an plures sint; tamen

[31] Vide *Paramir.* prolog. 11. & 111.

[32] *Paramir.* lib. 11. cap. 11. de orig. morb. e. 3. &c. ubi insuper addit, *Mumiam* esse balsamum, vulnera sanans.

[33] Plura, si desiderentur, videatur introitus lib. 1 v. de orig. morb. *invisibil.*

[34] *Paramir.* lib. 11. cap. 1. de orig. morb. e. 3. &c.

D d d 2

[35]

tamen hanc inventionem non satis esse, judicat, sed præterea explorandos septem gradus & sapores salium, per cujuslibet plantæ in sua principia resolutionem: se enim de sale absinthii compertum habere, gloriose dicit, quod ejus ope possint quatuordecim morbi perfecte sanari; cum sulphure sex magni: liquore autem absinthii ultra centum & sex: Item saccharo plumbi, triginta & duobus morbis se medicinam afferre posse: alterutro autem vel sulphure, vel Mercurio Plumbi, jactat, octoginta septenis affectibus. ³⁵ Plura quidem hujus generis in medium possem proferre: verum, quoniam inter omnes constat, Paracelsum fuisse gloriabundum, qui nunquam non data occasione se magnifice jactat & ostentat: capropter hæc prudens prætermitto.

XXXVI. Sed mihi videor aliquem ex adversariis, qui Paracelsum jocosè ludit, audire. Euge! inquit, quam multa Syrorum olera: quantane laboravit Paracelsus Chemiæ antistes, *μικροφιλότης*, a Theophrasto Eresio jamdudum descripta. ³⁶ Ego Hercule Paracelsi, quem haud injuste Planetiadem, sicutolim a vagando Didymus ³⁷ sectæ Cynicæ philosophus cognominabatur, itidem cognominem: ego inquam, imaginariam ejus supinamque eruditionem titivillitio non emptiorem. Nihil sanum profecto, nihil doctum, sed monstruosum sed Barbarum est prope omne, quod literis mandavit. Quantanne licentiam arrogavit sibi in fingendis vocabulis novis: quasi vero verba deessent ad ejus abstrusa, quin dicam absurda, dogmata proferenda & exponenda. Verum enimvero mihi videtur adversarius more sannionum ex musca clephantum, ut ajunt, facere. Pro ingenti crimine habet, quod Paracelsus doctrinæ novæ a se tradendæ gratia, nova identidem vocabula excogitarit: quasi vero is solus talem licentiam sibi vindicasset. Neminem quemquam præterire puto morem dilecti-

[35] Vide de *Pestilentia* tract. i. in fine fere.

[36] Ethic. Character. cap. xvii.

[37] Ejus mentionem facit *Plutarchus* libro de oracul. defectu.

[38]

alecticorum, quorum verba quoque nulla sunt publica, suis utuntur. Etenim id quidem commune omnium fere est artium: aut enim nova sunt rerum novarum facienda nomina, aut ex aliis transferenda. * Licet non approbem, quod Paracelsus sæpenumero citra necessitatem nova vocabula finxerit, atque complures opiniones falsas de multis rebus habuerit: ex his tamen non conficitur, totam ejus doctrinam esse repudiandam. Consideranti enim ævum, in quo vitam vixit, & homines, quibuscum Paracelsus plurimum, ut perhibent, versatus est, minime mirum videbitur, eum adeo multa vaniloquia operibus suis inseruisse. Quotus quisque nostrum opinione non solum, sed ad veritatem sibi persuadet, plurima forsitan in juventute, cum judicium ejus nondum limatulum esset, ab eo literis mandata, quæ deinceps ætate provecus improbat.

[38] Ita Cicero Academic. Quæst. lib. I.

DISSERTATIO XX.

DE

Severini, Crollii, Scheunemanni & Helmontii, hypotheseibus.

I. **S**ectatores quidem Paracelsus habuit nonnullos, qui eum cæco impetu secuti sunt, & in verba magistri jurarunt; fuerunt tamen alii, qui ejus dogmata, quæ extra modum absurda & absurda videbantur, sin rejecerint, saltem compta & mitiora redderent. Horum in numero habeo Petrum Severinum, visum oppido in studio literarum multum versatum, abs quo doctrina Paracelsi primum posteritati propagata est. Placet pauca e libro, cujus titulus est *Idea Medicinæ Philosophicæ*, libare.

Ddd 3

II.

II. Elementa, posuit, totius creaturæ receptacula, hæcque in duos globos esse distributa: unumquemque vero globum complexu suo continere bina elementa: superiorem globum, cælum vel ignem & aërem: inferiorem autem, terram & aquam complecti: & hæc, cum in vicinitate verferentur, absque ullo negotio invicem conjugari, conservari tamen beneficio balsami & radicalis tincturæ; absque hoc enim si essent, nec misceri, nec corrumpi, possent. Quadruplicavit more Paracelsi dicta elementa, ac statuit ignem terrestrem, aërem terrestrem, &c. Terram cœlestem, aquam cœlestem, &c. hæcque omnifariam cunctis rebus inesse. Imo, quod notatu dignum, elementa hæc, asserit, esse loca, matrices, domicilia vitali validaque potestate munita; quæ semina, generationi consecrata, foveant, digestis temporibus suscitent, ad maturitatem promoveant. Et quia loca sunt, incorporea sint, necesse esse. Etenim, nisi dimensionum legibus carerent, nequaquam tantam corporum, principiorum & feminum multitudinem, tam facile, ut assolent, recipere possent: infinita tamen non esse, quoniam vitalis virtus ipsis fines, seu terminos, præscribat. ¹

III. His quomodocunque positus, non inficiatur Severinus, Hermetis discipulos, instituta corporum artificiali secretionem, manifeste magis, quam alios dicta elementa conspexisse, introduxisseque magna utilitate principia potentiora, feminum proprietates, conditiones ac naturam magis explicantia. Triplicis generis esse hæc corporum principia, & nomine Salis, Sulphuris & Mercurii innotuisse. Neque vero horum unumquodque esse simplex, sed suum cuique esse Sal, suum Sulphur, suum Mercurium. Haud dissimile modo comparatam esse animalium, plantarum, fossiliumque naturam. Singula enim habere proprium Sal, Sulphur, & Mercurium: ideoque hujusmodi principia genere quidem, sed non specie, inter se similia esse. ²

IV.

[1] Hæc e capite v. excerpti, ac breviter, quoad fieri potuit, descripti. | [2] Ita cap. VII. philosophatur.

[3]

IV. Vitale principium, cujus virtute vivere vigereque omnia, nomine Balsami, sulphuris vitalis, humidi *radicalis*, *Mumie*, &c. nuncupat. Quid? nomina hæc qualiacunque non sufficere ad dona tam divitis Naturæ declaranda. Generationem enim & *transplantationum* varietatem, imo universæ fundamenta Naturæ, in hoc Balsamo contineri. Tale Balsamum præterea sicut fontem, & principem omnium actionum, quæ in hoc mundo oboriuntur, considerandum: esseque illud calidum innatum, quod Hippocrates pronuntiavit crescentibus plurimum inesse; idemque corpori, ut ne putrescat, pro sale, vel loco salis, datum. Hoc non uniusmodi, sed respectu corporum, diversum esse. Id Balsami genus enim, quod animantibus inest, subtilitate oppido multum antecellere plantarum fossiliumque Balsamum. Et, ut cujusdammodi cogitatum dicti balsami habeant L. dabo exemplum grani, terræ commissi. Id, arbitratur *Severinus*, putrescere, resolvi, perire; *radicalem* tamen humorem, vel Balsamum, in quo totius feminis structura & potestas viget, servari: quem quoque causam esse, ut corpus novum mundi in scena appareat: sin vero id Balsamum fuerit quoquo pacto, seu frigore seu calore intenso, &c. abactum, sterilefcere granum, vel fermen quodvis, evasisseque prognerandæ plantæ, &c. inhabile. 3

V. Vocabula feminis, Astri, radice, principiique a *Severino* promiscue, & tanquam synonyma, usurpantur. Quantum vero ad feminum naturam attinet, statuit, femina esse vincula utriusque Naturæ visibilia inconspicuis se conjungentia. 4 Alio loco definivit semen, quod sit principium vitale, in se continens spiritus mechanicos & tincturas universæ structuræ individui cujuscunque. 5 Quin etiam femini ascribendum esse, ut cuilibet corpori sit peculiaris forma, color, odor, &c. Surdum propterea atque cæcum habet omne Sapientiaæ studium, quod, neglecta feminum contemplatione,

pri-

[3] Hoc pacto ratiocinatur. Cap. II. | [5] Taliter Cap. VIII. de femine
[4] Ita Cap. VI. differit.

[6]

privationem, materiam informem, & qualitates venatur mortuas. Etenim femina esse inconspicua, ac pura, omnis generationis, omnisque corruptionis, expertia: verum elementa nobiscum negotiari, commorari, sensibus (sed sapientum) sæpenumero repræsentari. ⁶ Indissolubili nexu, ait, femina elementis conferta cohærere, & vix ulla mentis subtilitate disjungi posse; hinc etiam censuram sensuum plane repudiare. Si elementis ita cohærent, quid mirum? si nusquam corpora, feminibus penitus destituta, reperiantur. Quæ cum ita se habeant, concludit, incredibilem innumerabilemque feminum varietatem, in hoc universo proflare. ⁷ Quid? quod ipsa cujusvis rei generatio sita est in feminum progressionem; quam tamen ipsos spiritus mechanicos perficere. Namque apud hos vigere scientiam, cujus potestate elementa, corporum principia consentanea, ex alimentis opportuna mixtione aucta, ex inconspicuis visibilia, ex incorporeis corporea, evadant; partiumque numerus, situs, consensus, figuræ, magnitudines, &c. secundum *prædestinationes* dictæ scientiæ definitis temporibus, absolvantur. Hos spiritus, inquit, nosse ex iisdem elementis cor, cerebrum, hepar, nervos, venas, arterias, ossa, &c. conformare ⁸. Ut autem *Severinus* mentem suam de *prædestinatione* verbis explicaret, citat locum e Libro Hippocratis de diæta, ubi Princeps Medicinæ, explicatis generationis & corruptionis modis, proposita dogmata fuit hac clausula, *omnia fieri per divinam necessitatem*. Hanc, inquit, *Severinus* esse illam *prædestinationem*, a Paracelso toties decantatam ⁹. Aliquis vocet hanc instinctum naturalem, aut alio quovis nomine, per me licet: ego interea persequar institutum.

VI. Quandoquidem cuncta viventia, philosophari pergit *Severinus*, vitæ unitate, principia & exemplaria sua imitentur: mixtionem ideo Naturam fuisse molitam, & illam esse sitam in

[6] Vide Cap. vi.
[7] Ita Capite vii.

[8] Talia cap. viii. & x. habentur.
[9] *Ibidem* Cap. viii.

in conjunctione diversarum quidem rerum, attamen secum conspirantium. Subjecta mixtionis esse elementa, & corporum principia, ex alimentis virtute & scientia spirituum mechanicorum, producta. Nam tum primum fieri mixtionem, cum ex incorporeis corpora, sed plane spiritalia, conficiantur. ¹⁰ Reciprocari autem haec plurimum inter se, ac produci ex spiritibus corpora, & vicissim corpora in spiritus resolvi: quinimo discrimen utrorumque in hoc positum, quod corpora sint spiritus crassiores; e diverso spiritus corpora subtilia purioraque ¹¹.

VII. Rerum mixtionem, censet, omnifariam peragi. Et enim aut elementa invicem, aut haec cum principiis: aut principia inter se, aut omnia simul subinde, misceri. Verum enimvero, utut haec fuerint posita, non dubitat tamen mixtionem ad tres classes redigere. Scilicet, aut perfectum perfectum, aut impurum impuro, aut puro impurum, confundi; optimum vero mixtionis modum, autumat, si quando purum vel perfectum cum puro permisceatur ¹².

VIII. Praeter dicta, ut ad alia me recipiam, *Severinus* amplectitur opiniones Paracelsi, majoris cum minori mundo analogiam quandam statuentis. Exempli gratia. Meteora, quae in magno mundo sunt & ignis & astrorum effectus, in nobis esse febres, Epilepsiam, hydropem, catarrhos, &c. Septem metalla ejusdem indolis, ut septena principalia corporis viscera. Fossilia plurima de potentia deque effectu convenire quodammodo cum lepra, alopecia, scabie, cancro, &c. Eandem conditionem esse urticae, aronis, flammulae, &c. ut pustularum, pruritus, herpetis, &c. Ita etiam Melissae, violarum, Chamaedryos; ut spirituum vitalium cordis, cerebri, atque hepatis. Haec, imo his longe majora mysteria, humanam Naturam ostendere, si modo oculorum non vulgari acie considerentur ¹³.

IX.

[10] Sic Capite ix.
[11] Vide Cap. 11.

[12] Ita Cap. ix.
[13] Hoc modo Cap. iv. differit.
Ecc [14]

IX. Primam rerum faciem, censet, fuisse puram, integram, perfectam, sine corruptione, sine morte: at enimvero post praevagationem Adami, primis seminibus maledictione Divina novas supervenisse tincturas; quarum admixtione calamitosam in sortem transplantatam esse totius creaturae pulchritudinem. Haec utcumque sit, remansisse nihilominus prima semina, sed novis sed infelicibus obducta vestimentis. Morbos partitus est in tres classes. In prima collocavit morbos haereditarios, cujusmodi propter propagationis constantiam, praesentem seminis vigorem demonstrare: in altera contagiosos, quales indicare *transplantationis* documenta: in tertia denique eos, qui tempori, regioni, aetatique proprii sunt; atque hujusmodi esse documento, radices morborum constare. Porro dividit semina ratione originis suae, quam vel ab elementis, vel a planetis, duxere. Quo posito, arbitratur, constare inter omnes esse morbos aqueos, terrenos, &c. vel Saturninos, Martiales, Mercuriales, &c. Neque vero hos omnes ejusdem esse Naturae, sed singulas species pro trium principiorum diversitate a se mutuo etiam distingui. Exempli gratia Epilepsiam, Apoplexiam, Paralysem, &c. esse quidem morbos Mercuriales; singulos tamen alia atque alia individuorum sobole conspicuos. Reliquorum eandem esse conditionem. Adhaec semina, tametsi in generationum initiis in ventriculo radices agant, ac spiritalem in formam resoluta aliis rebus permisceantur: nihilominus potentiam in iis esse superstitem, mixti coagulationem efficiendi: indeque ortum capere morbos a lentore *Tartareo* ortos, quorum causam spiritum quempiam, vel aluminosum, vel *vitriolatum*, vel *cachymialem*, *bolarem*, &c. esse. Namque spiritibus ventriculi mechanicis, ab aluminosis & stipticis tincturis, inquinatis, dextre perfici neutiquam posse humorum corporis alterationes, resolutiones, secretiones, &c. quoniam corpus tunc tarde ministerium suum absolvat. Praeterhaec non modo planetas, verum etiam caetera astra, ad nos mittere influxum, omnimodorum affectuum auctorem. Sic Plejades, Hyades, Piscium constellationem, &c. demissa caelo in Aërem influentia, in corpore humano efficere
pigri-

pigritiem, somnolentiam, &c. quidni concludendum inde? inquit argumentando, illis de proprietate fœmnifera convenire cum papavere, Mandragora, *Vitriolo*, &c. Similiter Bootem, Urfam, fidus Aquarii, postquam eorum contagio ad aërem pertinuerit, ac ita fuerit inspirata, importare corpori tuffim, dysuriam, horrorem, articularumque dolorem. Et quia, ut opinatur, hæc omnia contingunt ratione cujusdammodi acrimoniæ, acoris, &c. judicat, illis itidem pariles, ut aceto, alumini, acaciis, &c. virtutes esse. Pari modo ratiocinatur de aliorum astringentium effectibus, quibus brevitatis causa supersedeo ¹⁴.

X. Quod ad signa & differentiam dolorum corporis pertinet, existimat *Severinus*, spiritum *vitrioli*, æruginis, tartarive, vehementiores, quam aluminis & salis gemmæ, dolores producere: omnium acutissimos esse, quos spiritus seu salis seu Nitri efficit: frigoris auctores esse vel acetosæ, vel aluminis, vel Berberis tincturam: ruborem, calorem, inflationem pulsationemque, inducere Tartari æruginisque tincturam, spiritibus arsenici permixtam. Quid? defendit etiam Archigenis placita, vocabulis saporum dolores quoscunque, in corpore obortos, nuncupantis ¹⁵.

XI. Morborum omnium curationem putat bifariam institui posse: & alteram quidem, quam universalem appellat, absolvi uno eodemque remedio, impuritates omnis generis morbosas confumente, auferente, vel Balsamum innatum restaurante, mitigante, corroborante: alteram vero singularem, secundum omnimodas morborum indicationes per idonea, e tribus rebus desumpta, medicamenta absolvi. Quamobrem autem hæc operationes suas perficiant, non melius nos addiscere posse, existimat, quam per artificialem corporum resolutionem: cujus beneficio, substantiarum facta sejunctione, in conspectum venire corporum proprietates, quæ antea compositionis virtute occultabantur. Sic diu multumque plures in dubium vocasse opii vim stupefaciendi, cum tamen sit res ama-

[14] Plura vide cap. XII.

[15] Vide cap. XIII.
Ecc 2

[16]

amara, quæ alioquin generaliter calida habetur : aliis interim primis, aliis secundis, corporum qualitatibus, ejusdemmodi facultatem tribuentibus : sed futilitatis plena esse horum judicia ; siquidem facta opii per ignem resolutione sibi innotuisse, asseverat *Severinus*, oleum quoddam, vi somnifera præditum, pariter atque ut tale in chalcantio, inque quibusdam plantis, non raro invenitur : præterea acquisivisse sal, facultate sudorem ciendi, dotatum. Pari modo se aliquando perrexisse, ait, cum vini diversam potentiam explorasset. In spiritu vel Mercurio, quia is hominis spiritibus quadantenus conformis est, virtutem vini, corpus corroborandi animumque exhilarandi, sitam : sal Tartareum autem, alteram vini partem, causam esse, ut ii, qui consueverunt in se crebro merum ingurgitare, sæpe sæpius doloribus Podagræ, colicæ, calculi, &c. torqueantur. ¹⁶ Sed satis superque de dogmatibus *Severini* scripti.

XII. Crollius, quamvis non multum mentem ad ratiocinia appulerit, habendus tamen est, ut ex ejus scriptis liquet, in numero sectatorum *Severini* ; cujus, ut & *Paracelsi*, doctrinam miris laudibus prædicat, eandemque scriptis exaggerat adeo, ut nihil supra. Præter dictorum auctorum ipsi propria non sunt dogmata : verumtamen dedit sibi negotium de decantata majoris cum minori mundo similitudine, quam vocant *signaturam*, peculiarem in lucem edere tractatulum : in quo ostendit, plurimas res, ob aliquantam conformitatem & formam, quæ ipsis cum homine intercedunt, indicare usum & vires, quibus pollent multum in Medicina. *Hartmannus Crollio* doctrinæ laude non est inferior, utrosque *Libavius* scriptionis libertate perstrinxit, exagitavitque partim ob complura, eorum scriptis inserta, superstitionem redolentia, partim ob alia, quæ vel

[16] Ita cap. xiv. argumentatur. E- videtur hujus doctrinam potius obscuraf- quidem *Davissonus* in lucem edidit pro- se, quam illustrasse. Si prodromus tan- dromum commentariorum Idææ Medi- tæ molis est, judicate, quantæ ipsi- cinæ *Severini*, qui fere ipso libro *Severini* commentarii, quos confecit, sint fu- quadruplo major est. Verum ille mihi turi.

[17]

vel a Religione Christiana, vel a Philosophia Aristotelis, sunt aliena.

XIII. Sed ne videar concisae brevitatis nimis studiosus, habeo necesse scribere aliquas Crollii opiniones, tametsi cum Paracelsi vel Severini decretis per saepe concordent. Verum ad rem. Firmamentum, quo intelligit caelum stelliferum, statuit esse lumen Naturæ, unde omnia naturaliter homini influere. Etenim, sicut corpus primitivum attrahat elementa per famem & sitim: ita spiritum sidereum hominis a radiis superiorum siderum, omnes artes, scientias, & facultates, omnemque sapientiam humanam ad sese allicere. ¹⁷ Hunc spiritum vocabulo laris, penatis, Dæmonis boni, hominis umbratilis, & nescio quo amplius, nuncupat. ¹⁸

XIV. Hominem, creaturarum præstantissimum, nobilissimumque esse, quia totius mundi partes habeat; imo nihil sit in majori, quod non reapse in minori mundo reperiatur; ¹⁹ corpus Physicum quidem a Terra seu elementis; sidereum autem corpus, quod est domicilium animæ, eundem ab astris cœli accepisse. ²⁰ Siquidem vero hoc inconspicuum, eam ob causam appellat hoc spiritum, primordia generis, ut dixi, ex astris ducentem, quem tamen una cum corpore terreno interire. Praeter hunc & alium nobis spiritum esse immortalem, a Deo inspiratum: ²¹ eundemque omnis generis disciplinarum capacem; quinimo omnimodae ple-

[17] Ut nequis in animum inducat, me mea modo cogitata memoriæ mandasse, oportet Crollii præfationem ad *monitoriam*, ex qua hæc in qualemcumque ordinem redegi, secundum seriem paginarum, proferre: quippe eam auctor, ut liquet, in membra haud dispersit. Usus autem sum editione M. DC. XXXV. a *Michael* in lucem in 8. prolata: in qua ante memorata pag. 48. habentur.

[18] Pag. 70. Penatis nomine eum nuncupari, quia penes nos, seu nobi-

scum nascatur. Præterea eum appellat familiarem sopherum homunculum, interiorum Paracelsi *Adech*, spectrum, Naturæ lumen, Evestrum præfagiens, & propheticum in homine, imaginationem, quæ in se claudit omnia astra, esseque omnia astra, & eundem cum cœlo retinere cursum, naturam atque potentiam.

[19] Vide pag. 67.

[20] Pag. 61. & 133.

[21] Ita pag. 59.

E e e 3

[22]

plenum scientiae, & id quidem priusquam corpori fuerit adjunctus. Quibus concessis sequi ait, cunctarum notiones rerum nobis esse ingenitas: haecque indigere modo excitatione nostra, ut in apricum proferantur. ²² Praeter haec, statuit, hominis, quatenus corporeus est, parentes esse caelum atque Terram: ideoque, qui parentes noverit, eundem facili negotio cognitionem filii assecuturum. ²³ Corpus hominis Physicum nil aliud, quam Sulphur, Sal & Mercurium esse, idque nutrimentum a Terra capere; sed sidereum, effluviis astrorum victitari. ²⁴ Tantam huic spiritui esse virtutem, ut, quorsum ille imaginetur, ipsum corpus simul attollat atque traducat, teste noctambulone, & aliis. ²⁵ Et si homo secundum hujus instinctum, quod alias vocant vivere secundum carnem, vitam transigat, planum tunc fieri, num ei convenient epitheta canis, vulpis, lupi, &c. quorum hinc inde in S. S. fit mentio. ²⁶

XV. Hominem porro, cum sit majoris mundi quinta *essentia*, opinatur, non solum imitari posse caelum, sed etiam nutu suo regere, eidemque, si modo allubescit, dominari: atque id per fidem & imaginationem. Omnes enim res habere insitam erga animam obedientiam: hinc, quod si anima magno desiderio aliquid exoptarit, omnes omnium naturalium virtutes ipsi ad vota desiderave obtemperare. In summa, quicquid corpore fit modo visibili, idem & fieri fide seu imaginatione, more spiritali. ²⁷ Ita matrem, imaginationis adnuculo, tenellulo foetui imprimere naevos; ita plurimos morbos imaginatione concitari. Quid? hominem per fidem imaginationis saepenumero plus, quam optimos quosque medicos

[22] Hic pag. 51. Platonis sententiam amplectitur.

[23] Pag. 26.

[24] Pag. 45. verum pag. 27. dicit Materiam hominis esse extractum quatuor elementorum, aeris scilicet, terrae, aquae & ignis.

[25] Pag. 165.

[26] Pag. 59.

[27] Pag. 74. 75. Imaginationem enim hominis esse magnetem attrahentem ultra mille milliaria: imo quicquid vult in exaltatione sua, id ex quatuor elementis ad se attrahere.

[28]

dicos per medicamenta idonea, operari. Etenim animam rationalem vehementi imaginatione excitatam, & ipsam superare Naturam: perque suas affectiones multa in corpore proprio immutare non modo, verum etiam in alieno; posseque utrivis, aut ægritudinem corporis, aut sanitatem, immittere ²⁸.

XVI. Crollius etiam differit multum de Astro: intelligit autem per hoc corpus insensibile, inconspicuum, sine ratione tamen in crescentibus, & in viventibus cum ratione: corpora vero esse astrorum excrementum, eorundemque operatione producta. Quæ cum ita sint, judicat, nullum corpus sine astro, & e contrario nullum astrum sine corpore visibili, existere. Astra enim formare ac producere ex se omnigena corpora, & producendo hæc illa insimul sese multiplicare. Exempli gratia. Triticum in terram projectum, cujus semen esse astrum, id est corpus inconspicuum, producere ex se corpus visibile, nec non multa alia indidem progigni astra. Pariter se habere naturam reliquorum, & crescentium, & viventium. ²⁹ Convenit Crollius etiam cum Paracelso de creaturis, seu incolis quatuor elementorum: quarum ille plura genera enumerat, quam Paracelsus ³⁰ Sed mitto ejusmodi nugæ, conferam me potius, necesse est, ad alia, scitu magis digna.

XVII. Medicum scribit oportet nasci e lumine Gratiæ & Naturæ ab interiori inconspicuoque homine. ³¹ Ad hæc oportere Medicum percontari, indagareque Naturæ convenientiam: videlicet quomodo astrum Medicinæ seu cœli magici, &

[28] Pag. 116. & 71.

[29] Vide pag. 70. & 71.

[30] Deum, pag. 28. asserit, creaturæ in omnibus quatuor elementis ad evitandum vacuum creaturas vivas inanimatas, videlicet sine anima intelligente. Aquæ inesse nymphas, *undenas*, *melosynas*, & horum monstra, seu spiritus Syrenes, aquæ innatantes:

Terræ gnomos, lemures, *Sylphos*, montanos, *Zenstros*, quorum monstra esse pygmæos: Aeri umbratiles, Sylvestres, Satyros, & horum monstra esse gigantes: Igni denique *Vulcanales*, pennates, Salamandras, superos, quorum monstra esse *Zundel*.

[31] Pag. 24.

& interius hominis Astrum inter se convenient; externum tamen perducere nos ad intestinum. ³² Praesertim vero Medicum, quem Naturae ministrum vel interpretem vocat, tunc demum consequi celebritatem, si innatam naturalium vim per Chemiam cum constellatione caeli stelliferi, ejusdemque influxu, copulaverit. ³³ Sed hic labor, hoc opus.

XIIX. Morbos (quorum tot genera, quotquot species, corpora, & semina crescentium, reperiuntur) originem ducere, putat, e Natura feminis, sive a trium principiorum astris, ut & mechanicis spiritibus inconspicuis. ³⁴ Et, quamvis opus arduum sit conari investigationem causarum morbi, nihilominus ratum habet nullum morbum esse, qui non suam habeat Medicinam; praeterquam is occulta praedestinatione, mortalibus incomprehensibili, peculiari Numinis ira genitus, evadat tandem incuratus. ³⁵

XIX. Neque vero esse Medicum, qui remediis morbum expellit, sed Naturam ipsam, qua significat *Mumiam* vel Balsamum intestinum, hoc negotium suscipere. Medicum modo illius imbecillitati, intrinsicis quoque pacto generatae, subvenire rebus externis. ³⁶ Medicinam autem veram, asserit, in vitali sulphure, totius Naturae thesauro, contineri: fundarique animalium, plantarum & fossitiorum, Balsamo. Hujus ope, si nempe debite praeparatum, & ab omnibus impuritatibus separatum fuerit, omnes omnium morborum curationes posse perfici; privatim vero, si a pio eruditoque Medico fuerit datum. ³⁷ Licet interea non neget melius aliquando esse nullum adhibere medicamentum, sed operationem soli *Archæo*, magis potenter, quam medicum cum sua medicina potest, morbos interiores pellenti, committere. ³⁸

Patre

[32] Ita pag. 46.

[33] Vide pag. 131.

[34] Pag. 46. & 122.

[35] Hac pag. 83.

[36] Pag. 120.

[37] Vide pag. 24. & 25.

[38] Ita pag. 120.

Patre creatam, quam, nisi artificialiter fuerit parata, non oportet adhibere: alteram inconspicuum a Filio per verbum. Medicamentum itaque esse corpus visibile: at verbum, corpus inconspicuum; & sive herba sanet, sive verbum, efficientiam tamen soli spiritui Dei, Naturæ conjuncto, tribuenda messe. Ita enim rerum naturam esse comparatam, ut quælibet, quæ sub Luna sunt, potentiam, qua referta, indepta sint de cælo: cælum vero de *intelligentiis*: spiritus autem a summo Numine. Verbo scripto, seu characteribus, & sigillis, ad statam siderum posituram fabricatis, præter veros Magos, accuratissimos Naturæ exploratores, neminem quemquam morbo mederi posse autumat³⁹.

XX. Quantum vero ad Naturam Medicinæ attinet, adstruit, eam nihil aliud esse, quam appositionem illorum, quæ desiderantur, videlicet virium juxta & Balsami refectionem: dein ablationem eorum, quæ redundant, impuritatis utpote morbosæ. 40 Antequam autem quoddam medicamentum effectum suum edere possit, necessum esse, ut ejus vita prima auferatur intercedente putrefactione & renovatione, per Chemiam instituta; acquiri tunc ejus vitam secundam, in qua tria principia cum suis arcanis viribus se medico manifestent. Namque sine instauratione nullum Medicinæ arcanum, quod sine quavis qualitatibus compositione consistat, haberi posse. 41 Et quamquam tale aliquis medicorum fuerit nactus; attamen quandoque evenire, ut æger non convalescat; cujus infauti successus octo potissimum rationes esse. *Primam* esse, quando terminus vitæ adest, qui nulla arte, nullisque remediis potest prolongari. *Secundam*, si propter imperiti medici ignorantiam, morbus adeo perniciosus ac internecinus evasit, ut ei deinde incassum, quamvis alias optimum, adhibeatur remedium. *Tertiam*, si Medicus tum demum, quando Natura succubuit, accersitur, Medicinam utpote morbo invalescenti faciendi ergo. *Quartam*,
fi

[39] Ita pag. 86. & seq.
[40] Vide pag. 116. & seq.

[41] Pag. 44. & seq.
Fff

[42]

si ægrotus invitus, ac medici præceptis non obsequitur. *Quintam*, si singularis cujusdam hominis proprietas, sanationi inepta, adfuit. *Sextam*, si morbus *prædestinationis* finem affectus, fieri tunc non posse redintegrationem læsæ partis v. g. cæcîtatis, surditici, calculi, &c. *Septimam*, si æger de Medico suo diffidit. *Octavam* denique, si Deus propter peccata hominem morbo, tanquam castigatione, affecterit; loco piaculi tunc morbum esse, admonereque hominem de vitæ transactæ emendatione. ⁴²

XXI. Verum mihi videor aliquem Doctrinam Crollii infectantem & exagitantem, audire, chem, inquit, quantopere discipuli a moribus Præceptoris degenerarunt. Paracelsus, ut fertur, habebatur, quin dicam etiam nunc habetur, impiorum in numero: verum asseclæ, qui doctrinam ejus propagarunt, ut Crollius, Dornæus, Hartmannus, Kuhnrad, Fludde: præcipue vero ii, quos vocant fratres *rosæ crucis*, qui incredibilem morum disciplinæque sanctimoniam præ se ferebant, fuerunt admodum religiosi; quinimo, ut, quod ego sentio, fatear, superstitionem anilesque fabellas cum Medicina admiscuerunt. Sed qualiscunque dictorum ratio est, neminem, puto, qui scit quid distat æra lupinis, in his viris probaturum superstitionem credulitatis matrem: sed selecturum ea, quæ cum sacris bibliis, cumque sana ratione, sunt consentanea; reliqua missurum ad popellum, ad aniculas, superstitionis aniliumque fabellarum mirum in modum avidas. Sed ad propositum revertar.

XXII. *Scheunemannus*, quamvis pleraque Severini placita amplexus, cumulavit tamen ea variis dictionibus obscuris. Exempli gratia. Interiorem seu *essentialem* corporum constitutionem, quam more Severini, & Crollii *Anatomiam* appellat, statuit, septem mutationum niti gradibus, combustionem nempe, *sublimatione* solutione, putrefactione, destillatione, coagulatione, & tinctura. His septem mutationum speciebus tria principia amittere qualitatem formæ, aëtri, spiritus, contra

[42.] Hæc a pag. 160. ad 170. fufius traduntur.

[43.]

DE SCHEUNEMANNI PLACITIS. 411

tra adipisci qualitatem materialem, visibilem, tactilem : Hæc tria tamen, quomodocunque fuerint mutata, variisque corporis virtutibus ac proprietatibus referta, redigi posse ad denarium, numerorum perfectissimum. Sub hoc denario autem complectitur quatuor Mercurii, tria sulphuris, totidemque salis, genera. In primo ponit Mercurium *pneumosum*, quo indicat spiritum æthereum : seu veterum calorem innatum, corporis humani lumen, omnium, quæ in corpore accidunt, actionum & motorem & rectorem. In secundo Mercurium *cremosum* : convenit huic de proprietatibus cum humido *radicali*, de quo sectatores Galeni multa decantaverunt. In tertio Mercurium sublimatum, quem, ait, esse *radicalis* humidi spiritum acutum, penetrabilem, &c. subtilissimæ naturæ. In quarto Mercurium *precipitatum*, quem esse spiritum æthereum, vere famelicum acidum, acrem, &c. esseque præterea universale universitatis rerum fermentum vivax; quas ob res solida quæque, sibi obvia, comminuat, diffringat, dissolvat. In quinto sulphur congelatum, quo vult significare spiritum purissimum, odorum, candidum, dulcem, &c. Mercurii acrem & salis amaritudinem dulcore suo, temperantem. In sexto sulphur resolutum : id liquidum & molle, omnesque partes benigno irrorare madore. In septimo sulphur coagulatum, quod natura viscidum, resinæ subinde simile, foetidum. In octavo sal *calcinatum* seu ustum, vitæ id Balsamum esse, congelareque insuper Mercurium & sulphur invicem in uniusmodi corpus : nec non omnis generis sapes ab eo originem ducere. In nono sal resolutum, quod, quamvis liquidum sit, gustu suave ac dulce : ideo tamen ei non humectandi, sed potius exsiccandi indurandique, potestatem esse. Tandem decimo in genere collocat sal *reverberatum* ; hoc generale universæ naturæ esse lixivium : potentiam huic esse purgandi corpora quælibet a fordibus : hinc, cum eas omnifariam eliminet, efficere, ut illa mundentur, generentur, vivecant. Per hunc denarium, statuit, omnium morborum ortum, circuitum, consummationemque effici atque ab-

F ff 2

folvi.

solvi. ⁴³ Et, ut exemplum fumatis ex hac doctrina, indico breviter, quos morbos, credit, ab unoquoque produci. Mercurium *pneumosum*, septem mutationum virtute debilitatum, inferre corpori omnis generis inflationes: Mercurium *cremosum*, repentinam mortem: Mercurium *sublimatum*, affectus omnigenos, quibus punctiones cum fervore adsunt. Mercurium *præcipitatum*, arthritidem, tophos, &c. ⁴⁴ sulphur *congelatum*, ardorem in febris: sulphur, *resolutum*, omnes affectus somnolentos: sulphur *coagulatum*, omnimoda corporis per loca, excretioni dicata, profluvia: sal *calcinatum*, omnigenos corporis tumores molles: sal *resolutum*, Tartarum, calculum, &c. Sal *reverberatum* tandem, varias cutis deformationes, ut scabiem, lepram, &c. ⁴⁵ Et hæc sunt præcipua *Scheunemanni* placita, quæ tamen a paucis in Theoriam Medicinæ suscepta, atque id non mirum est; perplexa enim sunt, atque magna in iis est obscuratio. Verum plurimi ut *Rulandus*, *Petræus*, *Quercetanus*, *Beguinus*, *Sala*, &c. in doctrina Paracelsi perstiterunt, exceptis iis, quæ superstitionem utcumque redolebant.

XXIII. *Helmontius* tamen, quantumvis magnam speciem doctrinæ Chemicorum præ se tulerit. nihilominus tamen præcepta institutaque Paracelsi reprobavit ex parte maxima, eorundemque in locum alia substituit, in quibus certe æque atque in Paracelsi magna obscuratio est. Enimvero introduxit in Medicinam perplura non modo vocabula peregrina fictaque; verum etiam disputationes abstrusiores, magnas quæstiones, ac opiniones de rebus multis valde obscuras ⁴⁶.

XXIV.

[43] Hujusmodi decreta, qualia qualia sunt, desumpti e cap. i. Libri, qui titulo *Medicina reformatæ* superbit.

[44] Vide cap. ii. iii. iv. & v. in quibus reliquos morbos indicat, subnectitque eorundem curationem.

[45] Hæc in capitib. seq.

[46] Non possum, quin hæc e vo-

lum i. Epist. 111. Guidonis Patini perscribam, quam asperis verbis Helmontium is perstrinxit *Pour van Helmont il n'en fera plus. C'étoit un meschant pendant Flamaud, qui est mort enragé depuis quelques mois. Il n'a jamais rien fait qui vaille. J'ay vu tout ce qu'il a fait. Cet homme ne meditoit qu'une Medecine toute de secrets*

XXIV. *Helmontius*, tria Paracelsi principia improbens, ascrivit ad hanc dignitatem duo alia: Elementum nimirum aquæ, quam vocat initium ex quo; & fermentum, initium feminale per quod cuncta efficiuntur. ⁴⁷ Eodem res redit, si quis vocabulo fermenti, formam: & aquæ, materiam, intellexerit. Alibi, ubi de industria de elementis agit, statuit, cœlum, terram & aquam, tanquam omnium nascendorum corporum materiam, ab initio rerum creatam esse; & nequaquam terram, sed cœlum, complexu suo aquam continuisse. Quo posito, existimat, hac ratione effici, aquam Terra multo nobiliorem, puriorem, simpliciore, principio propiorem, fortisque cœlestis magis participem. Quid? Sacra biblia non facere ideo creationis aquæ & aëris mentionem, quia cœli etymologia utrumque significat. ⁴⁸ Quod cum ita sit, dicta duo, aërem nempe & aquam, posthabita terra, elementa primigenia. Neque etiam hæc invicem conjungi, mutarique in uniusmodi substantiam; sed diversitatem in eorum proprietatibus apparere non modo, verum etiam has argumentationibus firmis declarari posse, demonstrarique adeo, ut nullus scrupulus amplius restet. ⁴⁹ Terram vero quod attinet, licet ea in principio ab Almo hujus Universitatis conditore creata sit, proprie tamen primordia generis ex aqua duxisse: quare etiam nullas seu generationes, seu missiones in rerum Natura fieri, præterquam quæ quibuscunque refertæ seminibus sunt. ⁵⁰ Et enim has ambas fermentis omnimodis dotatas, atque invicem mixtas, constituere modo liquorem, plantarum generationi dicatum, modo succum, mineralibus generandis destinatum; hunc ficto vocabulo *Bar*, illum *Leffas*, nominat. Pro Terra primigenia autem habet arenæ speciem, quæ apud nos vernacula est, & quæ Belgice vocatur *Quell-Sand*.

XXV.

crets Chymiques & Empiriques, & pour la renverser plus vite, il s'inscrivoit fort contre la saigné, faute de la quelle pourtant il est mort phrenétique.

[47] Libro, cui titulus est causæ &

initia natural. §. 22. & 29.

[48] De Elementis. §. 5.

[49] De Aëre. §. 11.

[50] Progymnal. Meteor. §. 13.

Fff 3

[51]

XXV. Aquam, arbitratur, femine vel fermento prorsus destitutam, productioni quarumcunque rerum etiam esse inhabilem. ⁵¹ Fermentum namque esse medium, quo semen materiam omnimodis disponat. ⁵² Quinimo Fermenti vocabulum generaliter significare, quoddam creatum formale, quod neque accidens, sed in modum lucis, ignis, formae, &c. in rerum principio conditum: hujus gratia nempe, ut femina praeparet, excitaret, praecederet. Adhaec esse primitivum rerum initium, virtutemque terræ vel locis quidem, sed non rebus feminalibus, inditam; quoniam id per se femine prius, atque hoc ipsum generet, propter generabilem, quem habet, rerum Naturæ spiritum. Ideoque fermentum feminale non esse illud, quod alterutrum duorum principiorum, sed ejusdem productum, & effectum feminis individui; qua de causâ id etiam caducum, interitumque obnoxium; cum e contrario fermentum primum, in elementorum finibus conditum, mutationis, vicissitudinis, ut & interitionis, plane sit expers. ⁵³ Fermenta porro duplicis generis statuit; alterum in se continere auram fluidam, *Archeumve* feminalem, qui sua fluxura ad animam viventem aspiret: alterum vero complexu suo continere initium motus & generationis. Præterhæc differentiam in fermento & femine ponit. Illud enim esse odorem, vel qualitatem fracidam, massam seu materiem aliquam simili labe inficientem; hoc vero substantiam, cui *Archeus*, qui est *Gas* spiritale, modo in fit, continentem in se fermentum, imaginem atque notitiam disponendi res quaslibet, secundum præscripta, quæ dispositor ille Mundi Deus prædestinavit, statuit, approbavit. ⁵⁴ Et, ut rei summam tradam, opinatur Helmontius, fermenta per semina interventu elementi Aquæ utramque in Mundo facere paginam. ⁵⁵

XXVI.

[51] De Element. §. 13. & 16.	[54] Imag. ferment. imprægn. &c.
[52] De Lithiasi. cap. v. §. 4.	§. 8. & 12.
[53] Caus. & init. natur. §. 23. & 29.	[55] <i>Ibidem</i> . §. 1. r. & caus. init. natural. §. 31.

[56]

XXVI. Arhecum esse quendam incomparabilem producendarum quarumlibet rerum naturalium scientissimum architectum his rationibus & argumentis docet. Scilicet, naturalia quaelibetcuñque generanda habere motionum, quibus plerumque praedita sunt, quendam auctorem, impulsorem, ordinatoremve interiorem. Hunc, tanquam auram, in femine fecundo clausum: hunc futuram adumbrare generationem: hunc tandem generatum corpus ad usque ejus rititionem, comitari. Sine hoc enim si res quaelibet essent, nunquam ad destinatum statum pervenirent, sed dubiam confusamque actionem, & effectum sortirentur plurimum.⁵⁶ Et alibi asserit dictum Archacum commorari apud spiritum quendam feminis, cui rerum, a se peragendarum, typos ac, nescio quas, umbratiles praenotiones, inesse: omnes autem ex praecedentis idea defluere. Neque vero considerandum hunc, quemadmodum simulacrum aliquod mortuum, seu inanimum; sed potius eum omnimoda instructum scientia, praeditumque insuper potestatibus necessariis res destinatas efficiendi:⁵⁷ atque adeo & vitae & sensationis primum esse organum: imo primum animantis motorem, ac, ut ita dicam, fabrum.⁵⁸ Sed haec argumenta ad probandum, Archacum esse, plerique hoc temporis medici infirma nugatoriaque ducunt.

XXVII. Vocabulum *Gas* omnino insolitum medicis, & inauditum, Helmontius primo in Medicinam una cum aliis inusitatis dogmatibus introduxit. Vocabulo autem *Gas* significat halitum, vel spiritum coagulari nescium. Hujus generis esse aquam a frigore in halitus mutatam: item spiritum degencrem, superstitem penes corpora, in vase clauso uita; qui tum demum fugatur, si quando in aëre libero crementur: Item exhalationes e rebus, fermentationem subeun-

[56] In tractatu, cui est titulus *Archeus* Faber, in quo pluribus verbis de admirabili incomparabilis *Archei* pote-

state disputat.

[57] De Lithiasi, cap. v. §. 4.

[58] De febrib. cap. ix. §. 12.

[59]

beuntibus, prodeunt. ⁵⁹ Quæ cum ita sint, statuit diversa ejus genera: aliud enim *Gas* esse ventosum: aliud *Gas* pingue: aliud *Gas* ficcum: aliud fumosum: aliud ferum, quod nec coerceri, nec in corpus conspicuum, cogi possit. Hujus, quod postremo memoravi, quodque ab Helmontio *Gas Sylvestre* appellatur, de genere esse flatum corporis: quos vel a cibis nondum digestis, vel a cremore, vel a stercore ciborum, vel ab alimento intestinorum degenerante, originem ducere. Quibus positis, effici inde, putat, quaternos nobis esse flatum interiores: quintum externum, *Tympaniam* vocat, extra intestinum claudi: sextum naturalem, requisitum seu ordinarium: septimum tandem veneniferum in corporis habitu. Nullum horum flatuum esse vaporem, seu halitum aqueum; aquam enim, utcumque in minimas redactam particulas, pristinam naturalemque semper, si illæ modo iterum coagmententur, assumere formam. Neque flatum esse vel aërem vel ventum: siquidem uterque non sit de compositione concretorum: Restat igitur ut omnis in nobis flatum sit *Gas Sylvestre*, alimentorum digestionem, e cibis, potu, & excrementis, exortum. ⁶⁰

XXIIX. Verum, ut ultra prosequar, mittam hujusmodi effrenum indomitumve spiritum; mecum autem alia atque alia Helmontii commenta opinionum reputanti in mentem venit *Blas*, quo indicat primo duplicem astrorum motum: uno, quo per omnis generis loca feruntur; altero, quo diversis mutationibus sunt obnoxia. Illius generis *Blas* Maris æstum, silente etiam vento, ciere: hujus vero proprietatem, in coloris frigorisque productione, consistere; quam tamen insequi potissimum solere variam ventorum mutabilitatem. ⁶¹ Quantum vero ad *Blas* humanum spectat, putat Helmontius, homini duplex esse: alterum naturalium, alterum

[59] Vide progymnas. meteor. §. 28. | tali.
tract. *Gas* aquæ. §. 6. 7. 10. 12. item
complex. atque mission. elemental fig-
ment. §. 10. & in tractat. de aura vi-

[60] De flatibus. §. 4. 32. 33. & 34.
[61] *Blas* Meteoron. §. 1. & 6.

[62]

terum voluntariorum, motuum causam esse: utrumvis non sequi, sed imitari modo, *Blas* stellarum; non coactu, sed voluntario, proinde ac quisquam unus sponte veredarii vestigia sequatur. In infirmitatibus tamen corporis *Blas* humanum sæpenumero præcedere, ac sidereo influxu quasi futuras prænunciare tempestates: pariter atque hoc assolent bruta animalia, quæ, quia uno die prius, quam homo, creata; atque adeo illorum *Blas* præcedat *Blas* stellarum: hinc præcia venturæ cujuscunque tempestatis. In hoc brutorum *Blas* cardinem seu augurii seu haruspicii verti: quo tamen tum veteres tum recentiores persæpe abusos fuisse ad superstitionem propagandam ⁶².

XXIX. Mihi autem de Archæo de *Gas* deque *Blas*, quorum jamjam mentio facta, recogitanti videtur Helmontius nequicquam aliud, cum hæc excogitasset, quam apologationes, quam vaniloquia, monumentis prodidisse. Referenda hæc duco ad ejus fabularem insectorum, animaliumque variorum generationem, interventu fermenti singularis factam. Quotus enim quisque hominum observavit unquam, si exutum hominis indusium in cumulum tritici per quicquam temporis recondatur, ex hoc progigni mures? Quin etiam herbam Basilici contusam, inter lateres depressam, soli expositam, intra aliquot dies prodere scorpiones? Pediculorum pulicumque ex fermento sudoris; & formicarum e melle & pane filigineo invicem mixtis originem ecquis nostrum credit

[62] Vide *Blas* humanum. §. 9. & 5. Quod autem ejuscemodi *Blas* fit aliquid, quod a lumine & motu astrorum diversum, abunde apparere ex hoc putat; quia ægroti alique homines, quamvis fuerint sub tecto, vel in loco obscuro positi, atque dictis careant; *analogon* Lunæ motum perferunt, venturasque tempestates prædicunt. Namque ipsis rerum feminibus esse connata & cognata cœli lumina, quæ se ad proximorum

siderum motum, adeoque ad *universa-*
lissimum astrorum *Blas*, componere. Præter hæc clausis hypocaustis ideo istiusmodi efficientiam ab aliquo observari: non quod ea forinfecus in illud incidat; sed quia cœlum intrinfecus, in initiis vitalibus gerat, quo *pentaculo* Numen animantia quæque signasse. Vide tractat. *Astr. necess. non inclin. neque signif.* &c. §. 15. & 17.

Ggg

[63]

credit? ⁶³ Non opus est hæc re & verbis refutare, satis est ea modo memorasse, vanitas eorum illico proditur. Sed ad alia.

XXX. Helmontius de alimentorum digestionem differens, ponit fena digestionum genera. Primam fieri in stomacho beneficio fermenti acidi, a liene mutuati. Spleni namque esse ventriculi curantiam, eundemque hujus digestionem præsidere, dum debitam fermenti acidi, quo refertus est, portionem ventriculo inspiret. Quod si non fuerit factum, exoriri cruditates, anorexiam, bulimum, &c. ⁶⁴ Præter hoc acidum, posuit, lieni quoque esse vitale fermentum, proprietatem, odorem saporemque, cum spiritu vitali participans. Quale, cum sit indolis falsæ ac balsamicæ, pollere adversum quartanam; cujus materiam illud subigere, vincereque. ⁶⁵ Verum enimvero fermenti virtutem cibos mitigandi, censet, non fitam esse in acore solo; ita enim si comparatum esset, deberet quoque in mechanicis fieri farinæ, ope aceti, vel succi citri *fermentationem*: at, quia hoc non accidat, effici hac ratione, concludit, fermentum stomachi esse esuriens acidum, sui generis singulare: imo & hominum & brutorum fermenta esse inter se diversa, qua qualitate, qua potentia. ⁶⁶ Argumentatur autem dogma unico panis exemplo, qui, licet plurimis animantibus, tanquam alimentum usui sit, respectu tamen singularis fermenti, singulariter vincitur, ac omnifariam immutatur: quod se abunde declarare posse, autumat, exemplo excrementorum animalium, pane cibario vescentium: quæ excrementa, quantumvis ex eadem materia sint producta, inter se diversissima esse; cujusmodi non forent, nisi panis in unoquoque peculiarem sui immutationem subivisset. ⁶⁷ Præter-

[63] Hæc habentur tract. *Imago fermenti imprægn.* &c. §. 9. 10. 12. & 13.
[64] Sextupl. digest. §. 2. 11. 12. 20. & 29. Libr. de spiritu vitæ. §. 8. Jus duumviratus. §. 8.
[65] Libr. *Scholar. humor* passiv. de-

cept. cap. iv. §. 23. & 24.
[66] Tractat. calor efficienter non digerit. &c. §. 26. Vide etiam Lib. *Imago ferment. imprægn.* §. 24.
[67] Lib. de spiritu vitæ. §. 9. Et scab. & ulcer. *Scholar.* §. 29. 30.

terhæc differre fermentum stomachi acidum a cæteris rebus acidis potestate. Illud etenim alimenta quælibet penetrando, ea reddere volatilia: cum e diverso spiritus quispiam acidus, comminuendo corpora, ipse coaguletur, vel crassescat, ac fixam stabilemque quodammodo nanciscatur qualitatem. ⁶⁸ Licet ita Natura comparatum sit ventriculi fermentum, acidum quodvis fere, debite sumptum, illi gratum, imo requisitum sit; verum tamen idem acidum, si extra ventriculum tetenderit, in perniciosissimum corporis hostem evadere; & auctorem esse, ut aliæ atque aliæ corporis partes in discrimen deveniant. ⁶⁹ Enimvero acidum in intestinis divergens, tormina efficere ventris: Lotio si fuerit immixtum, stranguriam: si inhaerit cuti, scabiem: si ulceribus, exsiccationem: si artubus, podagram, concire. ⁷⁰ Quid? totidem ulcerum fermenta statuit, quot diversæ eorum corruptiones, corruptorumque diversitates, reperiantur ⁷¹.

XXXI. Magni facit *Pylorum*, quem injuste nonnullos proinde ac janitorem ventriculi considerasse duntaxat; cum is e contrario sit digestionis primæ moderator, atque appetitus stomachi rector: & præterea intestinis imperiosus adeo, ut non modo horum contenta moderetur, sed etiam venarum vicinarum conatus enormes reprimat. Quæ cum ita sint, augustius præcellentiusque esse Pylori, quam orificii ventriculi superioris, officium. Adhæc Pylorum, nullius potestati obnoxium, habere absolutam potestatem vitalem, ac propriam, ceu uterus. *Blas* movens, omni humano arbitrio liberum. Verum enimvero, tametsi Pylorus suæ spontis sit, oportet tamen, ut is cum felle consentiat: oboriri alias dysenteriam, diarrhæam, tormina, hæmorrhoidum dolores, & similia abdominis cruciamenta. ⁷² Fel namque esse jecoris ac sanguinis Bal-

[68] Tract. imag. ferment. imprægn. &c. §. 25. & 26.

[69] Tract. a sede animæ ad morb. §. 5.

[70] Pleura furens. §. 14.

[71] Scabies & ulcera Scholar. §. 28.

[72] Pylorus rector. §. 3. 22. 17. 6. & 18.

samum, viscus nobile, necessarium, ut ne pisces quidem, quos alioquin mera aqua sustentat, sine hoc vitales sint. ⁷³ Refertum enim esse insuper fermento aliquo, quod chylo, e ventriculo egresso, ac ad duodenum pervenienti, inspiratum, immutat illius acidum volatile, in falsum volatile, vel in sal urinæ: atque hoc cum contingat, fieri secundam alimentorum digestionem: cujus officinam, quam abusive stomachum appellat, intestina gracilia esse. ⁷⁴ Tertiam digestionem perfici in venis meseraicis, ubi, tanquam in officina, chylum a bile informatum, deintegro aliam indolem indipisci, mutarique in humorem falsum rubicundi coloris; adveniente istis locorum cruento jocinoris fermento. ⁷⁵ Quartam digestionem peragi in corde, inque ejus arteria: in quibus rubentem crassioremque venæ cavæ cruorem, motu, calore, & fermento amplius laborari, volatilioremque effici. ⁷⁶ Scilicet in sinistro cordis sinu, tanquam in officina, habitare singulare quoddam, maxime vitale luminosumque fermentum, spiritum puta vitalem; quod non tantum efficere, ut cruor in sanguinem (differre enim utrosque inter se) sed ut sanguis arteriarum ultimo, in spiritum vitalem Archæi transmutetur. ⁷⁷ Hujusmodi sanguinis in dictum spiritum mutatio, habetur Helmontio pro quinta digestionem; ⁷⁸ cui tamen haud parum opitulari ait, inspiratum aërem, cruorem venarum commaxime volatilem subtilissimumque efficientem. ⁷⁹ Sextam tandem atque ultimam digestionem in culinis singulorum perfici membrorum. Totidem enim esse stomachos, vel officinas potius, quot membra altilia,

[73] Scholar. humoristar. passiv. decept. cap. II. §. 8.

[74] Sextupl. digest. aliment. hum. §. 7. 9. 21. & 24.

[75] Ibidem §. 60. & 61.

[76] Ibidem §. 29.

[77] Blas humanum §. 22. & 21. Dictam differentiam cruoris & sanguinis in hoc positam, sensit, quod sanguinis

ab anima immortalis, informetur in sinistro sinu: cruor vero minime, solaque luce, forma sensitiva participative, non autem informative illustratur. Porro opinatus est cæteras digestionem quietem exigere: quartam vero, perenni motus continuatione perfici.

[78] Sextuplex, digest. &c. §. 62.

[79] Blas humanum. §. 45.

tilia, suum cuique esse innatum spiritum, accomodum sibi alimentum præparantem. Et has esse illas sex, quas provida Natura constituit, digestiones: in septimo autem numero ipsam *sabbatizare* vel quiescere. ⁸⁰

XXXII. Commemoravi paulo ante spiritum vitalem incolere cor, ⁸¹ quin & alias ejus potestates: addatis his, velim, eundem esse qualitatis falsæ, cordisque motorem, esseque luminis vitalis hospitium. Vitam etenim humanam esse lucem formalem, autumat Helmontius, nec non ipsam animam sentientem esse lucidam, qua extincta e vestigio mori hominem. Animæ enim sentienti involutam esse hominum mentem immortalem, quam a morte avolare, postquam illa perierit. ⁸² Ad hæc spiritum vitalem communicare lucem suam cum novis spiritibus, novissime a sanguine arteriarum secretis: cujus cum participes fiant, arterias tunc infimul elevari, ac ita earundem pulsum efficere. Denique e spiritu vitali fieri, postquam ab anima prius informatus fuerit, spiritum animale, quem in nervis ultimam indeptare determinationem. Alibi scripsit huac, in sinus cerebri translatum, variam suscipere characterum determinationem: ita ut movens evadat spinali in medulla: cernens in organis visus. Reliquorum sensuum eandem conditionem esse: hoc tamen discrimen intercedere, quod si spiritus, organo cuiuspiam proprius, errore in aliud membrum ingrediatur, ineptus tunc fit, ad debitam in tali membro sensationem perficiendam. Hinc provenire non raro digitorum stuporem, partium quarundam sive motionis, sive sensationis sin abolitionem, diminutionem saltem; quoniam, ut dixi, alieno devioque spiritu irrorentur. ⁸³

XXXIII. Narrat Helmontius admirabilia, quin dicam incredibilia de duumviratus potestate, habetque hanc hypothefin,

[80] Sextuplex digest. &c. §. 67. &c.	[82] Spiritus vitæ §. 29. <i>Blas human.</i>
84.	§. 92.
[81] De magn. vulner. curat. §. 109.	[83] Vide tractatum de Aura vitali
&c. <i>Blas human.</i> §. 23.	in medio fere: & de spiritu vitæ. §. 14.
	Ggg 3 [84]

thesin, esse conspirationem in œconomia corporis bene gerenda & stomachi & splenis. Hanc vocabulo, in Medicina hæctenus inaudito, appellat duumviratum. ⁸⁴ Et primo quantum ad stomachum, superius videlicet ejus orificium, spectat, constare, ait, id maxime fenfile. Molestam enim ipsi esse manum, quantumvis leviter, & tantillum temporis, apposita fuerit. Planum putat inde fieri, illud esse cujusunque sensus fontem ⁸⁵ Enumvero unam hominis animam in stomacho, tanquam lecto suo, cubare, seu residere. Proinde vitales univertim potestates indidem ortum ducere. ⁸⁶ Alibi vero statuit, duumviratum constare ex intellectu proprio, mente immortalis, & animæ sentientis, peculiaribus sibi organis utentis, imaginandi potestate. Utut hoc assertum fuerit, caput tamen ideo nec otiosum nec frustra factum esse: sed id cogitata, in duumviratu, corporis in mediotullis sito, formata, & ad se allata, rursus in partes corporis inferiores, conducere, vel distribuere. ⁸⁷ Quamvis autemet vim primorum motuum esse effrenatam quandam imaginationem, in arbitrii potestatem nondum redactam, in splene residentem: ⁸⁸ attamen alibi, duumviratus præfidi, in hypochondrio habitanti, hanc provinciam tribuit. Imo duumviratum universo imperare corpori; esseque auctorem phantasiæ, Veneris, somni, vigiliæ, ⁸⁹ incubi, ⁹⁰ asthmatis, ⁹¹ &c. atque animæ sentientis hospitium. ⁹² Porro lienem esse cogitationum, idearumque fontem: inde eas deduci in stomachum, duumviratus socium, & in sexu fœminino, in uterum. Dictarum autem

[84] Sedes animæ §. 26.

[85] A sede animæ ad morbos. §.

I.

[86] Jus duumviratus. §. 58. & tract. sedes animæ. §. 17. scribit, Mentem non habere propinquius, aut similis sibi subjectum in quo hospitetur, quam illud lumen vitale, quod vulgo animam *sensitivam* dici. In hac Mentem involvi, & mandato divino, vitæ vinculo, ligari. Pereunte autem *sensitiva*, persui *annihilationem*, non posse mentem diutius in corpore subsistere.

[87] Jus duumviratus. §. 61. & 7.

[88] De ideis. morbos. §. 6.

[89] Duumviratus §. 15.

[90] Jus duumviratus. §. 15.

[91] Vel potius nidum asthmatis esse in duumviratu, unde videlicet totius moderamen pendere. Ita in tract. de Asthmat. & tussi. §. 28. & 29.

[92] Inprimis vero eam in stomacho resi-

tem idearum tria genera statuit. Primo ideas duumviratus : altero Archæi : & tertio uteri ideas , complectitur. ⁹³ Posita in duumviratu anima , atque adeo imaginandi facultate ; supervacuum , existimo , indagationem ejus idearum argumentis prolixè probare. Præsentiam vero idearum Archæi , Helmontius arbitratur , ostendi posse per quatuor morborum catervas ut (1) per morbos hæreditarios , quorum ideas aliquot annos delitescere , antequam se exerant ; (2) per morbos ictu morfuque animalis venenati , ut & contagio , contractos , intervallis in actum deductos : (3) per morbos *concentratos* , quos etiam vocat *torturas noctis* : & (4) per morbos , quibus virtus est inæquabilis , seu robur inæquale. ⁹⁴ Uterum denique , ut singularem habeat monarchiam , sic etiam morbos. Quemque enim efferatum uteri affectum esse quamdam insaniam , vel dementiam *Archealem* , in ipso utero residens. ⁹⁵ Et ut in summa , quod de ideis habeo , dicam , censet Helmontius , ipsis esse vim quælibetunque perficiendi potentissimam. Etenim sine his si Archæus esset , inhabilem certe eum fore ad quamcunque Naturæ actionem , operationem , propagationem. ⁹⁶

XXXIV. Superfunt duo custodes considerandi , positos hos opinatur , prope utrasque aëris valvas , ad infringendam aëris

atro-

residere. Vide tract. confir. morb. sedes §. 2. nō. 8.

[93] De conceptis. §. 1. 2. & 6.

[94] De morbis Archealibus. §. 11.

[95] Tractat. de conceptis. §. 7. &

13.

[96] De ideis morbofis. §. 19. & 20.

Ab ideis enim , scribit , omnis motio natura , & actio , tam in remediis , quam venenis , omnisque potestas naturalis seminaliter a parente quolibetunque est impressa : imo introducuntur idea exotica , aliena , ascendenteque in jam constitutas , quia idea , non secus atque lumina , se mutuo

penetrant , & Sympolum Archæi , cum Archæo perpetuum atque synergicum servant. Quæ idea , dum materiam capessunt , jam morbus natus est. Dicitis adde. quæ Helmontio sunt Libr. de conceptis. §. 21. ubi innuit conceptam ideam , in vitæ sensibilis imaginatione , esse duplicis generis. Sub altero ideas , e feminibus morbidis : sub altero , ex interiore aliqua causa , ortas , complectitur. Illius generis esse dementiam vituli canisique rabiem ; at hujus deliria febrientium , &c.

[97]

atrocitatem. Quo munere ubi debite fungantur, bene eos valere: e diverso, quando ob naturalis roboris debilitatem lassescunt, eos tunc primæ suæ destinationi ex voto satisfacere nequire: elaborare ideo copiam mucii, quem esse generis neutrius: quoniam de proprietate ei non convenit cum ulla reliquorum corporis excrementorum specie; mucum inquam ideo custodes lassos e crudiori latice, & cruore parare, ut partes oblinendo ab injuria seu aëris seu humorum defendat. Mucum proin narium superne stillantem, æque ac pituitam inferne tussiendo excreatam, a custode facultate originem ducere: excrementum quidem utrumque non inutile; at, propter custodis utriusvis errorem, noxium. ⁹⁷ Latici, cujus modo mentionem feci, & quo latini, ut nota res est, omnis generis humorem significant, Helmontius peculiarem assignavit significationem. Nempe laticem vocat istum liquorem inspidum, qui cruori quidem admixtus, sed ab eo distinctus, est. Eundem indicare satagebat humorem, quem recentiores appellant lympham, & cujus vasorum ordinem, ac progressum monstrant: in iis utpote ejusmodi liquorem, ab Helmontio meditatione solum investigatum, reapse inesse. Quinque modis dictum laticem, arbitratur, in aliquem corporis fructum redundare: (1) laticem temperare cruoris acorem; præsertim vero, si cruor laborando, sudando, balnando, &c. ob auctam corporis *perspirationem*, se nimio opere condensat; latice hinc illum dilui, ac ita reddi fluidiorem: (2) si quidem chylus vel cruor nonnunquam sale abundet, laticem tunc ipsis adminiculo esse, quoniam sal istud recipit, ut evertatur: (3) efficere, ne ullum densioris compaginis residuum, in ultima alimonii evaporatione remaneat; sed simul, ratione fermenti arteriarum, *transpiratione* foras eliminetur: (4) sudorem constituere; quem secum abducere partium, per quas permeat, fordes: (5) laticem ad linguam ad oculos, &c. adductum fieri salivam, lachrymas &c. ⁹⁸

XXXV.

[97] Vide tract. custos errans §. 26. | [98] Libr. latex hum. neglect. §. 27. 30. 5. 6. & 27. 3. 12.

XXXV. Helmontius veterum placita redarguens, statuit, morbum esse aliquid, quod, postquam nociva quædam peregrina potestas vitale principium violavit, penetravit, ac *archæum* excitavit ad indignationem, furorem, metum, &c. nasci. ⁹⁹ Morbi autem, ex aliquo semine orti, naturam initiumque, in Idea quadam feminali, & in materia *Archæi* consistere: ¹ alius vero indolis esse morbum ab externa causa productum, ut vulnera, & quæcunque meatum aliquem intercipiunt. Ideoque illiusmodi morbos habere materiam, & causam efficientem: utramque vero in ipso *Archæo* sitam: ² vel ut alio loco dicit; morbum quemvis, ab intestina utpote causa obortum, fieri ab *Archæo* in se ipso; & quidem suo pte nutu, dummodo materia quædam data occasione, vel fortuito, ipsum quomodocunque turbaverit. Enimvero *Archæum* in singulis morbis turbari calamitateque affici. Quod cum eveniat, eundem fingere suomet more in se ipso ideam perturbationis vel afflictionis, efficientem dein morbi causam feminalem. Esse autem tot morbos, quot idearum morbosarum species: & vicissim totidem ideas morbosas, quot sordium in homine diversitates. Perinde enim esse, fordes, sive forinsecus intrarint, sive intrinsecus digestionum quarumvis vitio progeneratæ, sive a succo alimentario vel vitali, utcunque vitiatæ, fuerint obortæ. Utut Natura *Archæi* morbosa fuerit,

3. 12. 13. 14. 19. & 20. Caterum quod ad ejus proprietatem pertinet, scribit §. 11. laticem in cruore oberrare permittum, non quidem ut partem cruoris, aut residuum lotii excrementum, sed ad varia utilem: ideo eum habet pro humore peculiari insipido, fatuo, innocuo, concurrente viarum focio, vide. §. 29.

[99] Tract. de ortu. imag. morbor. §. 2. Et libro, cujus titulus, progreditur ad morb. cognit. *Morbum*, scribit, appello non *diathesim*, sed ipsum ens *prævaricans*, quod ex ipso *Archæo* cuditur vitale. vide etiam ignoti hosp. morb. §.

40. Progreditur ad morb. &c. §. 14.

[1] Ignot. hospes morb. §. 77. nō. 4.

[2] Ibidem §. 31. 32. 40. & 43. scribit.

Siquidem in cunctis morbis feminalibus, materiam reperio occasionalem, qua instar violenti hospitis, impetum facientis, hospitium atque jus violat, & æconomiam turbat. Inde invenio ipsum Archæum turbari in singulis morbis; hinc namque & alteram materiam morbi internam confidero: partem videlicet Archæi, quam deturpavit propria exorbitatione, in quam partem, ideam finxit suæ perturbationis, feminalemque causam morbi efficientem.

Hhh

[3]

rit, persuasum habet Helmontius, morbos redigi ad duo genera in primis posse: scilicet ad recepta, atque ad retenta. ³ Primo complecti (1) injecta a fagis, (2) inspirata ab *endemicis*; (3) suscepta ab irruentibus, assumpta vel potu, vel cibo, vel veneno, vel medicamento: & (5) *heteroclitia*, ut torturam noctis, robur inæquale, sterilitatem. Secundo complecti, (1) relicta, seu excrementa in I. II. III. vel VI. digestionem, (2) transmutata in modo enumeratis digestionibus, (3) transmissa ab una digestionem in alteram. ⁴ Prioris generis, proditorum more, forinsecus in corpus intrantia, *Archæum* commovere adeo, ut damnofo sibi consilio ideam morbosam in sese formet, eamque suæ materiariæ parti imprimat: atque adeo verus veri morbi parens fiat. Posterioris generis nostra culpa aut defectu provenire; & tunc quidem, quando haud statim tempore, debitaque quantitate eliminentur foras: consideranda enim hæc veluti concordia, Oeconomiam animalis hostes, seu perturbatores; quos nequaquam esse participes oporteat hæreditatis vitæ nostræ. ⁵ Quod vero ad sedem morborum spectat, existimat Helmontius, morbos ad unum omnes adoriri animam sentientem; quam quidem natura sua interitioni obnoxiam, & ut paulo ante dixi, ad tunicam stomachi commorari: nihilominus tamen eandem, ipsam mentem immortalem hospitio invitare, imo suscipere: spirareque spiritum, modo insensibili, in quæcunque corporis organa, tametsi incredibilem canalium angustiam, & tenuitatem nacta sint. Posita morborum sede in anima sentiente, & hac rursus in stomacho collocata, non dubitat, stomachum morborum sentinam appellare. ⁶ Tandem morbum a morte, etsi utraque ex eodem principio exorta sint, distingui ratione idearum feminalium; quarum illum esse participem, hanc vero expertem ⁷.

XXXVI.

[3] Vide tract. cujus titulus divis. morb. §. 1. 2. & 4.

[4] Ita in morbor. phalange secund. caus. occas.

[5] Divisio. morbor. §. 5. & 6.

[6] Tract. confirm. morb. sed. & c.

§. 1. 2. nō. 6. 9. 10. & §. 9. 10.

[7] Progreditur ad morb. & c. §. 14.

[8]

XXXVI. Helmontius erat certe molestissimus decretorum non modo Galeni, sed etiam Paracelsi, exactor, irridebatque inter alia hujus de tartaro dogma, quod pro agresti habet; ⁸ quum tamen Paracelsus, ut Dissert. XIX. ostendi, ex tartaro complures morbos existere persuasissimum haberet. Quare autem Helmontius dictum dogma, quod tamen complures Medici quandoque ratum habebant, improbavit, hæc habet rei documenta. Paracelso, hoc enuntiatum, nequicquam aliud, quam quod per ignem probari possit, credendum, proferenti, astipulatur. Quo admissio probat calculum, vel lapidosam, in corpore animali inventam, materiam, & Tartarum, quo fœcem vini induratam indicant, inter se esse disparia. Scilicet Tartarum vini in aqua ebulliente liquefcere; contrarium observari, si quis modo periculum fecerit in quocunque calculi, in animalibus reperti, genere. Adhæc, utrumvis igne, secundum præcepta artis, destillatum, suggerere indagatori diversa initia. ⁹ Ex his exemplis, cæteris brevitatis causâ supersedeo, putat penitus confici, quod ad demonstrandum sibi constituit: nempe nullum e Tartaro oriri morbum: adeoque Tartari in Medicina considerationem frustra institui.

XXXVII. Is ipse autem, ut calculi in animalibus sæpe sæpius inventi, generationem, exponeret, fingit quoddam semen, in lotio per materiæ transmutationem generatum: cuius causâ calculum, quem *Duelech* vocat, lapidescere in duritiem. Istud semen adeo potens esse, ut, quamvis calculosus non bibat nisi aquam destillatam, nihilominus inde calculus generari possit. ¹⁰ Alibi vero statuit, calculum fieri a trium, natura diversorum, spirituum, quos urinæ inesse, conjunctione. Unum spiritum esse indolis salino-volatilis: alterum vinosæ, inflammantem se instar spiritus vini: & terrestris tertium.

[8] Invent. Tartari in &c. §. 1. & tartari vini histor. §. 13. 14. & 15.
 23. [10] Eodem tractatu Tartarus non in
 [9] Tartarus non in potu §. 7. Tartarus §. 7.
 Hhh 2 [11]

tium. ¹¹ Hoc pacto existimat fieri calculi generationem. Spiritum urinæ, apprehendere terram volatilem, e semine, ac fermento fracido putridoque, procreatam; postmodum suscitare insimul spiritum vinosum, occultum adhuc urinæ incolam. His, ut dixi, concurrentibus adjungere se præterea spiritum terrenum, quem, putat, prioris generis spiritus, coagulationis auctoris qualitate, imbui: quæ cum ita eveniant, contingere extemplo firmissimum dictorum connexum. Monitrosè Hercule hæc omnia; quoniam calculus in medio urinæ coagulatione; & quidem tantillo temporis spatio, progignatur: & tamen eundem postea non posse rursus in aquam resolvi. ¹² Quid? quod ratum habet, integrum hominem, posse in duritiem lapidescere, velut hujus metamorphoseos varia passim exempla profare: si modo is, in loco fracido conclusus, ab odore saxifico suffocatus; cujusmodi odorem deinde, vult, in arterias, inque solidas corporis partes, pervadentem, transmutare cadaver, priusquam putreat, in petram. ¹³ Verum enim vero, his quomodocunque positus, persuasissimum habet, Tophum, qui in artubus podagra laborantium reperitur, longe alius naturæ, ac calculum, esse. Generari enim e *Synovia*, quam esse lentorem pellucidum, ossium in articulis residentem, hos lubricandi causa a Natura comparatum. ¹⁴ Hoc lentore semel acore infecto, partes ejus aqueas sensim ac sensim exhalare. Quod cum contingat, residuum paulatim arefcere, indurefcereque adeo, ut plerumque Tophi & formam & naturam præ se ferat. ¹⁵ Quantum vero ad Podagram attinet, judicat Helmontius, eam esse characterem morbi-
dum.

[11] De Lithiasi cap. III. §. 42. & *vera essentialique transmutatione.*
 43. [13] *Ibidem.* cap. I. §. 16.
 [12] *Ibidem* cap. IV. §. 1. 2. Et §. [14] *Volupe vivent. morb. &c: §.*
 10. scribit. *Itaque generatio Duelech non* 20. *Hujusmodi Synoviam. §. 15. sensu,*
est cocta mucilaginis, vel sicca pituita ima- necubi solitariam occurrere, quam ubi
ginaria petrificatio, calore loci arefacta, duo ossa se mutuo tangunt.
aut arefcendo indurata; sed est trium si- [15] Vide de Lithiasi, cap. III. §.
mul spirituum transmutatio in Duelech, 14. 15.

dum, instar feminis in spiritum vitæ insertum; quem, postquam maturuerit, fermentum acidum una cum partibus, spermaticis dictis, fermentans progignere. Acorem igitur esse doloris causam: aut dolorem, quem noxiam atque tristem, dicit, esse sensationem, in spiritu vitali conceptam, & per vitalitatem cum anima sentiente communicatam, ¹⁶ esse vicini, boni & insontis, cruoris affluentis causam. Equidem quicquid subtilem acorem in dicto spiritu suscitatur, maturatur, auget, vel promovet, id etiam accessiones morbi provocare: verum tamen in curatione Podagræ, non considerandum præcipue esse acorem; quippe is modo a morbi causa principe productus: sed meditari medicum debere de caractere seminali Podagræ, e spiritu vitæ, abolendo, extirpando. Hoc etenim superfluitate, nihil medico gnaro dignum, perpetrari ¹⁷.

XXXVIII. Febrem, statuit Helmontius, esse ipsam partem materiale[m] *Archæi*, indignatione turbati. Nempe partem *Archæi* per iram fœdari deformarique: hinc suscipere ideam indignationis; quam ideam peregrinam *Archæum* conari intervallis de se exterminare: inde accessuum lassitudinisque in febribus causam deducendam, quia spiritus, imagine odiosa insignitus, ineptus evadit ad solita munia sui regiminis obcunda. Duplicem porro, persuasum habet, febribus esse causam adventitiam. Alteram captare occasionem, dum in ultima alimenti digestionem degeneres contingant mutationes: degenerare autem eas vel rei extraneæ admixtione, vel impressione peregrina, vel errore indignati *Archæi*. Alteram, ubi venæ mesenterii in Ilei intestini extremis trahant succum quendam, quem sterces liquidum appellat. Utravis ratione, si aliquid fuerit separatim & diutius, quam addecet, in corpore detentum; vel alicubi in partem, ubi non oportebat, de-

[16] *Ibidem* cap. ix. §. 36.

[17] Vide tract. volup. vivent. morb. | &c. §. 18. 19. 21. 23. 24. & 28.

delatum, evadere id in *Archæum* hostile, & causam cujusvis febris fortuitam. Communem omnium febrium auctorem esse *Archæum*, alicujus adventitiæ rei sibi adversæ indignatissimum. De proprietate itaque & nomine febres sibi convenire: distingui autem a se ratione materiæ & loci. Quantum vero ad locum, vel sedem febrium attinet, arbitratur Helmontius, eam primis officinis circumscribi. Nimirum ordiri a Pyloro: terminari vero in duodeno ejusdemque vasis, in cæteris intestinis & venis mesenterii; aut ordiri a splene, & terminari in jecore. Quanto autem sedes febrium fuerit ori ventriculi propior, tanto & febres molestiores, ac formidabiliores. In primis vero oportet a Medico considerari stomachus, tanquam palæstra febrilis certaminis. Hæc de sede febrium generatim: jam vero de quarundam singulatim dicam. Febris quotidianæ, ut & hæcticæ, domicilium collocat in cavitate stomachi: ardentis malignæque sedem prope os ventriculi. Pejoris enim moris esse febres, quæ in convexa, quam quæ in concava, stomachi parte resident. Quartanam solum exlegem in ipso liene inque venis, huic visceri contiguis, hospitari. Quod vero ad auctorem delirii, quem Helmontius sagittarium delirii appellat, putat is, dictum apud præcordia commorari. Fieri autem deliria, febribus quibusdam conjuncta, materia in primis febrili in officinas somniorum irreptante. Hisce hypothesis loco positus, Helmontius asseverat, omnium febrium causam adventitiâ (namque ad hanc respiceat medicus, necessum esse) una falce quasi posse amputari: & id quidem remedio sudorifero, causam fortuitam, ubicunque locorum ea demum extiterit, extenuante, resolvente, liquante, abradente, abstergente. Dicta causa autem quomodocunque correctâ, & sedato Archæi, ideas febriles formantis, furore, facile deinceps secerni, quæ & qualia debeant. Remedium, cui tale negotium committendum est, asserit, esse præcipitatum *diaphoreticum* Paracelsi: ejusmodi gloriatur omnem febrem unica potione sanare: Hæctica excepta, quam tamen intra menstruum spatium a dicto re-

remedio subjugari. ¹⁸ Quam vellem Helmontius nobiscum tale febrium remedium communicasset, occultatio seu ignatio liquoris *Alkabeft*, quo tale sudoriferum hydrargyri pulverem jubet parandum, causa est, ut ejus confectionis frustra suscipiatur labor.

XXXIX. Helmontius, mirus rerum verborumque fictor, morborum gratia commentus est aliquod soporiferum seu *anodynum*, dictos morbos efficiens. v. g. Apoplexiam, vult, ex praeludio virulento *anodyno* & cadaveroso, in praecordiis concepto, generari fortuito. Id posteaquam maturuit, inficere simili labe *Archæum* loci: quem statim, ob id ipsum vi, & superare cerebrum, & consternare. Paralyfin dicit esse partium, sensationi dicatarum, contractionem, a terrore solo excitatam. Singulares vero membrorum resolutiones exoriri a praefato veneno soporo. vertigine non adesse somniferum cadaverosum, sicut in Apoplexia, sed inebrians, quale in Tabaco. In summa omnes nervos contendit, ut persuadeat dictos affectus, ut & epilepsiam, coma, tremorem cordis, &c. sua quosque habere venena singularia, potestate tamen soporifera referta ¹⁹.

XL. Ut autem res quaedam medicamentosa fit, necesse esse, ut ipsi sit convenientia cum Archæo, & hic illam in deliciis habeat. Nec satis est talem invenisse, sed oportet nosse peræquam ejus proportionem comparisonemque, quam habeat cum Archæo, id est quo pondere, & tempore ægroto danda sit. ²⁰ Medicamenta autem agere, censet Helmontius, potissimum ratione odoris. Etenim, quia odor, symbolum fermenti, atque ideo seminalem transmutationis causam, contineat; non dubitat ex isto exemplo concludere, rerum quarumcunque vires atque robor odoribus peculiariter esse tribuenda. Odores igitur plerorumque medicaminum, ratum habet, importare praecipue corpori

[18] Pervolve librum de febr. cap. dium.
 xx. §. 10. 23. cap. x. totum. cap. xii. i.
 §. 4. 5. 7. 8. cap. xiv. §. 1. 7. cap. xvii.
 §. 4. 8. & 12. e quibus dictæ febrium
 doctrinæ quaecunque confeci compen-
 [19] Plura vide in tractat. de Lithi-
 asi cap. ix. §. 81. 82. 86. &c.
 [20] Natura contrarior. nescia §. 42.

ri aut purgationem, aut quemvis alium effectum, quem illa cedere solent²¹.

[21] Imag. ferment. imprægn. &c. §. 17. & 18. & Pharmac. ad disp. modern. §. 41. Didici pleraque remedia tra nostris auxiliari infirmitatibus. Et tract. Butler Ergo cujuslibet medicaminis vis propemodum in contactu odoris ac sifitu quodam fere momentaneo concluditur.

DISSERTATIO XXI.

DE

Campanella & Rogersii Doctrina.

I. **C**ampanella, vir sane acerrimo ingenio & in artium studiis liberalissimis & doctrinis multum versatus, ob æmulum invidentiam Magiæ, atheismi, prodigionis &c. cum incusantium, varios miseriarum humanarum casus tulit. Hujus vitam, scripta, & quam misera multumque jactata fuerit fortuna peculiari libro literis prodidit *Ernestus Salomon Cyprianus*. Quandoquidem vero Campanella in Medicina prope singularis fuit, non ab re duxi, si quædam ex ejus scriptis, quæ ad illustrandam Medicinam faciunt, excerpserim.

II. Deum T. O. M. sensit Campanella ab initio locum creasse,

[1] Exempli gratia proferam locum e *Guil Du Val* phytol. gener. quæst. 3. pag. 75. ubi verborum contumeliis Campanellam hoc pacto lacerat. *Ce sont, scribit, les mêmes dogmes des Manichéens, qu'a voulu follement, temerairement, & plus audacieusement renouveler, je ne scay quel nouveau Philosophastre, impudent, calumniateur du grand Aristote, &c.* *l'ennemy juré du Peripatisme, Frère Thomas Clochette, dit Campanelle, Dominicain. Car c'est ce vil, & méprisable Marfias, ce pygmée, ce Dave, ce Phaëton, ce Hibou, cette Charve-fouris, ce Zoile, ce jaseur impertinent, qui s'élève contre l'Apollon, le Hercule, l'Oidipe, le soleil, le prince de la Philosophie.*

[2]

asse, inque eo posuisse corpus informe actionisque expers; aptum tamen extendi, contrahi. dividi, in unum congregari, & omnem suscipere figuram, & actionem & artificium, sicut cera omne figillum. In hac corporea mole, Deum dixisse, ut nascerentur duo fabri incorporei, quos nihil posse nisi in corpore subsistat. Hos non esse formarum physicarum organa, sed formatores. Calori & frigori, utrisque principiis maxime actuosis, hanc materiam quomodocunque informandi potentiam adscripsit. Horum alterum alteri, simulatque creata essent, inimicum fuisse, dum utrumque cupiat totam materiæ molem occupare. Calorem convertisse magnam materiæ partem in fumum: ex cujus rarefactæ materiæ subtiliori parte cœlum, & minus tenui aërem, e crassiore tandem mare, extitisse. Frigus autem, quod in conflictu duriter se habebat, cum se undique ab inimico exhalante undiquaque calore superbo, suam attenuante molem, in medio circumdatum sentiret, collegisse se in medio firmamenti cum propria materiæ portione ac constituisse corpus quoddam densum, durum, immobile, Terram a Prima Sapientia vocatum ².

III. Ex hac Deum, peracta reliquarum rerum creatione, animal plenum rationis, quem vocamus hominem, procreasse ³. Compositum autem hominem esse e solido, humido, spiritu & mente, quæ ipsi propria est. Hanc non cum corpore nasci, sicut aliæ partes solent, nec interire, sed advenire post corporis perfectam fabricam. Soliditatem corpori esse e multis corpusculis se in unum locum condensantibus. Humidam vero qualitatem ipsi esse ex majori distensione & minori particularum conjunctione. Spiritalem tandem naturam oriri e moleculis maxime rarefactis, minima earundemque copulatione. Has quatuor partes mutuis utilitatibus una contineri, nec posse, ubi una defuerit, simul subsistere, sed totum compositum protinus dissolvi, excepta mente, sine qua infantem in utero plures dies, quasi animal, vivere.

So-

[2] *Campanella* Physiologic. cap. 1. | [3] *Ibidem* cap. x. artic. iv.
artic. 11. 111. & 114.

Solidas partes indigere humidis, ut harum crassiorum particulis alantur & inungantur, mobilitatem eis inferendo, & ne arefcant, & rumpantur: humidis solidis, ut ab his tanquam in vasis contineantur: spiritum vero humidis, ut earum subtili portione nutriatur; & solidis, ut retineatur ne evolet. Verum enimvero humorem egere spiritu, ut ab eo generetur ex cibis exprimendo succum aptum, ut caleat & moveatur: Solidum autem, ut sustentetur; &, ubicunque opus est, moveatur: Mentem denique indigentem esse spiritus, ut per eum corpus studiose moveat, & rerum naturalium scientiam accipiat ⁴.

IV. Mihi videtur Campanella vocabulis spiritus & animæ usus fuisse, ut Synonymis. Nam spiritum dicit ⁵ primordia generis duxisse e corpore tenuissimo, lucido & calido, mobili, potente, sentiente & appetente, ideoque mortalem esse. Animam esse ipsum spiritum tenuem & calidum ingeneratum in humore intra crassam molem, unde egredi prohibitus eam ipsam effingat formetque ad usus permanentis vitæ ⁶. Unicam esse animam, unum scilicet Spiritum in toto corpore, variis in vasis habitantem & operantem ⁷. Eundem esse spiritum, quem veteres animale, vitalem & naturalem vocarunt: nec eum tres sedes habere ut caput, cor & jecur, velut aliqui putarunt, sed unam duntaxat, caput puta: cæteras esse officinas, ut ventriculum, cor epar; aut vias & funes, ut nervos fibrasque. Caput esse nervorum, ossium venarum & arteriarum principium, licet alibi ob usus varios plus dilatentur & crassescant. Liberum spiritum dici, qui apud cerebrum habitat, & in nervoso genere inambulans, foras introque vigilias, somnum & perturbationes efficit: infixum autem, qui in fibris cutis, carnis, sanguinis &c. detinetur ⁸. Pulsum arteriarum spiritum continuo exhalantem in-

[4] Medicinal. lib. I. cap. 2. artic. 1.
[5] Ibid. cap. III. artic. 1.
[6] De sensu Rerum lib. II. cap. IV.
& cap. VIII.

[7] Ibidem cap. IX.
[8] Lib. I. Medicinal. cap. III. artic. II.

instaurare, idcirco cum nunquam, nisi in apoplexia, spiritu cerebro suppetias veniente, arteriisque cum modico crasso imperfectoque spiritu remanentibus, cessare. Per respirationem ventum cordi infundi ad excitandum vivificandumque nativum colorem & convertendum sanguinem in spiritum intra arterias, ipso simul vento in spiritum transeunte⁹. Hunc spiritum natum cœlestem igneumque esse: proprium ejus esse semper moveri, ab hujus perenni motu vitam dependere. Cor, cerebrum, arterias pulmonesque, non agere, sed pati. Hæc acceptam actionem spiritui soli referre: patibilem ipsis modo naturam esse, qua corpus factum tectumque conservetur¹⁰.

V. Licet complures in homine humores sint, sanguinem tamen pro principe habet: ex hoc, quia præ cæteris est subtilis, spiritum continenter ali: nutriri autem corpus e crassioribus ejusdem particulis: Reliquos corporis humores habet in numero excrementorum. Neque vero eos ea re ut supervacuos esse habendos, sed suum quemque in corpore usum habere, v. g. atram bilem ad famem stimulare: flavam bilem stimulare spiritum ad excernendum excrementa alvi, & ad iram: humorem, qui in percardio colligitur, facere, ut cor, ob jugem motum, ne arescat: partem feri misti pinguedine cum sanguine ex venis per medias exudantem fibras retinere Carnem & nervos & ossa, quasi rore perfusos madidosque, ut sint ad motum prompti, & ne siccescant & rumpantur. Et sic suum cuique humori usum tribuit, quem, ne longius evager, prudens prætermitto¹¹.

VI. Vitam, censet, esse solidarum, humidarum & spiritalium partium consensionem, mutuis officiis & utilitatibus in animali per calorem innatum contentam: imo vivere idem ipsi est, quod esse. Quandoquidem vero vita hominis mortalis consistet ex vita & morte: alias enim corporis particulas &

[9] De sensu rerum lib. II. cap. IX.¹⁾ [11] Medicinal. lib. I. cap. IV. artic.

[10] Lib. IV. medicinal. cap. III. 2. & libr. V. artic. I. §. 3. part. I. artic. I.

& spiritus in aërem jugiter recedere, & in hac nostra vita mori: alias vero deintegro ex cibis, ut refarciant damnum, generari: ea propter cibum & potum esse individui medicinam naturalem, sicut coitus est medicina speciei, ne intereat. Famem igitur & sitim, si congruenter naturæ fuerint, tantum abest, ut morbi sint, prout aliqui opinantur, ut sint potius amor & desiderium medicinæ, ad instaurandum corpus necessariæ. Famem vero fieri suctu jocinoris, & ventriculi venarum, quas, ubi plenæ sunt, non fugere, quia non indigent.

VII. Ægritudinem corporis, statuit Campanella, esse medium quoddam vitam inter & mortem: ¹² progigni fere omnem a destillatione, inflatione, putredine, cruditate, obstructione vel inflammatione ¹³. His in alio libro ¹⁴ adjungit refrigerationem, exulcerationem, tumorem, ariditatem, *immobilitatem* tremorem, relaxationem, animique affectiones. Hujusmodi corporis affectus habet pro causis morborum formalibus: in proximarum autem numero habet impotentiam & læsionem alicujus partis ex ingestione aut egestione, & debilitatem alicujus partis. Sedes primas morborum esse in spiritu, humore, & solidis corporis partibus ¹⁵. Et licet homo aliqua ex dictis causis non afficiatur, vitam tamen ejus non perpetuam ac sempiternam fore, præterquam quod divinæ virtutis particeps fuit. Propter peccata enim mortem naturalem homini accidere, quam fieri e morbo naturali, senectute nempe. Nam calorem nativum depasto proprio subjecto, idque in tenuitatem convertente, ad exteriora evolare, similiter ac ignis candelæ ceram aut oleum attenuat, & postea consumpto pabulo avolat. Hujusmodi mortem esse cum voluptate vel sine dolore: contra naturam vero, ubi illato morbo aut vi extinguitur & pervertatur. Senectam vero fieri continuo caloris augmento, quem semper plurimum exhalare, cum tenuitate

[12] Ibidem lib. II. cap. I. artic. I. | tic. II.

[13] Moralium cap. VII. artic. II.

[14] Medicinal. lib. III. cap. II. ar-

[15] Ibidem cap. I. artic. II.

tate tandem copiosiori, quam partes, quæ ex cibis in corpore generantur, aptæ sunt ad damnum illatum restaurandum. Adhæc epar induratum non bene & æquabiliter fundere succos, sed adurere. Inde sequi etiam caloris paucitatem in copia, & tandem debilitatem in robore, partesque exteriores fieri quasi rimosas: per quas & frigus occidens, & calorem attrahentem calorem, ingredi: hinc senes plus frigus sentire quam pueros: Pueris enim minus caloris in robore, sed plus in copia, inesse. Hanc causam esse, quare plus in corpore de cibo, quam de corpore in aerem vertatur: Ideo illos alimentis mollibus & multis indigere; solida enim eos gravare, quoniam calor ea non fundere potest. E diverso senes plus Caloris in robore, sed minus in copia, habere; idcirco duriorum & modicum cibum iis convenire. Juvenes robore & copia caloris abundare, ideoque eos solido & multo alimento vitam sustinere ¹⁶.

VIII. Verum, ne ea, quæ de calore in robore, vel in copia scripsit, cuiquam obscuritates & ænigmata viderentur, insolentem dictionem illustrandi gratia, in medium profert carbones accensos; his statuit, calorem in robore, flammæ autem, vel rebus inflammatis, calorem in copia inesse: diversitatis rationem esse subjectum vel materiam ignis, quæ si densa fuerit, ignis particulas esse magis coactas, & unum in locum quasi congregatas; sin vero rara fuerit, easdem magis spatiosum amplioremque locum occupare ¹⁷.

IX. Febrem putat Campanella non morbum esse, sed bellum contra morbum a spiritu illatum. Nec ea melius remedium animantibus, ut sanitatem amissam recuperent, a natura datum esse ¹⁸. Nec eam inter morbos, sed inter symptomata, referendam duxit. Hoc pacto eam definivit. Febris est caloris nativi in animantis venis & spiritu accensio ad putrefactum humorem coquendum, & expellendum ¹⁹. Febris autem

[16] Medicinal. lib. II. cap. 1.

[17] Ibidem lib. V. cap. 1. artic. II.

[18] Ibidem libr. VII. cap. 1. artic. II.

[19] Ibidem lib. III. cap. II. artic.

I. & cap. III. artic. II. scribit febrem

esse inflammationem spiritus contra

III 3

MOR.

tem, ut morborum remedii & allevamenti, hæc habet documenta. (1) Confessam rem esse ait, omnes morbos a superveniente febre depelli: ægrotos autem, qui, ubi opus est, non febricitant, morbo opprimi & perire. (2) Plerisque omnes medicos docere febrium accessiones fieri, ut humores pravi extra vasa ferantur, & per poros exhalent. (3) Tum demum naturam pro ægroti salute decernere, posteaquam morbus ad summum augmentum devenit; præsertim vero, ubi accessio febris fuerit maxime vehemens. Pulsus crebriorem, celeriore, vehementerem, & calorem auctum, febrem habentibus esse, ut spiritus multi, magna quippe eorum jactura in febris fit, reficiantur, qui in bello conficiendo iis, qui extabant, succedant, materiam nocivam attenuatam devictamque educendi ergo. Nam febris finem primum esse vincere dictam materiam & expellere. Quid? quod putat omnem febrem esse iracundiam, i. e. accensionem spiritus ad vindictam, i. e. ad occisionem & expulsionem causæ hostilis. Quæ cum ita sint, confici ex his, opinatur, eos in errore versari, qui censent febrem esse rem malam: quantumvis interea non negandum sit, causam ejus esse malam²⁰.

X. Febrium tria genera ponit. (1) Ephemeram, quam præcipue in spiritu, quia ibi causâ est, contra quam is pugnare debet, accendi.²¹ (2) dici putridam, quoniam putrescentibus humoribus ad hos pellendos calor augeatur, licet per con-

morbum ea causâ factam, ut noxii humores, vapores & excrementa, expellantur. Et lib. XII. cap. II. artic. I. nullam febrem, scribit, esse morbum, sed morborum remedium: nec ullam esse essentialem, sed omnem symptomaticam. Et de sensu rer. lib. II. cap. XIII. Quando inter venas malignus humor oritur, sanguis & spiritus accendantur, ad ejus expulsionem, & adeo agitantur, quod ille humor, vel vapor calefit attenuatur, & extra venas propellitur per rimulas in-

terfibrales. Et hæc pugna est febris quæ tantopere prodest, victoriosis remanentibus sanguine & spiritu: nocet autem si vincantur: non quia ipsa accensio nocet, quæ febris appellatur, sed quia superare morbum non potuit. Et Physiologicor. cap. XV. Art. I. scribit febrem esse augmentum motus & caloris ipsius spiritus, ad molestiam sibi creantem rem amovendum & expellendum occupati.

[20] Medicinal. lib. VII. cap. I. artic. I.
[21] Ibidem lib. III. capit. IV. artic. V. Et

consensum partium in toto composito febris fiat. (3) Hecticam, quam in primis in totum solidum grassari. ²¹ Primi generis vocat febrem spiritalem. Hujus causas, quoniam in spiritu ex malo jamjam illato existunt, manifestas esse. Ex animi concitationibus iram non efficere febrem, sed eam ipsam esse febrem ex sola occasione sine causa: reliquos vero animi affectus ut tristitiam, lætitiã, timorem, quin & aërem calidiorem, laborem, dolorem, vigiliã, somnum, famem, ebrietatem, cruditatem, catharrum, inguinumque tumores, cutisque obstructionem considerandas esse ut causas febrem ejusmodi inducentes; ad quas amoliendas & debellandas spiritum accendi. Siquidem vero hujusmodi febris causæ notæ & manifestæ sunt; propterea eam non difficulter a Medico cognosci: adest enim calorem mitem, urinam naturali similem, vel parum mutatam: pulsus nullam fere inæqualitatem, vel modicam saltem habentem: & accessione finita pulsus statim fieri sanorum pulsui consimilem &c.

XI. Quantum ad ejus curationem attinet, Campanella medicum hortatur & suadet ut primo spiritum ferventem & pugnantem juvet, ut vincat: minime autem hunc a pugna revocet, nec pugnam extinguat. Secundo, ut hostis, propter & contra quem bellum febrile geritur, tollatur, & spiritus dimicans victoriam ab eo reportet. Tertio, ut læsiones, quæ multæ ex hoc certamine in spiritu inque aliis corporis partibus fiunt, auferantur. ²²

XII. Ex febribus in humoribus a spiritu accensis alias continuas esse, ut Synochum, Lipyriam &c. quas fieri ab humorum multitudine: aut si locus, in quo dicti in copia insunt princeps quædam corporis pars est: aut ex quo causâ morbi, pro-

v. Et moral. cap. VII. artic. IV. *Tria sunt febrium genera, scribit, totum quidem corpus excalescencia, sed ortum proprium habent, aut in spiritibus, sic fit febris diaria; aut in humoribus, & sic putrida: aut in solidis, & sic hæctica. Et Medic.*

lib. VII. cap. III. *febres accenduntur, omnes in spiritu, hostem vero habent, vel in spiritu, vel in solido, vel in humido.*

[22] Medicinal. lib. VII. artic. 1. & II. cap. III.

[23]

propter angustiam, aliamve spiritus incommoditatem vel imbecillitatem facile expelli nequit. Alias febres in humoribus esse intermittentes, ut quotidianam, tertianam &c. alias esse medias, ut quotidianam, tertianam & quartanam continuas; quas quidem quandam accessionum remissionem habere, sed non tantam ut æger videatur feбри omnino carere.²³

XIII. In remittentium & intermittentium febrium curatiqne monet primo calorem febrilem esse promovendum, ut humorem peccantem possit attenuare, evacuando minuere, & vias ad evacuandum aptas facere, quominus spiritui incommodet atque prælium irriter. Tertio damnum, quod spiritus & sanguis; & solidæ partes in hoc certamine faciunt, refarciendum esse.²⁴

XIV. Febrem hæcticam tandem, putat non esse ullam, nisi ubi solidum forditiæ, aliave intemperiem partium efficiente re, vexatur. Tunc enim spiritum adversus causam insultantem, & solidi temperamentum depravantem, accendi; atque ideo calorem novum in solido excitare. Quandoquidem vero is agitatione nequeat simul pugnare, vitio non in vasīs, nec in medio ejusdem generis partium, sed in solidis, ad quas motionem spiritus non pertingere, subsidente: ea re febrem hæcticam non solvi, nec intermittere, sed calorem illum durare temperiemque demoliri, spiritu contra solidi intemperiem pugnante. Colliquescere autem corpus, atque adeo macere, quoniam calor in carne & cæteris solidis conclusus non exhalare potest.²⁵

XV. Concessa hypothefi, febrem quamlibet a spiritu ad conflagrandum cum hoste se inflammante exoriri, existimat, aliam ab alia differre calore & pulsu tantum. Nam quo minor calor accendatur, pulsusque ex æqualibus, temperatis &c. fiant magni, celeres, crebri & vehementes, & calor e tepido fervens, eo minoris

[23] Ibidem cap. v. artic. 1. & 111. | *lorem inclusum in solido, ita ut non possit*
 [24] Ibidem cap. vii. artic. 1. | *transpirare, nec ventilari: & cum ex hoc*
 [25] Ibidem cap. xv. artic. 1. §. 5. 13. | *sequitur nutritionis impeditio aliqua ex*
 & §. 16. scribit. *Hæctica autem fit ob causam, sequitur tabes.*

noris periculum momenti esse. Quod si calor major oboritur, & fervens quasi, itidemque fiant pulsus majores, celeriores, crebriores & vehementiores, majoris momenti periculum esse: maximi vero, ubi accessiones fuerint ardentes, pulsus maximi, velocissimi, creberrimi, & vehementissimi. Neque tamen hæc scivisse fatis est, sed addiscendam quoque esse differentiam febris ratione materiæ, quam cognosci e caloris qualitate, & accensionis modo, & coloris varietate, & materiæ, in cutim prurptione, ex urina & alvi dejectione & pulsu²⁶.

XVI. De febrium typis, quod aliquæ videlicet certum habeant circuitum, & intervallis accedant, & recedant hanc *CampANELLA* habet opinionem. Omnem febrem, censet, oriri ab quolibet humore depravato. Verum tamen accidere plerumque ut quotidiani circuitus febris a pituita, trini a bile flava, & quatrini, ab atra bile, exoriatur. Quartanam autem ex atra bile non ideo existere, quia ejus nec tanta copia nec robur est, alioquin ejusmodi febris non tam longa esset; sed quoniam atra bilis ob suam crassitiam quarto quoque die ad belligerandum provocat spiritum. Quomocunque dicta se habeant, putat tamen febris circuitum, non a natura humoris, sed læsionis, oriri. Et, ut se ex quorundam laqueis facilius expedire possit, in subsidium vocat astra, quæ motum suum semper cum rerum inferiorum motibus communicare: in primis vero omnes humores Lunæ & obediens esse & subjectos. Atram enim bilem Lunæ & Saturni: flavam Lunæ & Martis: pituitam Lunæ & Veneris: sanguinem Lunæ & Jovis: Spiritum Lunæ & Solis Mercuriique: semen Lunæ Veneris Martis & Jovis, in ditione esse²⁷.

XVII. Accessio autem febris quare brevior fiat, culpam confert in humorem tenuem, qui nullo negotio vincitur & exhalat: in meatuum, per quos facile permeat, laxitatem: & in vim corporis validam id, quod corpori est noxæ, expellendi.

[26] Ibidem cap. II. Artic. III. §. III. cap. II. artic. v. §. 9. & deinceps 3. & 6. Item moralium. cap. VII.

[27] Ibidem artic. II. §. I. & 3. & lib. I.

lendi. Accessuum vero productionis causam esse vel vasorum, in quibus materia febrilis accenditur, angustiam: vel materiae crassitiam & renixum contra coquentem & ferventem spiritum: vel imbecillitatem spiritus, qui fervorem & agitationem humoris vitiosi intendere non valet. ²⁸ Intermittere febrem, quando pars humoris valida e corpore expulsa est: increfcente autem indies reliquo humore spiritum de integro adversus eum intervallis excandescere donec totum extrudat. At enimvero, ubi humor multus est & depravatus, intra vasa & sanguinem & cor. &c. afficiens, laborare, continuo spiritum, contraque illum pugnare eum ad finem, quoad ex parte ipsum vincat, eque vasis extrudat: sicque fieri febris ad tempus remissionem, quam indicare periculum mortis præteruisse. Sin vero spiritus dicto modo humorem expugnare nequit, vitio præsertim in venis capillaribus subsistente; & partibus corporis exterioribus frigentibus, interioribus autem æstuantibus, ceu malignis morbis usu venit, tum spiritum tamdiu cum hoste præliari, quousque eum perimat, aut is ipse ab hoc interimatur; & in hac pugna accidere *crises* sæpe vincentis aut succumbentis spiritus indicia. Ubi vero accessiones una vel altera hora anticipet, & febris augeatur, significari per has morbi materiam potentioribus esse: sin autem tardius redeant & febris minuatur, indicare hæc spiritum robustum & potentioribus esse ²⁹.

XVIII. Equidem scio multos esse, qui hæc, quæ Campanella spiritui tribuit munia, habent pro visis falsis & inanibus, asseruntque eum *ὑπερβολικῶς* scripsisse, attulisseque nec argumenta nec rationes firmas, quibus docuit spiritum adeo potentem, quem sane rationis atque intelligentiæ oportet præditum esse, in corpore humano habitare; imo hujus æque ac Archæi, de quo capite præcedente scripsi, naturam esse, obscuram, & difficiles explicatus habere. Qui cum ita sit, eum in medio

re-

[28] Medicinal. libr. VII. cap. II. | [29] Ibidem lib. III. cap. II. artic. V. artic. IV. §. I. | §. 7. & 12.

DE CAMPANELLÆ DOCTRINA. 443

relinquam, tradere autem pergam quid de morborum quorundam judicatione, quam medici *Crisin* appellant, senserit. *Crisin Campanella* statuit, esse judicium vel sententiam de lite, quam morbus cum natura suscepit, orta ex humorum immutatione & tendente aut ad salutem, aut ad mortem, quando tempus congregandi eos maxime urget. Nam Naturam anni jugiter nocivos humores a locis vitæ separare, pellereque in loca minus periculosa, vel eos in utiles convertere: dein, quod noxæ est, foras expellere, quibus conversis aut expulsis oportere bonam spem de ægroto habere. Et licet tempus, quo Natura cum morbo de primatu decertet, continuum sit; tamen istud in primis morbo aptum & congruens esse, quo humores a Natura alterentur. Neque tamen omnes morbos Naturam ad certamen instigare, sed quos magnos esse. Neque hos solos ad belligerandum aptos, sed necesse esse, ut ægri natura sit potens ad hostem propulsandum, languida enim si fuerit, eam magno morbo in tantum succumbere, ut nullum inter utrosque certamen, sed potius mors confestim sequatur, vel pugna imperfecta, & ejus quoddam specimen modo. Hanc *crisin* pro bona habet, quæ evenit in morbi statu coctione apparente: meliorem autem esse, quæ in declinatione morbi, secernente Natura e corpore id, quod ipsi adversarium est. Salutaris criseos signa esse, si fiat in morbi statu, si coctio perfecta in excrementis, si in die *decretorio*, si excretiones morbo convenientes & loco affecto, si æger facile morbum fert, tandem si e morbo recreatur. Exitialis autem indicia esse, quæ dictis e diametro contraria sunt. ³⁰ Melius esse febri supervenire materiæ corruptæ in cute eruptiones, quam contra. Has enim indicare dimicantem spiritum vicisse, & morbi causam in cutem protrudisse, & causam, quæ remansit, non tantam esse, ut spiritum etiam atque etiam ad pugnam laceffere valeat ³¹.

XIX.

[30] Medicinal. lib. xv. cap. i. artic. 1. & cap. ix. artic. i. ii. | [31] Ibidem. lib. iiii. cap. xv. artic. vii. §. 7.

XIX. Morbos diuturnos, sentit, sequi motum Solis, deque iis judicandum esse, Sole proprium diametrum & quadratum attingente. In morbis vero acutis Lunæ quartas, non prout a Solis conjunctione incipiunt, sed a loco, in quo morbi in principio Luna reperitur, observandas esse per septimanas, usque quo ad idem punctum intra xxviii. dies & viii. horas revertetur. Suadet itaque Medico, ut videat in ephemeride locum Lunæ; quo temporis puncto æger primum decubuit, & expectet non in septimo, nisi Luna in medio motu sit, sed paulo ante, vel post *crisin*: quam bonam futuram prædicat, si Luna ad quadratum. i. e. ad nonagesimas cæli partes veniens, benigna aspiciat: malam vero, si maligna. Neque hæc animadvertisse satis est, sed vult dictis esse adjungendas eclipses, cometas, planetas tum faventes tum nocentes & horoscopum. Enimvero diversitatem horoscopi, putat, causam esse, quapropter e duobus eodem temporis articulo ægrescentibus consimilique morbo laborantibus, alter convalescat, alter vita discedat. Magni itaque facit prædictionem & notationem cujusque vitæ ex natali die ut passim ex ejus scriptis, præcipue vero e volumine, quod de Astrologia confecit, apparet. ^{32.}

XX. Quandoquidem vero ejusmodi prædictiones, hoc tempore a plerisque doctis pro apologationibus habentur, ea propter has prudens prætermitto: aggrediar autem ad morbos spiritum describendos. E spiritu nullos morbos per se existere, putat *Campanella*; cum enim in tantum a natura sua degenerare non posse: sed ab objectis vel subjectis causis ad

[32] Ibidem lib. iv. cap. i. art. i. & ii. N. Aspectum trigonum & sextilem Astrologi habent pro benevolo; pro noxio autem & infelici quadratum & oppositionem, quam alii *diametricalem* appellant. Qui plura de astrorum potentia scire cupit, is adeat, velim, Julium Firmicum, Ptolomæum, Cardanum Taisnierum &c.

magna cum solertia illam describentes. Nimum oportet me in scribendo esse. si præcipua tantum hujus doctrinæ capita, quæ ad supra dictorum intelligentiam faciunt, attingere coner. Tamen quædam pertractavi, supra Dissert. vii. de Astrologia pag. 96.

determinationem actuum & refectionem, & conservationem sui facientibus, morbos effici. ³³ Causarum subjectarum, ex quibus spiritum morbos trahere, duo genera statuit, humores videlicet, ex quibus nutritur, & corpori continuatur: dein organa sensibus & motui dicata; ab his cum affici, cumque his iisdem miseriis & ærumnis premi. V. C. Dolorem in spiritu fieri a vaporibus e ventriculo exhalantibus pravis, acris: nec non a crassis ventriculi humoribus. Vertiginem itidem fieri in spiritu, a vaporibus pravis ex ventriculo in cerebrum ascendentibus, quibus spiritum supernare; quos, cum natura mobiles sint, impulsus eorundemque infernas continuo sequatur, in gyrum verti, ac, cum exitum non inveniunt, insimul spiritum gyrare & premere. ³⁴ Epilepsiam generari a flatibus succosis, caput occupantibus, nervorumque poros non prorsus, sed ex parte, obstruentibus. Quos, cum spiritus excutere allaboret, atque ideo in caput confluat, causam esse, ut conflictatio & tam enormes, corporis distortionem & tremores oboriantur. ³⁵ Imo omnes morbos somniferos, & eclipsin quasi vitæ inducentes, putat, oriri a succis, flatibus refertis, a superioribus ad inferiora delatis. Podagram vero, Chiragram, gonagram, coxendicis dolorem, nervorumque & contractionem & resolutionem fieri ex humoribus, in quos vapores in capite converti, ad inferiora defluentibus, & partis, in quam influit, muneris functionem impediunt. Tantum porro abest, ut dicti morbi a se toti sint diversi, prout complures sic habent persuasum, ut potius sit eadem res, quæ dictos affectus corporis excitet, differens modo & loco & magnitudine. Nam humorem defluentem, ait, ubi in articulis pedum constiterit, viam moventi spiritui impedire, præcludere, nervosque comprimere: adeoque & ipsum spiritum inambularem & innatum afficere: & quod consequens, ita dolorem commovere magnum & acerbum. Eandem esse rationem, si humor in manibus, verte-

bris,

[33] Medicinal. lib. vi. cap. 7.

1. & 2.

[34] Ibidem cap. 111. part. 1. artic.

[35] Ibidem cap. 17. artic. v.

Kkk 3

[36]

bris, coxa, cæterisque articulis, subliterit. Si nervos repleat, atque cohibeat, quo minus spiritus movens & sentiens eos permeare possit, efficere paralyfin: si musculos & nervos referciat, ad eam partem eos torquens & relinquens, in quos spiritus alias libere & licenter solebat agere, affectum dici spasmus³⁶. Catarrhum fieri, putat, ex illis vaporibus & humoribus, qui ad cutem feruntur expurgandi; aut a frigore poros apertos intrante prohibiti & repercussi, ad cerebri, universique corporis centrum revertuntur, ibique in fluores converfi stillant deinceps ad inferiora.³⁷ Tussim esse conatum spiritus stringentis inferioris & aperientis superiores gutturis partes, cum impulsu ad expellendum aliquid rei nocivæ per asperam arteriam aut Oesophagum. Tussim enim in guttore similiter, atque sternutationem in cerebro per nasum, & febrem in venis, se habere. Aliquando tamen tussim siccam, quæ nihil fere emolitur, exoriri, ex destillatione liquorum subtilium, & acrium, ex capite in asperam arteriam: quos in respiratione obvios se spiritui dantes spiritum conari quoquo modo repellere.³⁸ De incubo ita disserit. Ex crapula, vel continua ventris cruditate generari vapores crassos, frigidos; quos cerebri spiritum affligere, meatus obstruendo; quo circa illum indidem erumpere non posse, ut munia sua sustineat: inde oriri respirandi difficultatem, & sensum pressus & strangulationis: hinc vocem tolli, & minus articulate proferri: mox tamen post dictam anxietudinem spiritum denuo prorumpere, perque solitas vias redeundo in libertatem vindicari. Mulieres, hoc affectu correptas putare se ab incubone, quem pro quodam dæmone habent, premi.³⁹

XXI.

[36] Ibidem cap. v. artic. i. §. 1. 2. Et artic. III. *Puto autem*, scribit, spiritus exhalantis, vel refugientis, vel membrorum a suo recto situ *excompaginationem*, dici *resolutionem*. Hanc non in toto cerebro, alioquin apoplexia esset, sed in spinali mædulla incipere. Artic. IV. scribit convulsionis causam, esse musculorum nervorumque obstructionem & spiritus abscessum.

[37] Ibidem cap. v. artic. II. §. 3.

[38] Ibidem cap. XI. artic. I. §. 1. 3.

[39] Ibidem cap. III. artic. III.

Part. III.

[40]

XXI. Licet complures sint cognoscendi rationes, unam tamen, cenſet *Campanella*, eſſe naturam cognoſcentem, animalem, menti ſubditam, ſenſilia eidemque objecta ſubminiſtrantem. Sentire autem eſſe præſentis objecti perceptionem: memoriam ſenſum anticipatum: fidem conſenſum, ſeu ſentire per alium: imaginationem eſſe ſimulacri, non rei, ſenſum, ſed rem repræſentantis: rationem ſentire in alio, id eſt, in noto ignotum, & concludere ex illo de hoc: intellectum penetrare tanquam jaculum ad rem, quæ non ſentitur: judicium tandem eſſe quoddam de omnibus notionibus decretum. Judicium autem falli vel ob imperitiam, quando aliquis naturam rei ab uno fortassis, & non omnibus ſenſibus, compertam habet; verbi cauſa, ubi quiſpiam remum prima vice in aqua conſpexerit, putat eum fractum eſſe, quum ira oculorum ſenſui videatur: vel ob inconfiderantiam, quando aliquis v. g. ſtatuam ligneam primo conſpectam judicat inconfiderate hominem ſe vivum cernere. Inconfiderantiam autem fieri, quando aliquis rerum, de quibus quæſtio eſt, imperitus, vel ſi res menti impedimentum infert, quo minus e rebus viſis recte ratiocinari poſſit. v. g. qui delirant, & credunt ſe videre, & eſſe, quæ non ſunt; his quidem res ita recte videri, quamvis re vera non ſint. Sic aliquis melancholicus conſpecto fortuito peponem putrido & tabeſcente imaginabatur ſe itidem putreſcere, & propterea ſudare: e ſudore, quo manabat, colligebat, & ſtatim perſuaſiſſimum habebat, ſe tabidum eſſe peponem: talem ſeſe aliquot dies eſſe, credebat, donec aëris caldor, unde ſudabat, mitigaretur. Huic humorem melancholicum, judicat *Campanella*, non falſam imaginationem intuliſſe; ſed tantum obtuliſſe occaſionem imaginandi, & rectæ rationis impeditioem. Equidem omnes humores, ubi morbos pariunt, aptos eſſe ad incommodandum ſpiritui in rebus cognoſcendis & diſcernendis: ſed atram bilem, quoniam ſua caligine obſcurat ſpiritum, & intermixta fuligine ejus diſcurſum impedit, ſine morbo, ſine febre, rationem depravare. Nam ſpiritus melancholicorum tenuiſſimos eſſe;

esse; ideoque aptos affectibus quacunq; re parva ortis: imo & scientiis occultis: id circo quoque averfari hominum confortia, quia ob nimiam tenuitatem, qua dotati sunt, maxime læduntur. Sin autem impuritas fuliginis infuper accesserit, & ex adusto sanguine humores tetri, necesse est, eos insanire, videreque imagines diras, & credere, quicquid imaginantur, esse verum. Scitiles esse, atque sagaces, memoriolaque vacillare, quoniam tenuis spiritus subito continuoque volat, nec cum adveniente fati rei perceptæ communicat. Eos autem, qui plurima crassaque bile atra referti sunt, sordidos esse, stupidos, sepulchrorum amantes, plorare, mortem appetere: spiritu in tetrum mutato, consimilia sibi cupiente. Phreniticorum delirium fieri a cerebro ejusque membranis inflammatis: qua de causâ spiritum inhabitantem attenuari, acremque evadere, & undique abigi, nec, quo se vertat, habere locum certum: undique ignem similiter, atque hominem, cujus domus ardet, timere. Hinc ipsis videri tam multa videre, quæ reapse falsa sunt: quibus judicium tamen reluctari non valere ⁴⁰.

XXII Fateor equidem, delirationis causas, quas *Campanella* excogitavit, speciosas esse; verum non certas. Et quotus quisque de re adeo retrusa atque abdita, ut delirium quoddam est, planius & apertius disseret? Prætermittam itaque, quæ nimium recondita & penitus abstrusa a natura nobis relicta sunt; sed eorum loco dabo, quod *Campanella* de medicamentorum facultatibus sensit. Omnia medicamenta, censet, agere in corpus ratione caloris vel frigoris. Medicamenta, quæ his facultatibus dotata, vocat *activa*. Caloris autem & frigoris naturam in se ipsis nec augeri, nec minui; sed in subjecto, in quo recipiuntur, amplificari, & minui. Præterea calorem differre a se ipso in subjecto, robore & copia, veluti paulo ante memoravi, & tum hæc verba, quoniam
obscu-

[40] Medicinal. libr. vi. cap. iii. part. ii. pag. 340. & deinceps. item pag. 349.

obscura videbantur, exposui. ⁴¹ Ex odore acuto, & laxa exilique materia cognosci res, copiam caloris: e gravi odore & materiæ densitate robur caloris habentes: Hujus generis esse rutam, raphanum, allium &c. illius vero origanam, ocimum, petroselinum &c. Ex iis, quæ robore frigida sunt, esse glaciem, nivem: ex iis, quæ copia, aërem borealem, ventum a septentrionibus, aquam fontanam &c. Quod si medicamentum quoddam calefaciens excedat corporis nostri calorem in robore & copia, illud hoc destruere, vel eam corporis partem, cui admoventur, lædere: nec ei salutare, vel ex usu futurum, nisi corrigatur, mitigetur: vel si unquam utile fuerit, id casu evenisse tantum. Rerum calefacientium nos indigere aut ad substantiam alicujus membri, aut ad solam qualitatem, calidam augendam. Si animus est calefaciendi substantiam, adhibendam esse medicinam, caloris robore illud membrum plus minusve ex sententia medici vincentem: sin vero qualitatem alicujus visceris, ut hepatis, splenis &c. calidam augendam medicus desideret, adhibendum esse remedium copia, & non robore caloris illam exsuperans: contra, ac dixi, si medicationis viæ institerit, effecturum medicum, ut visceris istius calida intemperies, & durities, quas merito & jure abominatur, exoriantur. Quandoquidem a frigore materia aliqua liquida condensatur, vel contrahitur, & a calore tenuia corpulcula e solidis expelluntur, confici ex his, judicat *Campanella*, nec humidum nec siccum esse qualitates actuosas, ut nonnulli vulgo credunt, sed esse duos gradus ejusdem materiei. Neque medicamenta agere & moliri aliquid ratione siccitatis, neque ratione humoris; sed per calorem exsiccare, perque frigus humectare, vel utrumque facere ob particularum vel humidarum vel siccarum admixtionem ⁴².

XXIII. Quare autem aliæ res singulariter capiti; aliæ pectori

[41] Vide supra pag. 437.
[42] Medicinal. libr. v. cap. I. artic. I. I.

tori : aliæ ventriculo : aliæ jocinori &c. maxime conducant, aut noccant, non posse, existimat, illarum efficientiam apte beneficio primarum qualitatum explicari ; sed esse cognationem naturæ, & quasi concentum, consensumque, quam Græci *συμπάθειαν* : aut illis quoddam contrarium, vel disensionem, quam *ἀντιπάθειαν* vocant. Proinde dictas res non ullam vim habere, nisi quatenus ex qualitatibus primis constituantur : nec modo inter se, sed etiam cum stellis, & cum rerum universitate eandem effectum fortiantur ⁴³ Quid ? quod & septem sidera, tanquam causæ rerum inferioris mundi universales, sunt consideranda. Ab hoc fonte & capite deducit complurium morborum causas pariter & remedium multorum agendi rationem. De his Astrologorum more uberius ac fufius disputat, quam quod ego ea hoc loco edisserere possim ⁴⁴. Quid supra ⁴⁵ de his uberius ac fufius in contrarias partes disputavi.

XXIV. Interroganti in quam Medicorum familiam putem *Campanellam* referendum esse, respondeo; mihi hujus dogmata, cum aliorum dogmatibus comparanti videri cum in numero *Pneumaticorum* esse habendum. Nam hi, ut supra ⁴⁶, ostendi, spiritui magnam vim quodlibet fere in corpore animante efficiendi adscribebant. De eadem hæresi est etiam *Rogerfius*, quanquam Iatro-Chemicum præ se gerat. Sed placet mihi aliquid ex ejus doctrina degustare

XXV. *Helmontius* quidem sena ⁴⁷ at *Rogerfius* quina, digestionum vel coctionum genera statuit in corpore humano esse. Primam appellat *Chylifin*, quam fieri in ventriculo, in quem mansos cibos demitti, quos inibi intercedente calore, & fermento acri ab arteriis forsan advecto, vel ventriculi plieis inhærente, inter se mutuo colluctantes, & reniten-

[43] Ibidem artic. III. §. 6.

[44] Ibidem cap. III. artic. I. & seq. usque ad cap. VII. vide etiam cap. XIV. libr. III. de sensu rerum & Astrologi-
corum libr. IV. cap. VIII.

[45] Vide supra Dissertat. VII. de Astrologia pag. 196.

[46] Vide supra Dissert. xv. pag. 132.

[47] Vide Dissert. xx. pag. 4. 8.

tentes exagitari, imo quaquaversus tumultuose ac turbulente ferri eum ad finem, quoad ciborum compages soluta, atque illi in succum cinereum, hordei cremori similem, qui *Chylus* vocatur, conversi fuerint. ⁴⁸ Hunc liquorem postea e ventriculo demitti, & in tenuia intestina: ex his puriorem illius partem, a fibris intestinorum continuo se contrahentibus & dilatantibus & spiritibus animalibus impellentibus, peli in *galaxiam* vel venas lacteas, ex his in venas *meseraicas*, unde eundem rubrum in succum conversum denuo protrudi ad hepar, ubi triplicis generis succos ab eo fecerni: tenuiorem ferro similem ad renes, deinde ad uretheres & vesicam: crassiores ad lienem: medium partim ad porum biliarium, partim ad vesiculam bilis, amandari: residuum chymum ita a facibus depurgatum, adminiculo hepatis caloris, & fermenti ejusdem, & spiritus naturalis conjunctione, perfectiorem reddi ad tertiam coctionem, *hamatofin* puta, in corde subeundam. Secundam autem, de qua jam modo dixi, appellat *Chymosin*. ⁴⁹ Tertiam peragi cordis calore & fermento, ejus foco vel appensis vasis immorante: quinimo perennem cordis motionem multum ad ejus perfectionem facere. Nam a corde dilatato chymum defæcatum suscipi in ejus ventriculum dextrum: indidem autem per ejus contractionem propelli per arteriam pulmonis ad hoc ipsum viscus: & confestim ex hoc repelli per arteriam *venosam* in sinistrum cordis ventriculum: ex quo, consummata jam nunc ejus coctione, sine ulla mora per illius contractionem in arteriam aortam impelli; cujus ope deinceps partem ejus per arterias *carotides* sursum ad cerebri ventriculos, *pneumatofeos* ergo, amandari: partem vero deorsum ad minores arterias mitti, ex his in venas impelli, sicque per universum corpus distribui ⁵⁰. Quartam coctionem, quam *pneumatofin* vocat, subire sanguinem, per *carotides* ad cerebri vasa delatum, caloris fermentique anima-

[48] Ita libr. II. cap. I. Sect. II.

[49] Ibidem Sect. III.

[50] Ibidem Sect. IV.

animalis virtute. Agitari enim moverique continenter sanguinem istic locorum, fierique particularum crassiorum a subtilioribus secretionem: Illas ad fundum aut infundibulum præcipitari, has vero, quæ spiritum animale constituant, in nervos susceptas per totum corpus, sensus, motus, & nutriticus gratia dispensari. Perplacet ipsi sententia Willisii, huic utpote spiritus confectioni similitudinem cum Chemicorum destillatione esse, statuentis calvariam pro alembico, nervos pro totidem rostris, in quos spiritum elaboratum derivari, habendos. ⁵¹ Cæterum licet hic spiritus, quantum ad ejus naturam attinet, principio uniusmodi sit, eundem tamen putat in variis sensuum organis quadantenus informari, singularesque qualitates adipisci. Nam eum, qui ab *opticis* nervis hospitio accipitur, pellucidior, rariorem, & forsitan igneum esse: eum, qui nervis auditui inservientibus inest, esse subtilem magisque aëreum: eum, qui nervis gustui dicatis servit, esse humidior, pinguiorem: qui olfactui, sicciorem & puriorem: qui tactui tandem blandior, æquabilior forsitan & spissior. ⁵² Quintam coctionem, quam *spermatosin* nominat, fieri censet in testiculis vasisque seminalibus, e materia per innumeros nervulos illo delata; ubi hanc interveniente calore & fermento seminali converti in semen, & in germen: hoc, quod tantummodo fœcundum judicat, *prostat*: illud vero testibus, asservari. Quid? ad *spermatosin* rite perficiendam multum facere existimat, triplicis generis spiritus, ut (1) naturalem, quem progigni in *chymosi* e salis potissimum alimentorum principiis: (2) vitalem, quem in *hæmatosi* e principiis magis sulphureis: & (3) animale, quem *pneumatosi* procreare ex elementis maxime *mercurialibus* & æthereis. Quinimo persuasissimum habet hos spiritus in *spermatosi* cum germine conjungi ⁵³.

XXVI.

[51] Ibidem Sect. v. & cap. II. Sect. III. & deinceps, copiose & abundanter de *pneumatosi* scripsit, quam non modo in animantibus, sed in fossitiis inque plantis etiam a natura institui, multis argumentis tuetur.

[52] Libr. II. cap. III. Sect. x.

[53] Ibidem cap. I. Sect. VI. & libr. III. cap. I. Sect. IV.

[54]

XXVI. Ab his quinque coctionibus vitiatis, tanquam totidem fontibus, deducit *Rogersius* magnum morborum numerum, ut a *chyloſi* læſa, anorexiam, bulimum, picam &c. a *chymoſi* hydropem, lenteriam, dyſenteriam &c. ab *hæmatoſi* anhelationem, pleuritidem, peripneumoniam &c. a *pneumatoſi*, ubi ſpiritus craſſius, lentus &c. fuerit, lethargum, apoplexiam &c. ubi nimis tenuis adeoque nimium actuoſus, phrenitidem, cephalalgiam, ſpaſmum, maniam &c. Neque tamen fatiſ eſt, ſi quis morbos e vitiata *pneumatoſi* ortos, in duas tantum claſſes, ut jam jam dixi, diſtribuit? ſed auctor noſter plures commemorat ut (α) in qua collocat morbos, ex intemperie *pneumatofis* nimium frigida & humida productos, ut hemicraniam, carum, paralyſin, incubum &c. (β) morbos ex intemperie *pneumatofis* nimium calida & ficca, ut febres, vigilias maniam, phrenitim &c. (γ) ex intemperie *pneumatofis* nimis frigida & ficca: (δ) item calida & humida: illius generis eſſe metum, triftitiam, melancholiam &c. hujus autem vertiginem, laſſitudinem, torporem &c. (ε) morbos ex læſa *pneumatofis* ab excretis aut retentis ortos, ut catarrhum, lippitudinem, raucedinem &c. Nec his claſſibus cuncta *pneumatofis* vitia comprehenduntur, ſed iis ſubjunctis depravationes, quas *pneumatofin* concipere ratione organorum, congruentem naturæ constructionem & figurationem non habentium; in primis eorum, quæ ſentiendi movendi, nutriendique facultatibus ſerviri debent ⁵⁴. En fontes uberrimos, a quibus, in complures deintegro rivulos diſperſit, deduxit ſexcentas, ut ita dicam, morborum ſpecies. In hoc tam immenſo campo mirum quantum libere vagetur, proferatque tam multas membrorum conditiones & cauſas, ut vix quiſpiam cas memoriter enumerare poſſit. Eadem ratio eſt *ſpermatofis*, de cujus a qualitibus primis vel ſpiritibus vel ab organis male conſtitutis contracta vitioſitate fuſe diſſerit. Ad ſummam, ne agam de ſingulis, in principum cauſarum

[54] Libr. II. cap. VII. Sect. II. & III.

farum morbos quoslibet fere producentium numero habet Chemicorum principia , tartarum , fermentum , in primis vero , spiritum. Hæc recensita utramque paginam faciunt : in his cardo *Physiologiæ* & *Pathologiæ* vertitur potissimum ⁵⁵.

[55] Libr. III. cap. VII. Sect. I.

DISSERTATIO XXII.

DE

Roberti Flud Institutis Medicinæ.

I. **E**os , qui obiter modo Roberti Flud a Fluctibus libros evolverint , arbitror , assensu suo comprobaturos , virum hunc summe omnium doctrinarum studiosissimum , suisque in rebus , quæ usum vel sacrum vel profanum habent , exercitatissimum. Placet mihi hoc capite quædam ex ejus in lucem editis voluminibus attingere , quæ ipsi ad illustrandam Medicinam facere visa sunt.

II. Sed , ut ab initio rerum exordiar , Deum T. O. M. , censet solum & unicum esse rerum universitatis *principium simplex & absolutum* , a quo , in quo , & per quod omnia alia sive sint principia , sive principiata , derivantur ¹. Ab hoc , quem ut unitatem in numero considerat , duas sibi maxime adversarias proprietates , putat , exortas & derivatas , tenebras utpote , primarium materiæ informis , quæ in potentia modo erat , tegumentum , & lucem , materiam mundi informem caliginosam forma lucida imbuentem. ² Lucem quidem & tene-

[1] Medic. Cathol. tom. I. tract. I. *dicali sunt duo principia mundi lux & tenebra. Ex tenebris materia , ex luce*

[2] Ibidem cap. III. & cap. VI. vel *forma mundi, orta , sine quibus in mundo nihil , & nihil mundus.*

[3]

DE ROBERTI FLUD DOCTRINA. 455

tenebras fuisse res easdem in monade omnium antiquissima ; verum posteaquam partu ineffabili fuerint editæ , has factas esse inter se maxime contrarias : lucem enim res illuminando tenebris , & tenebras vicissim obscurando luci resistere . Enimvero tenebras efficere rem abditam & occultam , inducere timorem & mœsticiam , tollere verecundiam , conciliare somnum : e contrario lucem reddere rem cognitam & manifestam , pellere pavorem , torporem & segnitiam , afferre autem confidentiam fortitudinem , lætitiâ , verecundiam , nec permittere , vt animal quiescat , quoniam in ejus sanguine vitam & motum excitat : campse enim esse formarum & actionum originem . ³ Tenebras insuper frigoris & densitatis , lucem vero caloris & raritatis esse causam . ⁴ Hisce positis funditus repudiat sententiam eorum , qui lucem & tenebras , tanquam duo principia æterna , quorum alterum boni , alterum mali , originem primariam crediderunt ; illudque Deum , hoc vero dæmonem vocarunt ⁵ .

III. Neque vero in his subsistit Flud , sed statuit diversos principiorum ordines : Primarium esse Deum : secundaria lucem , tenebras , aquam , quasi immediate a fonte *Eusoph* scaturientes : tertia quatuor Peripateticorum elementa , quæ proxime a *Monade* , & immediate a secundariis existere ⁶ . A-

[3] Ibidem cap. xv. & utriusque Colmi Histor. Tract. 1. libr. 1. cap. v.

[4] Philosoph. Mosaic. Sect. 1. libr. 1v. cap. 1. Medic. Catholic. Tom. 11. Sect. 1. part. 1. libr. 1. cap. 1v. quo copiose atque originem , naturam atque efficientiam pertractat.

[5] Med. Cath. tom. 1. tract. 1. Sect. 1. libr. 1. cap. vi. In hoc summo errore versabatur , teste Plutarcho de Isid. & Osir. Zoroaster , qui statuebat duos esse Deos , quasi contrariis deditos artibus , ut bona alter , alter mala opera conficiat : eum , qui est melior , Deum , qui deterior , Dæmonem appellabat : illum Oromazam maxime similem esse

lucis , & ex luce purissima natum : hunc autem , quem Armanianum vocat , similem tenebris & ignorantia , & caligine . Manes etiam , ut auctor est Epiphanius contr. Hæres. libr. 11. tom. 11. esp. lxxvi. §. 8. colebat duos ingenitos Deos per se naturales sempiternos , alterum alteri oppositum , & alterum quidem bonum , alterum vero malum introducebat ; alteri lucis , alteri tenebrarum nomen tribuebat : & lucis quidem esse partem , animam in hominibus ; tenebrarum vero , corpus & materiæ opificium .

[6] Med. Cathol. Tom. 1. tr. 1. sect. 1. part. 1. libr. 1. cap. 11.

[7]

quam vero imprimis habet pro universale cunctarum rerum tam naturalium, quam earum, quæ præter naturam, sunt subiecto, vel materia ex qua: quam tamen ante illius visibilis creationem fuisse inconspicuum, nihilque aliud, quam aërem universalem 7. Materiam elementi, putat nihil aliud esse, quam simplicem materiæ primæ orbis superioris complexu suo continentis, & jam per claritatis præsentiam in actu deductæ portionem: quas portiones tanto magis a se distinguere, quanto forma *essentia* ditiores sunt. Harum autem portionum in quolibet cœlo quatuor esse genera, & non plura; illam enim materiæ cujuslibet portionem, quæ plus formæ *essentialis* i. e. lucis & minus terræ habeat, dici ignem; quæ vero minus formæ & plus materiæ, terram: ex quarum mixtione produci de integro duo elementa intermedia, quorum alterum terræ magis particeps esse, ut aquam, hinc utrasque qualitatem frigidam sortitas, quia minus formæ, plus materiæ habeant: alterum autem, aërem utpote, ignis consortem: ambos natura calidos, plus formæ, minus materiæ esse nactos. 8 Aquas autem, quæ ex tenebricosa, & informi abyssu præsentia & virtute divini *Ruah Elohim* fuerunt ante omnia extractæ & in actum reductæ, habet pro communi omnium rerum subiecto, vel materia, ex qua omnia expressa atque effecta sunt, & pro subiecto ad condensandum & rarefendum apto: rarefieri autem aquas a calore, earum partes, quæ ante a frigore erant contractæ, dilatante: e contrario condensari aquas a frigore, earum moleculas, quæ antea calore erant dilatatae & attenuatae, in molem unicam congregante vel contrahente 9.

IV. E binis principiis, tenebris puta & luce, ortas esse primas duplicis generis qualitates simplices, frigidam atque calidam: calidum formas amplecti & rei unicuique præstare vitæ functiones, ejusdemque animæ esse comitem; frigidum vero

[7] Ibid. tom. II. sect. I. part. IV. | I. lib. I. cap. IX.
lib. II. cap. I. & II. | [9] Philosoph. Moyseic. sect. I. lib.
[8] Utriusque Cosmi Histor. tract. | IV. cap. I.

[10]

vero corpora possidere, diligere, ac iis naturaliter inhærere. Ex hisce duobus, v. g. si calidum cum æquali frigidi parte jungatur, fieri humidum: siccum vero, si humidum penitus abfuerit. Hujusmodi ergo qualitates secundæ sunt, quas *Artesius* simplices de simplicibus appellavit ¹⁰.

V. *Materiam primam*, censet, esse quoddam infinitum, informe, in potentia tam ad aliquid, quam ad nihil, nullius quantitatis seu dimensionis, cum nec parvum nec magnum dici possit, nullius qualitatis, cum nec sit subtile, nec spissum, nec perceptibile, nullius proprietatis nec inclinationis, non movens nec quiescens sine ullo colore, aut qualitate elementari, omnium tamen ætionum passivum primum, rerumque capax. ¹¹ Hujusmodi rem, quæ a compositione omnium est remotissima, appellavit *Hylem*: secundam esse materiam elementorum per se ratione dominantis frigoris vel caloris distinctam, & nominibus variis propter varios ejus situs & effectus vocatam. Tertiam esse Chaos vel materiam confusam, indigestamque molem, in qua cuncta elementa erant confusa & commixta, eo quod ex illis terra & aqua, quæ cæteris sunt graviora, sursum usque ad orbem Lunæ assurgebant; ignis autem & ær, tanquam leviora descendebant usque ad terræ centrum ¹². Quartam, & ultimam materiam primam, quæ corporibus propinquior est, & ex qua infimi coeli composita immediate generantur & multiplicantur, in animantibus esse sperma, in plantis femina, inque fossilibus sulphur & hydrargyrum ¹³. Purissimum sulphur autem, nihil aliud esse quam ignem *essentialem*, tincturamve simplicem a luce divina immediate ortam, & sine illius præsentia nihil in hoc mundo vivere aut esse posse ¹⁴.

Sal

[10] Ibid. tom. I. tr. I. sect. I. part. I. libr. I. cap. V. & utriusque Cosmi Hist. tract. I. libr. I. cap. VII.

[11] Utriusque Cosm. Hist. libr. I. cap. IV.

[12] Ibid. cap. X. & Philos. Moytaic. sect. I. libr. III. cap. VI. *Chaos erat confusa quadam & frigida atque sic-*

ca moles, quousque lux divina e tenebris apparebat, & in aquarum congelatarum massam operabatur.

[13] Utriusque Cosm. Hist. tract. I. libr. I. cap. X.

[14] Medic. Catholic. tom. I. tract. I. sect. I. part. III. libr. V. cap. VII.

Sal virgineum, si primigenium & simplex consideretur, esse vitæ pabulum & cibum per pulmones ad cor atque arterias introductum, esseque balsamum vitæ pretiosissimum, aëreo spiritui inclusum, & per arterias in corpore undique expansum, atque calore nativo facile accensum, & in sui simile conversum, in quo, & per quem Deum immediate in creatura agere¹⁵. Enimvero quicquid in hoc mundo oboritur, fieri a sulphure Mercurio & sale, quæ una agere in creatura, ad imitationem radicum suarum; videlicet lucis sulphureæ, aquæ mercurialis & salis ex utrisque conflati. Ex his tribus cuncta per gradus esse creata; ita tamen, ut hæc tria sola proprietate distincta, in unica consistant natura: sicque omnia esse tria & tria unum. Quinimo prout anima mundi nihil aliud est, quam consensus unitatis in *trinitate*, sic elementa, quæ mundus numero quatuor constituit, revera non nisi tria esse, ad imitationem mundi & ejus animæ compositionis, quam etiam ex tribus constare, videlicet ex tenebris vel materia tenebrosa, luce formali, & materia intermedia: *hoc est*, inquit, *ut Pythagorice loquar ex eternitate seu verbo lucido, litigio tenebroso & pane, vel materia intermedia*. Ex his, opinatur, mortalium corpus, ut ex elementis cœlestibus animam & vitam, constare. Quod si aliquod ex his elementis extra harmoniæ nexus amoris ignei sit egressum, vitæ temperiem corrumpi, sanitatisque imperium violari: bellum enim intestinum hinc esse inter elementa compositionem vel corporis, vel animæ, vel utriusque vitam constituentia, ortum¹⁶.

VI. Licet aliqui de veteribus calidum, frigidum, humidum, siccum pro elementis habuerint, commodius tamen, arbitratur, in eorum locum substitui ventos quatuor principes, ut subsolanum, austrum, favonium & septentrionem; quatenus anima cujuslibet elementi ab illis oriatur. Nam afflatum septentrionis frigidum & siccum, aërem in naturam terræ

[15] Medic. Catholic. tom. II. libr. I. de Ouramantia cap. v. | III. libr. v. cap. VII. & hoc eodem tomo
[16] Ibidem tom. I. tract. I. sect. I. part. | libr. II. cap. III. [17]

terræ mutare, atque ideo terræ esse originem: ventum, qui ab occidente spirat, frigidum & humidum aquæ: qui a meridie calidum & humidum, aëris: qui ab Oriente, calidum & siccum, ignis initium esse. Ventum autem vocat naturam angelicam spiritu sapientiæ æternæ informatam, atque in vasto Mundi spiritu Mercuriali motam atque exagitam, quo & quando ipsi placuerit. Elementum vero nihil aliud ipsi videtur esse, *quam spiritus mundani portio qualitatis per se expers: vel portio quædam essentialis venti cujusdam angelici afflatu animata.*

VII. Vocabulo mixtionis nonnunquam late utitur ad indicandam mixti alicujus compositionem: interdum compressius ad significandam elementorum vel naturæ ventorum cum spiritu, cui insunt commixtionem: hoc est miscendorum atteratorum conjunctionem, ex qua corpus naturale compositum existere. Mixtionis rationem sequi temperamentum, quod proprie non esse mixtionem, sed potius ipsius mixtionis rationem vel dispositionem seu ventorum seu eorumdem qualitatum. Si ea absolute æqualis fuerit, dici temperamentum ad pondus: aliquid non absolute temperatum appellare, in quo tantummodo est commistorum ventorum in spiritu, vel elementorum mediocritas, sed minime simplicitas ¹⁷.

VIII. Colores oriri, autumat ex profundiori vel superiori naturæ unius tertii in alium: etenim lucem, quo profundius ea in diaphanum penetret, eo obscuriorem, & in opaco multiformiter mutare objecti intuitum. Gratia exempli in medium profert carbonem nondum accensum, quem, ob sulphur in sale *centrali* occultatum, nigrum esse, more enim chaos confusi omnia inibi esse tenebris obruta: at si parum inflammetur, exoriri colorem cœruleum, in quo multum nigredinis vel fumi nigri & parum flammæ esse: verum si plus flammæ crocæ & minus fumi atrii adsint, vel si fumus sit aliquantum subtilior, quam in cœruleo, viridem oboriri colorem: at si æqualis fuerit carbonis nigri cum igne
ful-

[17] Ibidem part. I. lib. v. cap. 1.

fulphureo corpori ipsius adhærente, rubrum produci colorem: ubi vero flammæ pars tenuior fuerit in aëre, proveniri flavum: albedinem tandem in aëre illustrato reperiri. Quinimo rem colore esse nigro, si lux nulla: albo si nigroris nihil: flavo, si albedo & rubor æquales: croceo, si plus nigræ & minus albitudinis: rubro, si nigræ & alboris medietas: viridi, si lucis & nigræ æqualitas: cœruleo, si plus nigroris & minus lucis fuerit¹⁸. Sed satis mihi videor attigisse, quæ ad Physicam generatim spectant; ordo scribendi postulat ut me convertam ad ipsum hominem, quem Hermes filium mundi vocabat, & Socrates totius mundi incolam & civem arbitrabatur.

IX. Hominem Robertus Flud ducit immediate ab ipsa Sapientia Divina, ipsum mundum *typicum* undique implente & vivificante, & materia mundi humida e chaos radicitus exurgente, & in cœlum & terram virtute diætæ Divinæ Sapientiæ distincta, conflatum¹⁹. Quid? quod suas cuique in Divinate personæ tribuit partes ad procreandum primum hominem. Nam ex parte Patris nos habere materiam præparatam seu spiritum tam gloriosa forma dignum: ex parte Filii seu Sapientiæ, dari formam tali materiæ convenientem; glutine & nexu Spiritus Sancti fieri conjunctionem in naturam angelicam, qua universalis mundi spiritus animetur, & vitam suam ducat. Ex quibus confici, putat, vitam & animam esse totam a Deo, in Deo, & quasi ipsum Deum, creaturarum utpote, præsertim vero hominis, vitam dicrumque longitudinem; causam scilicet. Utique ex²⁰ eodem fonte, Deo puta, vitam, & quod consequens est, sanitatem fluere. *Nam ex una parte, scribit, spiritus passivus a materiæ potentialis est fonte, quæ patri refertur, & ex altera parte lux formalis & agens ex parte verbi seu filii, utpote qui est emanatio deliciarum & jucunditatis a fonte radicali: horum unio est ipsa vita.* Ex hisce clarissime apparere, judicat, sanitatem esse vitæ ad justitiæ & per-

[18] Medic. Cathol. tom. I. tract. I. sect. I. part. III. libr. V. cap. VII.

[19] Ibidem part. I. libr. II. cap. II.

[20] Ibidem cap. I.

[21]

perfectionis metam vel mensuram exaltatæ actum vel effectum: e contrario morbum vitæ impeditæ & imperfectæ, vel decrepescens & debilitatæ effectum: & utrorumque tam salutis & vitæ, quam morborum & mortis auctorem actoremque primarium esse Deum, cujus in manu esse animam omnis viventis, & spiritum universæ carnis ²¹.

X. Incredibile est, quam multum ingenii *Flud* habuerit ad fingendum. Exempli gratia afferam munimen valle & quatuor propugnaculis ad cardines mundi positum septum: hujus in medio provolutus genibus orans homo: in singulis vero propugnaculis singuli angeli collocantur ad inhibendam dæmonum turbam, a quaternis ventorum spiritibus versus quodvis propugnaculum efflatam, hominemque ni boni genii in custodia positi prohibuerint, adoraturam. Angelum, qui ex oriente spirat archidæmonem *Samaelem* cum sua caterva, vocat *Urientem* vel orientem, impetum hujus retundere Archangelum *Michaelem*, in propugnaculo illi opposito in custodia positum: eum, qui a meridie flat *Azazelem* cum sua cohorte, nominat *Amaymonem*, noxam ejus amovere *Urielem*, qui e regione in excubiis est: eum, qui ab occidente proflat *Azazelem* cum sua caterva vocat *Paymonem*, cujus maleficia homini inferenda, repellere *Raphaelem*, in opposita munitione vigiliis agentem: eum denique, qui a septentrione *Mabazaelem* & ejus assecclas exspirat, *Egynem* appellat, cujus improbitatem retundere *Gabrielem* ex adverso in propugnaculi vigilia stantem. Ne autem aliquis hoc hieroglyphicum mysticum salutis munimentum pro fictis & commentitiis fabulis habeat, mentem suam sententiamque confirmandi causâ notat varia e Sacra Scriptura loca, quibus putat confici, Deum ventis & ab iis emissis malis spiritibus tantam, quantam *R. Flud* iis tribuit, mala facinora faciendi potestatem permittere. ²² Putat ad hæc Deum benevolentia erga hominem pri-

mas

[21] Ibidem cap. III. & cap. IV. | libr. IV. cap. VII. & seq. ubi cacodæ-

[22] De his vide Medicinæ Catho- | monum vim, quam in macro- & mi-

lic. tract. I. præfationem & tom. 2. | cro-cosmo habent, copiose descripsit.

M m m 3

[23]

mas detulisse magno Michaeli, a *Cabbalistic Mittatron* vocato, cujus ad curam spectare animæ, vitæ, atque sanitatis custodiam : malevolentia primas vero *Abaddoni*, a Grajis Apollyoni nominato, ad cujus hostilem & litigiosam naturam attingere infirmitatum morbos & mortem hominum de quibus illum tandem triumphum agere ²³.

XI. Verum enimvero, priusquam cacodæmonum ventorumque singularem hominibus inferendi morbos potentiam enarrem, oportet prius indicare quo pacto ad stabiliendam de spiritibus opinionem *R. Flud* morbum & sanitatem, aliter quam supra §. IX. ostendi, definivit. Sanitatem, scribit esse affectum vel statum naturalem, ortum suum a benedictione propter obedientiam ducentem. Morbum esse affectum præter naturam a maledictione divina propter peccatum ortum atque effectum; ut autem spiritus, tanquam causæ proximæ morbum inferentis, mentio fiat, has duas exhibet definitiones. *Morbus est plaga, quam angelus percussor corpori humano, sic volente & permittente, imo vero & animante Domino, infligit.* Vel *Morbus est plaga, quam malevolens Jehova in cor inobedientis per percussorem, sive malum angelum immittit* ²⁴. Siquidem vero etiam venti soleant morbos corpori importare, ea propter hoc pacto morbum definivit. *Morbus est meteorum aliquod infaustum maledictione divina seu Jehovæ irascentis actu in mortalium flagellum animatum* ²⁵.

XII. Cacodæmones ergo, ut miram incredibilemque eorundem vim ostendam, putat *Flud* producere in solo hominis spiritu aëreo subtili diffidentiam, idololatriam, iram, furorem, timorem &c. Ratione spiritus aërii densi & humoribus immixti morbos ignitos ut pestem morbosque contagiosos, phrenitum, guttam roseam &c. vel morbos aereos turbidos ut vertiginem, epilepsiam &c. vel flatulentos, ut hypochondriacos

[23] Ibidem tom. I. tr. I. Sect. I. part. I. libr. II. cap. III.

[24] Medic. Cathol. tom. II. sect. I. Part. II. cap. II.

[25] Ibidem cap. III. ubi insuper trinas hujus generis finitiones memorat, quæ tamen maxime inter se conveniunt.

DE ROBERTI FLUD DOCTRINA. 463

cos flatus. Ratione corporis aqueos morbos, ut hydropem ventris fluxum, gonorrhœam &c. vel aëreos ut lepram, scabiem, scirrhum &c. Ratione corporis & spiritus simul efficere in hominis spiritu aëreo vel flatus, unde tympanitidem, colicam, spasticos affectus &c. vel æstus & ignes, inde pestem, febrem ardentem, inflammationem &c. In aqua vel hominis elemento pituitoso paralyfin, aquam, intercutem, catarrhum &c. in terra vel partibus solidis stuporem, apoplexiam, œdemata, scirrhus &c.

XIII. Neque vero in his, quæ generatim Dæmonibus adscripsit, substitit *Flud*, sed recenset præterea cujusque Dæmonis, in una ex quaternis aëris regione, rerum potientis, singularem homines nocendi potestatem. Persuasum enim habet eum, qui in aquilonari plaga, quæ tenebrarum & frigoris sedes est, dominatur, condensando corporis humani humoris obscurandoque ejusdem spiritus, inducere stuporem, carochem, lethargum &c. tristitiam, desperationem &c. ægrotaones: eum, qui in occidente primatum tenet, efficere in corpore humano hydropem, catarrhos &c. eum, qui in australi mundi plaga obtinet principatum, inferre pestem, contagiosas febres, psoram &c. eum denique, qui Orienti cum lumino imperio præest, cum sua geniorum malorum cohorte, excitare febres ardentem, omnis generis inflammationes &c. ²⁶.

XIV. Simili propemodum ratione differit *Flud* de meteoris morbidis in aëre procreatis, quorum alia esse tenebrosa, quæ bipartitur in septentrionalia & occidentalia: alia lucida, quæ denuo in duas classes distribuit, in orientalia nempe & meridionalia. Metecora ex ventis septentrionalibus, esse vel non

[26] Med. Catholic. tom. II. libr. IV. membr. II. cap. VIII. & deinceps capite XIV. Christianis nimis inculcat, ut hanc de Dæmoniorum morbos quolibet inferendi potentia doctrinam serio & sedulo expendant, perutilem enim

hanc ad medicinam faciendam esse. Vide etiam sect. I. part. III. libr. I. cap. IV. & V. & tom. I. tr. I. sect. I. part. I. libr. II. cap. IV. ubi pluribus verbis de angelorum percussorum malignitate disputat.

[27]

non contagiosa, vel contagiosa. Illa partitur rursus in ventosa, liquida, vel solida; ventosa vel male afficere animam, & inducere ratione circii sollicitudinem, mœrorem &c. ratione Boreæ tristitiam, ignorantiam &c. ratione Aquilonis invidiam, desperationem &c. vel corpus, quare ex parte Circii oriri scotomiam, epilepsiam, convulsionem &c. ex parte Boreæ flatum, hypochondriacam, stuporem &c. ex parte Aquilonis insaniam, febrem quartanam, uterum nigrum &c. Liquida ventosa inferre ratione humoris melancholici vel fecis sanguinis, in quæ potissimum dominantur, apoplexiam, appetitum caninum, dysenteriam &c. Meteora ex ventis borealibus solida, quæ ex liquidorum concretione existunt, esse gangrænam, cancrum, scyrrhum &c. Ventosorum tandem septemtrionum contagiosorum meteororum unicum esse princeps, ut lepram: cætera de proprietate cum illo convenire, ut impetiginem, tineam, lippitudinem. Eodem modo pertractat reliquorum ventorum cardinalium meteora morbida, quæ, ne nimius cuiquam videar, sciens prætereo 27.

XV. Verum enimvero, non satis erat tot dæmonia ac meteora ventosa tanquam morborum fontes & capita statuisse, verum is, ut ostenderet se ingeniosum ad comminiscendum, insuper in Astrologorum castra se conjecit, decrevitque astrologum judicium in sanitatis tuitione nequaquam esse negligendum: imo Astrologiæ cognitionem medico maxime necessariam esse. Ex stellis fixis, præsertim vero quæ in signifero orbe sunt, alias esse ad corpus homini salutares, alias vero

[27] Vide tom. I. tract. I. sect. I. part. III. libr. III. cap. II. & seq. & tom. II. sect. I. part. III. libr. II. part. I. cap. I. & deinceps, id est, a pag. 84. usque 156. item libr. IV. membr. I. part. II. cap. I. a pag. 174. ad 228. item libr. IV. membr. IV. cap. II. Incredible est, quam subtiliter, & copiose de ventorum vi morbos tum animi tum corporis efficiendi disseruit, placitaque sua auctoritate vel Sacræ Scripturæ, vel Hermetis, vel Hippocratis vel Galeni stabiliverit. Quid? ne aliqua ex parte ejus doctrina manca quodammodo atque imperfecta esset, pag. 421. & seq. varia experimenta physica in medium protulit, quibus persuasissimum habet, confici ventos e varia Mundi plaga flantes omnimodis corpus & animam pariter afficere.

[28]

vero homini inimicas atque infestas. V. g. illa Zodiaci signa, quæ domicilia sunt Jovis & Veneris, vitæ humanæ esse gratissimæ, cujusmodi esse Tauri sidus, a quo defluere suaves Plejadum influentias, propter fœlicem nexum, qui factus est inter Geminos: quod sidus, quatenus madorem suavem & influxus moderate calidos in animata inferiora demittit, humano generi admodum salutare esse ²⁸. In primis vero magni facit stellas errantes, quia, dum omnifariam in corpora hominum influentias suas demittunt, efficiant cum quaternis corporis humoribus, bile puta, sanguine, pituita & atra bile quatuor temperamenta, ut *cholericum, sanguineum* &c. ²⁹. Multus est *Flud* in explicanda planetarum efficientia, quam habent ratione loci, quem in Orbe signifero in singulos dies occupant. Fausta, infausta, utcunque homini usu venerint, benevolentia vel malevolentia eorundem adscripsit. Quandoquidem vero de his supra Dissert. VII. satis superque disputavi, ea de causa hæc consulto prætermitto ³⁰.

XVI. Memorat præterea *Flud* morbos vel meteora morbosa *empyrea*, Divina, seu *idealisa*. Divina hæc vocat, quatenus immediate oriuntur a Deo, vel se contrahendo, quem actum sequi tam tenebras spirituales quam meteora spissa seu septentrionalia: vel se dilatando emittendove lucem suam malevolens; sic fulgura in nube ad metam certam dilatatione emitti; sic morbos igneos in corporibus generari. Sed quia hæc, quæ de Deo philosophatur, penitus abstrusa sunt, idcirco ea in medium relinquam ³¹.

XVII.

[28] Medic. Cath. tom. I. tr. I. sect. I. part. III. libr. I. cap. I. & seq.

[29] Ibidem sect. IX. part. II. libr. I. cap. III. & seq.

[30] Ibidem tom. II. sect. I. part. IV. libr. IV. membr. III. cap. IV. & deinceps vel a pag. 366. ad 407. Et de Divinat. Iatromathem. a pag. 166. ad 203. Eadem fere habet, quæ Julius Firmicus, ad 203. Ptolemæus, Cardanus, Tañnier Manginus &c. Astrologiæ

doctores.

[31] Videtom. II. sect. I. part. III. libr. I. cap. I. & III. ubi ideas, ad mentem *Augustini*, definit, *formas æternas & incommutabiles in mente Divina*: velut Scotus *res objectivas cognititas ab intellectu Divino*. Siquidem vero hæc sint æternæ, consequens esse, ait, has esse ipsam Deum, quia plura æterna non sunt.

XVII. Teneri tamen non potui, quin hoc loco declararem causas morborum, quas *Flud* appellat *formales*. Harum quatuor genera, ratione quaternarum Mundi plagarum, posuit, ut lepram, quæ ipsi videtur fons omnium morborum tum contagiosorum tum non contagiosorum, ad septentrionem: Epilepsiam ad Occidentem: pestem ad Meridiem: & febrem ardentem ad orientem. Definitionem lepræ, quam Galenus aliique a Christiana religione averfi doctores dediderunt nauci facit; loco ejus autem alias suggestit ex quibus unam asseram. V. g. *Plaga lepræ est quædam carnis ab aëre corrupto & depravante defectio, homini a Jehova propter peccatum insiſta, in qua aut tumor, aut scabies, aut macula alba cum pilo ut plurimum candido, ipsa cute profundior apparet* 32. Ad genus lepræ refert meteora corporea septentrionalia tam contagiosa, ut porriginem, scabiem, ulcera maligna &c. quam minus contagiosa, ut podagram nodosam, scirrhum &c. Corpus meteori leprosi, censet, non aliter in humorem melancholicum resolvi, quam glaciem limo permixtam in aquam turbidam & limosam. Et, ne profanis auctoribus asferentiri videretur, novam humoris melancholici inauditamque asfert definitionem, v. g. *Humor melancholicus est liquor quidam aëreus, malevolo spirituum borealium assatu in consistentiam lentam, atram & iristem (maledicente Jehova) ad peccatoris flagellum alteratus*. Scilicet corpus leprosum, putat, in humorem melancholicum, qualis prius erat, converti: hunc vero vicissim in spiritum borealem, ex quo dictus humor primordia generis duxit. Melancholiam hypochondriacam describit esse *statuosam quandam spiritus humani perturbationem a Jehova per angelos suos a boreali, vel binis simul oppositis mundi plagis spirantes ad peccatoris flagellum productam, quam sequi indignationem, mærorem, viscerum elevationem, cordis palpitationem*

[32.] Ibid. se. c. I. part. IV. libr. III. | candida, cutis humana defectio, a Deo
in præf. & mem. br. I. cap. II. ubi & | Elohim per ministros suos Boreales Been E-
hanc tradit descriptionem. *Lepra est pla-* | lobim dictos, peccatoribus loco flagelli in-
gatimida scabiosa, & ut plurimum can- | sista.

tionem, stuporem, conturbationem &c. Infolens est etiam stuporis definitio, quem dicit esse *plagam quandam spiritualem, gelidam & soporofam, per stupidum suum in proprietate boreali ministrum, ob peccati punitionem, inflictam, in qua nervorum virtutem, motusque facultatem in suo actu & officio quasi impotentem, & ad quietem fere preparatam videri* ³³.

XVIII. Ex aqua seu occidentali Epilepsiæ materia crassiori & terrestri, sensit, exoriri œdema, scrophulas &c. operante spiritu magis centrali, terreno & ad quietem tendente: e materia crassiori & aqua vertiginem, paralyfin, lethargum &c. spiritu magis stupido, frigido & aquo materiam congelante: e tenuiori & magis aquo generari Hydropis species &c. ex aère, omnis generis catarrhos. Epilepsiam vero esse *meteoron quoddam turbinosum, ab Adonai per afflatum spiritus immundi & aquatilis in proprietate occidentali spirantis, tempestuosum, propter peccatoris punitionem productum, in quo ægroti spiritus certis Lune statibus, sed præcipue plenilunio, instar turbinis a dæmonio jactari & conturbari, & ipsos percussos & elisos in terram spumantes, & cum stridore dentium quasi mortuos volitari.* Oedema esse *plagam ex substantia aqua a Jehova per spiritum occidentalem ad proprietatem septentrionis vergentem leviter coagulata, quam comitari tumorem mollem, laxum, dolorisque expertem* ³⁴.

XIX. Pestem, statuit, principem esse in omnibus meteoris Australibus; in hac reliqua infalubria tam contagiosa, quam non contagiosa, tanquam in arca reservari. Pro improbata veterum pestis definitione hanc, quasi vero magis perspicua esset, substituit. *Pestilentia est sagitta Dei volans in tenebris ab occurso seu dæmonio meridiano proveniens, atque in peccatorum flagellum ejaculata, cujus toxico spirituali & æstuoso plagæque seu ictus invisibilis virulentia multa millia hominum hic atque illic cadere animadvertuntur* ³⁵.

XX.

[33] Ibidem cap. iv. & v.

[34] Ibidem membr. ii. cap. i. & | [35] Ibidem membr. iii. cap. i.

ii.

XX. Febrem definit esse *Jehovæ in æstu & ardore suo per percussorem aëre orientali indutum propter peccati plagam visitationem, in qua ægroti spiritum æstu consumi, vel causam esse gravem quandam atque æstuantem peccatoris a sagittis Jehovæ orientalibus seu igneis percussione, cujus virulentia spiritum ægroti ebibi, cum substantiæ fluore efferverescere flatibusque siccis elevari viscera, cutem linguæ esse denigratam, ossaque præ nimio æstu arefcere, pulsamque velociter & præter naturam solutum sine requie laborare.* Hujusmodi febrem ardentem igneam & siccam, caput seu ducem esse, sub cujus ditionem cadere reliqua ignei imperii meteora vel spiritalia, cujusmodi esse febres cunctas in spiritibus, & meteora omnia in humorum regno tam febrilia ut phrenitem, delirium &c. quam, quæ sine febre sunt, ut partis cujusquam inflammationem, intemperiem siccam &c. ³⁶. Et, ut clare ostenderet febris ardentis procreationem, sumpsit tanquam res concessas, aërem nil aliud quam quoddam sal volatile, qualitate autem nitrosum esse: siquidem vero sanguis est substantiæ aëreæ, colligit ex hoc sanguinem nitri participem esse, hinc illum, quamdiu in corpore est, fluidum semper & quasi igne dissolutum permanere simul atque vero idem e corpore eductus fuerit, eum protinus instar nitri congelari. Quando jam sanguis bili flava sulphurea contaminetur, fieri non posse, quin igneam imperiem indipiscatur, inque actum reducatur, carbonis sane maligni accensi instar: inde exoriri febrem ardentem cum ingenti in visceribus murmure, magnoque ardoris cruciatu. Si non satis aëris a calore rarefacti ad implenda cerebri interiora fuerit, ad locum vacuum implendum elevari æstuosum atque biliosum regionum inferiorum spiritum, igne febrili accensum, cujus immiti æstu morderi partes cerebri

[36] Ibidem membr. iv. cap. 11. & te) opprimens, quæ peccatorem infirmum tollit, & veluti turbo rapit eum de suo loco. Plus quam sexcenta loca e sacra Scriptura profert, quibus supra traditas definitiones probare contendit.

z. Mirum, quanta est usus Fluid metaphora ad hanc febrem definitionem. Febris, scribit, est ventus quidam ab Elobim Gibor urens, seu tempestas ab eo abluosa, nocte, (hoc est tenebris & ocul-

DE ROBERTI FLUD DOCTRINA 469

rebri magis fenfiles , atque adeo inquietudine perturbari , inque alienationem verti ſpiritus imaginandi facultatem moderantes , inde phrenitidem vel delirium generari ³⁷.

XXI. Et victus rationem, cenſet *Flud*, ſolere nonnunquam morbos vel meteora morboſa procreare. Aſſentitur quidem Hippocrati , mutationes temporum potiffimum pariunt morbos , & in temporibus magnæ mutationes aut frigoris aut caloris fiunt, ſcribenti ³⁸ : verum putat omnia nutrimenta tali anno producta ut triticum , hordeum, fructus & radices, imo vero ipſa pecora & volatilia nanciſci peculiare vires ratione illius anni, & quartarum ejuſdem præter naturam a ventis alteratarum: unde colligit , huiuſmodi alimenta ab homine comēſta in ſingulare humores diſiſa vel converſa tam inſalubres ventorum quam elementorum, atque etiam imperſecte ab iſtis miſtorum proprietates ſanguini impartire ; atque ideo creaturam reddere morbis eorundem conditionibus convenientibus obnoxiam , *nifi ipſius natura contra ipſorum inſultus ſit commode fortificata atque præparata , aut fomento talibus influxibus in ſua conditione inclinato deſtituta , uti in morborum vulgariu ortu atque procreatione videmus* ³⁹.

XXII. Reprehenſori dogmatum ſuorum, inſtabilitatem eorundemque objicienti, ex dictis ratione concludenti hoc modo, ſi alimenta, ſi elementa, poſſunt tum agendo tum patiēdo omnis generis morbos hominibus inferre, quid mihi cum iſtis ventorum & angelorum figmentis, otioſi cujuſdam cerebri, & tenebrionis inconstantis opinionibus? reſpondet *Flud*, *ſi Deus implet omnia idque eſſentialiter & præſentialiter, ſi Deus operatur omnia in omnibus tunc certum eſt, quod Deus ſit & operetur centraliter in qualibet atomo totius univerſi*. Nam ſpiritum corrumpi neſcium , teſte Salomone, eſſe
in

[37] Ibidem cap. VIII. demonſtr. 20. & 22. Hoc capite multa experimenta aſſert, quibus ante oculos proponit complurium morborum productionis rationem ut aurium tinnitus, ſtatus hypochondriaci, catarrhi, vertiginis, gonorrhæe, phthiſis &c.

[38] Aphoriſm. ſect. III. §. 1.

[39] Medic. cathol. tom. II. libr. IV. membr. IV. cap. IX.

in omnibus, hunc cujuslibet rei centrum, cujus circumferentiam nusquam esse: quinimo verbo Domini firmatos esse cœlos, psallente Davide, & spiritu ab ore ejus omnes virtutes eorum. Quæ cum ita sint, confici ex his, concludit, omnem actum & motum provenire a magno illo mundi animatore, qui a fonte *Ensoth* seu infinitatis quasi legatus, nuncius seu angelus catholicus in mundi civitatem emittitur, a quo omnes tum postea angelos subalternos, quasi radios a plenitudine divinitatis emissos scaturire, ad verbum & placitum creatoris efficiendum ordinatus & paratissimos. E loco Psalmi civ. *Angeli Dei validissimi robore efficientes verbum ejus facientes, ministri ejus placitum ejus*, colligi nos posse, arbitratur, quod effector mundi & molitor Deus nihil sine instrumentis istis, angelis puta, agat, nihil moliat, sed voluntatem suam. v. g. Borealem cœqui gestire in spiritum & per spiritum mundanum 4°.

XXIII. Temperare mihi nequeo, quin hoc loco commemorem quoddam thermometri genus, quod *Flud* vocat speculum *calendarium*. Constructio ejus ita se habet. Capiatur instrumentum ordinarium e sphaera & tubo gracili conflatum: hoc modica aqua adimpleatur, donec tubus inversus in temperato aëre ad medietatem plenus sit, qui tum in vasculum aqua repletum immittatur. Longitudini tubi in tredecim partes æquales partiti adscribitur medietati ejus primus, & ab hoc inferius ad vasculum sex, totidemque superius ad sphaeram usque, gradus, ita ut in qualibet extremitate septeni gradus sint. Incredibile est, quot ac quanta ratiocinia argumentaque tam ad physicam quam ad Medicinam spectantia ex hoc instrumento collegerit *Flud*. Imum vasculi habet pro polo Austriali, superficiem aquæ pro tropico solstitiali, & regione elementum ignis, iracundiam, furorem &c. icterum, crysilepatem, gangrænam &c. Urinam tenuem, rubram, nigram &c. indicante medium pro æquatore & moderata

[40] Ibidem cap. viii. demonstr. 35. in conclusione p. 466.

[41]

DE ROBERTI FLUD DOCTRINA. 471

derata vitæ temperie, supremam tubi partem pro tropico brumali, & regione elementum terræ, mœrorem, tristitiam &c. scirrhum, cancrum, apoplexiam &c. Urinam tenuem, albam, lividam &c. ostendente: summitatem sphaeræ pro polo Boreali. Gradus 2. 3. 4. ab æquatore versus superiora tubi convenire de proprietate cum elemento aëris; perque hos significari ingenii gravitatem, mœsttiam & lenteriam, pleuritidem, peltem &c. Urinam spissam, obscuram, fulvam, rufam &c. ⁴¹

XXIV. Morborum, non modo, ut supra ostendi, sed & *Criseos Flud* inusitatam & novam definitionem fecit. v. g. *Crisis est velox in pugna inter spiritum percutientem, & illum læsum sive percussum facta, motus post sententiæ Jehovæ vel miseriscentis ad bonum, sive vitam, vel irascentis & severis ad malum seu mortem conducentis prolationem.* ⁴² Lunam, censet, esse causam, ut morbi acuti, Solem vero, ut lenti diuturnique, solvantur. Incredibile est, quanta diligentia & subtilitate *crisum* mysteria pertractaverit. Ego haud injuste cuiquam

[41] Instrumentum hujus modi non uno modo delineatum exhibet Philos. Mosayc. sect. 1. libr. 1. cap. 111. & v. Medic. cathol. tom. 11. Sect. 1. part. 1. libr. 1. cap. v. libr. 111. cap. 1. 11. 111. v. part. 111. libr. 11. partic. 1. cap. 1. part. 1v. libr. 1v. membr. 1v. cap. vii. & de Ouromant. libr. v. membr. 11. cap. x. Sed, ut hæc se habeant, videtur mihi *Flud* interdum in partitione tempestatum anni errasse, dum trinas imi tubi partes orienti, & ternas infrequentes æquatore tenus meridiei, assignat. Nam secundum hypothesein contra est experimentum; siquidem tempore brumali aqua ob coarctatum a frigore aërem altissime tollitur: e contrario tempore æstivali eadem ob dilatatum a calore in sphaera detentum aërem maxime versus infima tubi loca deprimitur.

Quæ cum ita sint, consequens est, ut in nostro climate hæc ponatur non orientis, ut *Flud* habet, sed meridiei sedes. Sic etiam oriente sole atmosphæra frigidior est, quam cum sol ad occasum commearit: ergo post tres septentrionis gradus debent totidem orientis, hinc temperati unus, & deinceps tres occidentis poni. Hæc enim omnia quamvis instrumentum dextre se habeat, præposteris verbis pronunciavit.

[42] Tom. 11. tract. 11. part. 11. membr. 1. libr. 11. cap. 11. ubi & hanc dedit. *Crisis est velox & subitanea Jehovæ vel benevolentis vel malevolentis in natura egroti ab hora ipsius decubitus sive percussionis lictoris. Divini custodia commissam & in carcere quasi ad diem usque judicii detentam sive ad libertatem sive ad necem & sequutio.*

[43]

quam nimius in scribendo haberes, si ea recensere in animum meum inducerem. Quid? quod auctor Astrologorum viæ potissimum insistit, & omnimodam siderum constellationem, tanquam criseos causam, sumit. Hujus gratia orbes duos cum indice supra limbum inferiorem fixum versatiles finxit, instrumentum vocat speculum criticum: adeo multa eis inscripta sunt, ut pagina non una sufficiat ad ea ordine exponenda. Eadem ratio est usus hujus speculi, quin & variorum apotelesmatum ratione horoscopi confictorum: quæ cum subtiliora & spinosiora, quam ut recentiores nostri medici assentiantur, prudens prætermitto ⁴³.

XXV. Neque tamen *R. Flud*. Chaldaico prædicendi generi tantum confidit, verum etiam more & instituto *geomanticorum physognomicorum & chiromanticorum* plurima divinandi præcepta tradit de rebus quomodocunque futuris. Sed, quia hoc tempore ea nullum in Medicina usum habent, ea propter hæc missa faciam ⁴⁴.

XXVI. Singularem quoque habet *Flud* de Urina opinionem; existimat enim Urinam hominis esse sanguinis serum, & quasi aëris humani pluviam, sanguinemque animæ sedem, atque adeo in sanguine maximum vitæ mysterium delitescere. Quæ cum ita sint, minime mirum ergo cuiquam debet videri, spiritum inconspicuum virtutis non minimæ & status vitalis nuncium *veridicum* in urinam non minus, quam in quaternos corporis humores, immergi atque abscondi. Itaque cum spiritus iste in lotio absconditus in cernendi sensum non cadens, sed per solum effectum apparens, sit de spiritus aërii in homine natura, (supervacuum enim quoddam ejus esse) necesse est credere, inquit, *quod & ipse aëris, seu spiritus vitæ in aëre inclusi statum & dispositionem per effectum* *osten-*

[43] Fabricationem & usum hujus speculi docet, *ibid.* membr. 11. libr. v. cap. 111. & deinceps, hoc est a pag. 45. ad 71. Doctrinam de apotelesmatibus conficiendis eorundemque significa-

tione tradit a pag. 237. ad 235. [44] De his subtiliter & copiose disserit loco jamjam citato, id est a pag. 204. ad pag. 231.

[45]

ostendere queat ⁴⁵. Rejēctis veterum Urinæ definitionibus quinque novas, ceu vero magis perspicuæ essent, substituit: ex his duas, ne nimius videar, adducam. *Urina est quædam quasi pluvia ab aère microcosmi sanguineo decidens, quæ vel ob fulguream & nebulosam Meridiei proprietatem corruscantem sulphuream, & siccam illam Orientis tingitur atque colore intenditur, vel pruinoso Septentrionis sicco, aut Occidentis humido algore remittitur.* Vel *Urina est aquea quædam superfluitas insigni naturæ chymia mediātib; emulgentibus atque renibus a sale sanguineo separata, quæ colore secundum sulphuris in sale dominium, hoc est manifestationis aut occultationis gradum magis minusve aut intenditur aut remittitur.* Incredibile est, quam multa *Flud* de origine naturaque urinæ philosophetur, quam multa de ea divinandi det præcepta; quorum aliqua magnam utique subtilitatem ingenii, ad fingendum prompti, produnt. Sed quis singula exponenda a me, auctorum doctrinas ad compendium conferente, postulabit ⁴⁶.

XXVII. Veterum de pulsus causâ opiniones non modo repudiavit *Rob. Flud*: verum etiam novas ejus fabricavit definitiones v. g. *Pulsus est cordis & consequenter arteriarum mediante corde dilatatio & contractio ab increato vitæ spiritu in purissima & subtilissima cælorum substantia quasi vehiculo, seu curriculo equitante atque dominante ad vitæ creaturam beneficium gubernata & ordinata: vel Pulsus est vivificans spiritus Deiformis in corde & arteriis actus in contractione & dilatatione consistens, ad vitam continuandam spiritusque vitales per novi aëris panem vitæ occultum in se retinentis inspirationem augendos productus atque ordinatus* ⁴⁷. Quantum vero ad pulsus causas tum antegressas tum continentes attinet; *R. Flud* denuo cum *Cabalijis* philosophatur, agnoscitque mundi artificem, Deum nempe, omnium, quæ aut agunt aut patiuntur, auctorem pri-

[45] De Ouromant. libr. 1. cap. 1v.

[46] Dictæ definitiones extant Ouromant libr. 11. cap. 11. totus liber continetur 158. pagin. in folio.

[47] De pulsuum mysterio libr. 11.

cap. v. ubi insuper novem diversas pulsus descriptiones tradit, quas singulas auctoritate Sacræ Scripturæ munivit

primarium, vel monadem, qui tamen ratione naturæ suæ, & unicus sit, & æternus, eundem tamen ab initio rerum se proprietatis esse duplicis, secundum animi nostri perceptionem ostendisse. Ratione unius, contractionis utpote Deum abscondere se in seipso, mutareque lucem in tenebras, trahereque a circumferentia ad centrum, & subtilia atque pellucida mutare in crassa & opaca, convertereque motum in quietem, face-
reque e re aliqua nihil, ita ut potentia Divina videatur illud, quod informe tenebris erat velatum; sic tenebras dictas fuisse super faciem abyssi ante ullam rerum inconspicuarum creationem. Ex hisce quomodocunque positis colligit tenebras fieri a contractione; quinimo aërem perlucidum contractione in nubem tenebricosam transverti, spiritum tenuem in rem crassam, densam &c. Ratione alterius proprietatis, dilatationis nempe; quam priori e diametro oppositam, Deum dilatare virtutem suam absconditam in centro contractam, & quasi quiescentem, a centro ad peripheriam, & hoc actu mutare tenebras in lucem, res crassas & densas in subtiles & pellucidas; quiescentes in mobiles, ponderosas in leves, frigidas in calidas &c. Siquidem vero dicta revera ita se habeant, necesse est credere, statuit, quod *cælum microcosmicum, mediante quo vivit, centraliter movente Deo, ex istis contrariis conflatur*, atque adeo a dictis proprietatibus Divinis, pariter ac major mundus, afficiatur. Ab his fontibus deducit *Flud* utraque pulsus actiones, *systolen* scilicet & *diastolen*, quarum in vicissitudine & conjunctione naturam pulsus esse positam. Humidum, quod corpori humano inest, propter frigus in eo delitescens, contrahendi, e diverso calidum innatum dilatandi, habere facultatem, eque his, si in æquilibrata fuerint, fieri compositionem vitæ ⁴⁸.

XXVIII. Ut autem dictorum naturam clarius exponeret, in medium profert musicorum instrumentum, *monochordon* dictum,

[48] Hæc e cap. 11. libr. 1. & cap. 1 de puls. mysterio. 111. libr. 11. pag. 27. & cap. 11. libr. 14.

[49]

Etum, cujus chordam percussam proderet unisonum, omnes tam consonantes quam dissonantes sonos continens; quo posito, si eadem deinceps in alterutra extremitate percutiatur, e- dere utrimque sonum diapason; unum ex his respondere ma- teriæ, alterum formæ: medium tanquam Dei sedem confide- rat; ex hac perfectissima consonantia vivificari hominem: imo optimam corporis humani constitutionem, & vitam ad pondus, ut vocant, consistere in dicto diapason. Vitam tem- peratam, quæ æqualis ad justitiam dicitur, congruere cum Diapente, id est in proportione sesqui altera ut 2. ad 3. Ubi vero temperamentum hominis fuerit quodammodo in- temperatum, ita tamen ut limites sanitatis non excedat, convenire hunc gradum de proprietate cum diateseron. i. e. in proportione sesquitercia, vel ut 3. ad 4. quam fidis stre- pitum exoriri e monochordo in quatuor partes æqualiter di- viso.

XXIX. Sed ut hæc planius & apertius *Flud* explicaret, sua- det lectori de novo *thermometri*, de quo supra §. XXI I I. scrip- si considerationem. Huic ab uno latere appinxit quinque diversæ crassitiæ & amplitudinis frustula arteriarum: e regio- ne autem notas musicas cujuslibet arteriarum particulæ ori- ficii diametro, ratione temporis, quo pulsus fit, responden- tes. Nempe in tubi medio, quod pro æquatore habet, po- nit arteriam mediocri amplitudinis, vel dilatationis: inter- vallum temporis pulsus motus & quietis comparat cum nota Musica, quam *Kircherus* ⁴⁹ minimam appellat; hujus vena- rum pulsus moderatum naturæque hominis congruentem esse. A secundo gradu ad quartum versus superiora tubi ponit ab una parte arteriam minus dilatam, & ab altera notam semibreve, per quam significat pulsus motu tardum quie- te rarum. A quarto gradu usque ad sextum arteriam angustissi- mam cum nota brevi pulsus tardissimum rarissimumque & calorem nativum maxime languidum indicante. A secundo ad

[49] Musurgiae libr. XI. cap. XIII. & IV. & libr. VIII. cap. II.

ad quartum gradum versus inferiora tubi, in tertio utpote, collocat arteriam magis ampliatam, & notam a *Kirchero seminimam* vocatam, & pulsum hoc loco indicari putat, ce-
 rem & crebrum, & calorem innatum, si humidum *radicale*
 respondeat, intentum: a quarto ad sextum ponit arteriam
 amplissimam & notam *chromatem* vel *fusam* dictam, quam
 monstrare pulsum celerrimum & creberrimum, & intensio-
 nem caloris, præsentem insuper humidi *radicalis* proportione,
 permagnam. Incredibile est, quot ac quanta *R. Flud* ex his
 conjunctis ducat argumenta, quibus doceat cujusmodicunque
 corporis statum. Sed ut aperte ingenueque fatear, hæc mi-
 hi Platonis numero obscuriora videntur; nec percipio, tar-
 di hoc ingenii mei fortassis vitium est, quo pacto hæc Me-
 dico ægrotis medicinam facienti prodesse, utilitatemque af-
 ferre possint. ⁵⁰.

XXX. In valetudine tuenda, morborumque curatione, tenet
Flud astrologorum veterum institutum. Nimirum sanguinis
 missionem, supervacuorum a corpore abscissionem, balnea,
 medicamenta tum alterantia tum purgantia vix ulli usui futu-
 ra, censet, nisi medicus planetarum, in primis Lunæ, benevo-
 lum erga reliquos aspectum observaverit ⁵¹. Verum, quo-
 niam de his supra Dissert. VII. satis superque scripsi, ea de causâ
 finem huic dissertationi facio.

[50] Hæc & plura hujus generis [51] Vide Medic. cathol. tom. I.
 extant de puls. myst. libr. III. cap. III. tract. I. sect. II. part. II. libr. I. cap.
 libr. IV. cap. VI. & XI. IX. & X.



DISSERTATIO XXIII.

DE

Placitis Tackeni, Sylvii & Willisii.

I. Tackenius ¹ antiquatam propemodum Hippocratis Physiologiam instauraturus, posuit ignem & aquam, tanquam duo corporum principia ². Ignem duplicis generis esse, alterum universalem, alterum singularem. ³ Universalem, omnium rerum scientem, & omnium naturalium formarum parentem, a sole proficisci, esseque occultum quandam atque inconspicuum spiritum acidum. ⁴ Singularem autem cuilibet mixto, modo oculos fugiente, inesse; eundemque esse, qui ab Hippocrate nomine spiritus, flatus, venti, seu aëris, nuncupatur. ⁵ Alterum Naturæ principium, aquam nempe, igni obedire, & medium esse inter densum, & tenue, inter terram, & aërem: esseque Naturæ Solvens, & fœminam; præditumque insuper corpore volatili, multiplicem induens figuram. Aquam præterea, sentit, esse vacuum, qua de causâ ejus Natura ita comparata, ut possit intra se incomparabilem Solis spiritum acidum suscipere, absorbere, attrahere. Majoris perspicuitatis ergo non dubitat eam, more aliorum Philosophorum, appellare *Alkali*. ⁶ Proprium ignis esse cuncta semper movere: at aquæ omnia semper nutrire. ⁷ Ignem autem, & aquam inter se copulata, constituere

[1] In Hippocrate Chimico, & in tractatu de morbor. principe.

[2] In libr. de morbor. principe cap. I.

[3] *Ibidem* cap. II. & VI.

[4] *Ibidem* cap. VII. Hujusmodi spiritum, cum aquam in matrimonio

habuerit, constituere fermentum rerum vitale, & omnia, quæ mundus habet, in se comprehendere.

[5] *Ibidem* cap. II.

[6] Vide cap. III.

[7] *Ibidem* & cap. II. Hæc duo utramque faciunt paginam: omnia pos-

tuere fermentum vitale, & omnia, quæ mundus habet, in se comprehendere. Etenim aqua, cœlestia masculinaque rerum femina ex aëre, hauriente, confestim ignem inchoare in illam agere, movere, eamque ornare: indeque postmodum progigni Hermaphroditam, Ignis aquam, quam Naturæ myrtas nomine salis communis nominasse, cum tamen id potiori jure sit salis Philosophorum, Balsami universalis, &c. cooptandum. Ex hisce positis, putat, planum fieri, rerum universalitatem non aliter, quam per acidum & *alkali*, produci posse. Hæc concordia sibi mutuo esse conjunctissima; & hæc inter se copulata, constituere id, quod veteres humidum *radicale* vocarunt⁸.

II. Apud acidum, opinatur, commorari animam qualicunque prudentia præditam⁹. Hoc dogma, quamvis cuiuspiam abstrusius prima fronte videatur, per Mechanicam tamen posse demonstrari, putat. Scilicet omnis generis spiritus acidus, invicem mixtos, uniusmodi quidem liquorem secundum externum aspectum constituere; neque diversitatem ejus mixti gustu explorari posse. Verum enim vero hujusmodi liquor, si fuerit sali cuiusvis lixivo ad saturitatis punctum, hoc est, donec nulla amplius in amborum mixtione appareat ebullitio, junctus; ac postea super ignem ad exhalandum, quoad crustula in superficie conspiciatur, positus: hinc loco frigido ad *crystallifandum* collocatus, repræsentat de novo omnis generis acida, a se mutuo tum forma tum sapore facili negotio dignoscenda. Fabricare enim, ait, quodlibet acidum sibi ex *alkali* domicilium simile illi, ex quo desumptum fuerat. Ex hoc exemplo, arbitratur, apparere, dictos spiritus acidus lucis Naturæ scintillam in se reconde-
re, intelligentiamque ex sua dotali proprietate habere.

Nam-

funt, omnia ipsis insunt. Ab igne etenim, sensit, binas qualitates primas masculinas, calidum videlicet & fixum: ab aqua totidem femininas, ut frigidum & humidum, effluentes in

mixtorum generatione concurrere, commiscerique. vide etiam cap. VII.

[8] *Ibidem*. cap. IV.

[9] *Ibidem*. cap. VI.

[10]

Namque, nisi intelligentia ac sensu pollerent, ratiocinari pergunt, non singuli in una ac simili materia peculiarem locum occuparent vel fervarent ¹⁰. Hac ratione itaque putat effici, acidum quodlibet constare ex anima & spiritu: ¹¹ *Alkali* autem, more magnetis, vi attrahendi refertum, superiorum virtutes ad se allicere, immutareque præterea acidum de proprietate naturali in falsam concretionem ¹².

III Hisce, stabiliminis Theoriæ loco, positis, transit ad corpus humanum, quod, si quando temperiem ex tenuissima aqua & rarissimo igne adeptum, censet, saluberrimo habitu præditum esse. ¹³ Ad nutricatum autem id ipsum indigere duplicis generis nutrimento, altero corporeo, altero spiritali: sine hoc enim illud parum ad vitam conferre. Nam acidum vitale, seu mollis stomachi ignis, quem homines per pulmones inspiratione recta, ad cor, tanquam ad Microcosmi centrum, ex atmosphæra attrahere, cum ad ventriculum tandem pervenerit, nisi corporeo *Alkali* inibi nutriatur, facillime ambo destrui: & e diverso *Alkali*, nisi dicto acido saturetur, perdere nutrimenti vim, atque cadaverosum evadere. Præter hæc illud, perinde ac Natura nihil amat solitarium, non posse solum consistere, sed appetere *Alkali*, ut cibum sese multiplicandi causa: quem assumptum illud acidum attrahere, fermentandoque resolvere primam in materiam, i. e. in Chylum: in quo omnes, tam solidarum quam fluidarum universi corporis partium, particulas, five eæ ad nutritionem, five ad generationem, sint necessariae, potentia inesse. Has prudentem opificem seu *Spagyrum*, in stomacho sedentem, pro sua ratione & intelligentia, separare, ac mandare eas postea in varias corporis regiones. Scilicet, cum tum temporis nondum adeo, ut postea, demonstrata sunt vasa lactea, existimat *Tackenius* totum Chylum, aura vitali turgidum, in vaporem adeo volatilem resolveri, ut solidam

[10] *Ibidem*. cap. VIII.

[11] In recapitulatione. cap. VIIII. |

[12] Hæc capite IV.

[13] Vide cap. VI.

[14]

dam intestinorum membranam pervadere nullo negotio possit: & peracta in venis mesenterii, propter novam generationem, puri ab impuro, secretionem, ventriculum Hepatis dictum vaporem chyli falsum rursus fugere: quem vaporem, cum is fuerit istuc loci in liquorem iterum condensatus, esse eundem, quem vulgo sanguinem vocamus. Hunc esse aquam microcosmi, omnium corporis succorum, musculorum, capillorum, &c. semina complectentem, vitalisque spiritus sedem. ¹⁴ Adhæc, cum observetur in singulis fere corporis partibus peculiare liquidum secerni, apparere ex hoc, suum cuique esse ventriculum; imo quot membranas, quot musculos, totidem etiam esse digestionum officinas: aliter enim, ac dixi, si esset dictarum Natura partium comparata, separetur, necesse esse, ubique locorum uniusmodi latex ¹⁵.

IV. Quomocunque aliquid fuerit in corpore effectum, non potuisse id, judicat, sine duabus Naturæ effectricibus, solutione utpote & coagulatione, perfici. Has non solum requiri ad panis ad vini opificium; sed etiam ad omnium animalium vitam, sanitatem, & morbum. ¹⁶ Prout de ventriculis, ita etiam de animabus, statuit. Animam quidem, si generaliter consideretur, esse sui domicilii architectum; at enimvero, cum nemini non notum sit, singulos morbos inter se diversos: effici igitur hac ratione, persuasum habet, suam cuique morbo etiam esse animam. Hunc spiritum, cunctarum rerum scientem, tam morborum quam remediorum esse fabrum. Qui cum in unoquoque individuo natura diversus, quid statuendum de iis, ad judicandum relinquit, qui præpostere bestię sanguinem peculiari, & ab hominis natura distincto, spiritu præditum, in venas hominis immittant ¹⁷.

V. Quod

- [14] Vide cap. VII.
 [15] *Ibidem.* & cap. IX.
 [16] Vide cap. IX. in medio fere.
 [17] Plura hujus generis occurrunt cap. VI. Hujus inventi auctor habetur

Daniel Major, qui de chirurgia *infusoria* peculiarem librum in lucem edidit, in quo copiose de hac operatione dissertit.

[18]

V. Quod ad morbos pertinet, statuit, omnes propemodum morbos a *fermentatione*, seu conjunctione acidi & *Alkali* exoriri. ¹⁸ Itaque morborum omnium modum, Hippocratis sententiam tenens, opinatur, unum eundemque esse, locum vero, facere illorum differentiam; siquidem acidum ab acido non natura, sed secundum loca modo, differt, aliter enim si ejus ratio esset, ac statuit, non posse, ait, quin semper idem morbus generetur. ¹⁹ Acidum ergo ad urinam admisum, stranguriam: ad intestina, colicam: ad commissuras articulorum, podagram: ad pellem, scabiem: ad fauces, raucedinem, &c. efficere. ²⁰ Paronychiam generari, quando in extremitate unguis occultum fermentum errore tendit ad exteriora, & indidem propter impeditam exhalationem foras exire nescit, tunc illud protinus acescere accendique. Hæc ita se, ut censuit, habere, hoc habet rei documentum. Si in principio, scribit, pellicula leviter saltem scalpello abradatur, dolorem omnem & pulsationem illico cessare: quia detenta acrimonia, dempto obice, identidem exspirare potest.

VI. Posito acido tanquam cujuslibet morbi causa principe, aliquis Tackenio potest objicere, ergo *Alkali* quodvis, quoniam id secundum ejus sententiam, omnis generis acidum absorbet seu invertit, nemini non morbo medetur. Verum ille ab hoc tale responsum auferat, licet, *Alkali* generaliter in *Macrocosmo* cuncta acida sine discrimine forbeat: *Microcosmi* tamen longe aliam conditionem esse; eo, quod acidum, quamvis morbosum, animatum tamen, & suo modo prudens, magnetis instar, sit: ideoque id non festinare, nisi ad illud *Alkali*, quocum ipsi convenientia & necessitas quædam intercedit. Et hanc esse rationem, quapropter lapilli cancrorum, ut & ferrum, tanquam *alkali*, singulariter acidum hypochondriacorum absorbeant, emendentque. ²¹ Hæc sunt præcipua

[18] Hæc cap. iv.

[19] In anacæphalæosi cap. viii.

[20] Ita cap. vii.

[21] Vide plura cap. ix.

Ppp

[22]

482 DISSERT. MEDIC. XXIII.

cipua *Tackonii* dogmata, quæ etiam maxima ex parte professi sunt Bontekoe, Overcamp & alii : qui tamen insuper viscidum, variorum affectuum effectorem, acido & *Alkali* junxerunt. Et, ut summam doctrinæ dicam, opinantur, *Alkali* perraro, verum & acidum, & viscidum, pleræque corpori importare ægritudines.

VI. Verum enimvero, ut dicta se habeant, mihi non tam auctores in disputando, quam rationis momenta querenti, longe aliter, atque memorati statuerunt, videtur. Fateor equidem dictam hypothesein apprimè valere in incolas regionum frigidarum, & humidarum, ubi maxima hominum pars morbis diuturnis & obstructio-nibus laborat : verum vix quispiam mihi persuadebit, eam quadrare in regiones calidas seu siccas, ubi homines sæpissime morbo acuto & inflammationibus corripuntur : cujusmodi affectibus non *Alkali*, sed acido quodam, vel terrestribus, vel frigore, vel sanguinis missione, vel & alio sanguinis nimiam exæstuantis motionem cohibente, Medici non raro medicinam faciunt. Docuit quondam id Sylvius, docuerunt & alii, in malignis, in ardentibus febribus inque aliis morbis observari sanguinem justo fluidiorem. Cæterum astipulor Sylvio, non argumentis non experimentis qualibuscunque in Medicina agendum, sentienti : quia plurima in Theoria quidem speciosa, verisimiliaque ; at in praxi, vana ac erronea, animadvertantur ²².

VI. Itaque Sylvius & Willisius, utriusque seculi modo præteriti auctores longe celeberrimi, copularunt ratiocinia Anatomica cum Chemicis. Quotus enim quisque ignorat, intra sesqui seculum oppido multa ab indefessis utriuslibet artis cultoribus observata, adinventaque, quæ scientiam quantamcunque veterum fugiebant. Ex his uterque petebat, quæ ad condendam novam in Medicina philosophandi rationem

[22] Vide *Deleboe Sylvii Prax. Medic. lib. III. cap. VII. §. 13. & seq. &* ejusdem libr. cap. x. §. 64.

[23]

nem facere videbantur. Et quamquam ambo ex iisdem fontibus rationes, quas proferunt, deduxerint; tantum tamen abest, ut convenient inter se, ut potius sua cuique placita sint singularia. Uterque suos habuit, imo etiam nunc habet, sectatores. Uter utri autem, qua doctrina qua eruditione, antefendus, non meum est dirimere; sed id aliis, me doctioribus, ad iudicandum relinquo.

VII. *Sylvius* tanquam enuntiaturum habet nihil in Medicina, perinde atque verum, admittendum esse, præterquam id, quod Experientia per sensus externos confirmavit. ²³ Ut autem hanc sibi quisque comparare possit, necesse esse, ut is & Anatome, & Praxi Medicæ, & Chymicæ operam navet: illi, ut singularum partium structuram, ac affinitatem communionemque, quæ ipsis intercedit, nec non contenta corporis multiplicia, addiscat: isti, ut affectiones rerum naturalium, quæ ex harum aut usu aut abusu homini, vel sano, vel ægro accidere solent, accurate & exquisitè observentur: huic denique, ut sibi naturalium vires, i. e. eorum agendi patiendique modi, atque adeo sensiles mutationum naturalium causæ, innotescant. ²⁴ Hoc triplici fonte *Sylvius* cum ea, quæ ad Physiologiam, tum ea, quæ ad Pathologiam, spectant, derivat.

VIII. Digestionem ciborum in ventriculo, non dubitat, *fermentationi* in Mechanicis assimilare. Nam cibo dentibus manso intermisceri salivam, vi fermentandi in primis referat: posthinc cibum mansum demitti ad ventriculum, ubi reliquias alimentorum, circa ventriculi rugas hærentes, potestate fermenti dotatas, suum quoque symbolum conferre ²⁵. Exacta alimenti in liquorem albidum, beneficio *fermentationis*, in ventriculo elaboratione, dictum liquorem, chylum a Medicis appellatum, inde per pylorum emitti in lactes: in quibus iterum fieri chyli ab alvi excrementis secretionem.

In

[23] Disputat. medic. ix. §. 27. | [25] Disputat. medic. i. §. 21. &
[24] Disputat. medicar. x. §. 5. 6. | seq.

In primis vero hoc opus contingere in intestino duodeno, ubi bilis, propter sibi adjunctum sal lixivum, & succus Pancreatis, natura subacidus, facta utpote utrorumque cum chylo mixtione, excitant blandam, naturæ nostræ amicam, effervescentiam. Quæ cum contingat, fieri insimul puri ab impuro secretionem. Hoc tendere sensim sensimque, postquam fuerit prius in lactibus omni sibi admixto chylo orbatum, ad alvum, ut foras eliminetur: illud vero a motu intestinorum peristaltico in venas lacteas, & ductum thoracis exprimi, ubi denuo id conjungi cum lympha: aut cum sanguine, si quando ad axillarem & cavam venam pervenerit. Posthac conjunctim defluere paulatim versus dextram cordis auriculam; ubi, perhibet, de novo eis admisceri sanguinem, ab inferiore parte ad cor redientem. Mixta invicem dextram cordis auriculam subire, & ex hac contracta in dextrum cordis ventriculum propelli. Et licet istuc loci interior cordis ignis mixturam hanc accendat attenuerve; tamen eam non ultimam perfectionis suæ metam attigisse: Ideoque iterum deferri per arteriam pulmonis in pulmones, ubi ab aëre inspirato temperari, ac, ut ita dicam, recreari: per venam pulmonis deinceps properare ad auriculam cordis finistram, ac ad ejusdem loci ventriculum; ubi deintegro antedictam mixturam ab igne cordis accendi, rarefieri, ac quodammodo effervesce, & tunc fortiri ultimam sui perfectionem ²⁶.

IX. Sanguinis constitutionem, quomodocunque fuerit, Triumviratui *Sylvius* acceptam refert. ²⁷ Per Triumviratum autem intelligit triplicis generis corporis humores, bilem scilicet, salivam, & succum *pancreatis*. Bilem, ratione salis volatilis & oleosi, blande partes alimentorum tenaciores incidere, quo facto has potiore fluentiam fortiri. Salivam, propter

[26] Vide disputat. medic. 11. §. 14. & seq. disputat. 111. §. 2. & seq. disputat. x. §. 44. 53. & seq. Prax. Medic. lib. 1. cap. xi. §. 1. & seq. item appen-
dic. tract. v. §. 526. & Prax. med. lib. 1. cap. xviii. a §. 1. usque 6.
[27] Prax. Medic. lib. 1. cap. xi. §. 3.

propter spiritum acidum & sal lixivum, ipsi admixta, magis magisque ciborum *fermentationem* promovendo, eorundemque lentorem minuendo, partes quascunque secessui reddere aptas. Denique succum *Pancreatis*, propter spiritum subacidum, quo dotatum, alimentorum tenacem naturam potentius solvere, simulque partes ipsorum maxime lentas cogere ad confluxum cum fluidioribus: quo peracto temporis vestigio ipsis perfluendi occasionem præberi. Quoties nunc dictorum trium humorum vel unus, vel duo, vel omnes insimul male constituti, toties pituitosam contingere Chyli a fœcibus alvi secretionem. ²⁸ In primis vero & salivam, & succum *Pancreatis*, utrosque inter se non dissimillimos, pituitæ producendæ esse aptissimos. ²⁹ Cæterum, peracta istorum trium humorum conjunctione, in qua sal lixivum bilis ab acido succi pancreatis & salivæ immutatur, progigni quartum; quem de proprietate convenire cum sale ammoniaco, quod etiam sui generis esse acidum, a sale volatili urinæ informatum ³⁰.

X. Quemadmodum in duodeno a Triumviratu cum Chylo, ita etiam in corde fieri lymphæ, quam naturæ subacidæ, & bilis, quam naturæ *alkalicæ*, *effervescentiam* seu ebullitionem amicam: cujus beneficio deinde, arbitratur, erumpere, seu exurgere ignem vitalem, non lucidum, sed similem ei, qui ex oleo *Therebinthinæ* & oleo vitrioli invicem mixtis oboritur. Hunc foveri sanguinis reliquiis intra dextri cordis ventriculi cavernulas resistentibus ³¹. Ebullitionem Naturæ humanæ inimicam, modo hanc modo illam febris speciem, cientem, exoriri, quoties utraque, bilis putata

[28] *Ibidem* cap. x. §. 2. §. & seq. | 6. Append. tract. 11. §. 243. & seq. Paragrapho 16. Disput. x. scribit ignem vitalem haudquaquam more ignis foveri vel excitari, *verum deberi aut resistentibus intra dextri cordis ventriculi cavernulas sanguinis reliquiis; aut ipsi sanguini utrinque ex venis accedenti, aut utrisque simul.*

[29] Append. Prax. Medic. tractat. vi. §. 39. & 40. Disput. Medic. v. §. 37.

[30] Prax. Med. append. tract. v. §. 163.

[31] Disput. med. x. §. 30. 43. 54. & 56. Prax. Med. libr. 1. cap. xviii. §.

ta & lymphæ, vel alterutra, fuerit minus temperata ³².

XI. Lympham suspicatur *Sylvius* generari e spiritibus animalibus, eandemque ad glandulas conglobatas, per nervos deferri; cui ulterius acidum, ex affluente ad ipsas sanguine secretum, admisceri. ³³ Quamvis *Sylvius* alibi ³⁴ ingenue fassus sit, se hæere in declarando indolem ac usum lymphæ: attamen alio loco ³⁵ statuit, duplicem utilitatem corporis œconomix lympham afferre: (1) impedimento esse spiritibus animalibus, ut ne nimiam subcant consumptionem sui, & (2) ebullitionem sanguinis in corde peragendam, dirigere.

XII. Quantum vero ad spiritus animales attinet, putat *Sylvius*, generari hos e sanguine, a corde per arterias carotides in ipsam cerebri cerebellique substantiam, perlato: ubi parte sua aquosa, colando quasi per angustissimos capillarum arteriolarum poros, privari, ac nancisci qualitatem, a spiritu vini non multum abludentem ³⁶.

XIII. Acidum, cujus sæpenumero mentionem facit, existimat, sanguini arteriarum inesse; hoc non genitum in corpore, sed postmodum in glandulis certa proportione secundum omnigenam humorum indolem ab aliis rebus modo separari. Sic in glandulis conglobatis fieri e spiritu volatili & acido lympham, in *Pancreate* e spiritu acido & oleo, succum

[32] Disputat. Medic. x. §. 55. Append. Prax. tract. x. §. 654. Ita non modo univèrse, sed potius sigillatim scribit *Sylvius* de causis febrium. E. G. Prax. Medic. libr. I. cap. xxx. §. 97. & seq. scribit, febres algentes ortum suum debere succo *pancreatico* acidiori, & pituitæ satis copiosæ ac tenaci juncto: bile interim valde inerte. Ardentes febres oriri a succo *pancreatico* minus acri, & pituita modica minusque lenta: bile autem acri, oleosa & copiosa. Cardiacas febres exoriri a succo *pancreatico*, stagnando vim corrodingi nactis: præ-

sertim vero, quando fel acre concurrat, atque valida, ex ipsorum confluxu, contingat ebullitio; qua de causa tunc halitus acerrimos, versus superius ventriculi os assurgentes, id ipsum acriter mordere ac rodere. Non dissimili modo de reliquis febrium speciebus disserit.

[33] Disputat. medic. VIII. §. 40. & 42.

[34] Disputat. medic. v. §. 4. 8.

[35] Disputat. medic. VIII. §. 62. & 63.

[36] Disputat. medic. IX. §. 28. & 29.

[37]

cum sui generis: in glandulis maxillæ conglomeratis ex acido & volatili spiritu, & oleo, salivam ³⁷.

XIV. Si quis memorata hypothetice a *Sylvio* posita sumserit, non imparatus is erit ab argumentis probabilibus, quæ faciunt ad faciendam fidem plurimarum corporis ægritudinum. Nam modo humorum, aut abundantiam, aut defectum, tamen si laudabiles fuerint: modo singulatim fellis nimiam aut acrimoniam lixivam aut pinguitudinem: modo fucci *pancreatis* nimiam acerbiteratem, austeritatemve: modo salivæ, modo lymphæ, &c. quoquo pacto contractam mendam, culpabit. ³⁸ Non imparatus itidem erit, secundum hanc hypothesein, suum cuique affectui remedium adornare. Scilicet si ejus virtutes habuerit perspectas, & dosin, & tempus administrandi, observaverit: incasium alias, me iudice, quæviscunque medicamenta ornabit. Sed quantopere in his, in quibus tamen cardo curationis vertitur, plurimorum scientia vacillet, non meum est indicare: Utinam hæc arte determinarentur? Arbitror enim horum cognitionem univèrsis morbis salutarem, & fore, ut exinde Medicorum honor in dies increbrescat. Sed quis multorum præjudicatas opiniones, & negligentiam, e vita sustulerit? Eorum nempe, qui putant cognito morbo ejusdemque causâ, nullo negotio remedium inveniri posse: verum hoc est, quod curatione ægri demonstrandum est. Quis nostrum non ingenue confitetur medicos, quamvis morbum cognoverint, fluctuare sæpe animo, quando ægris remedia præscribunt: & id potissimum ob rationes jam jamque allatas. Verum mitto hujus sæculi errores, quos, spero, alios, me doctiores, diligentia correcturos; auctoritateque, ac experientia, roboraturos. Sed mihi jam satis superque scripsisse videor de *Sylvii*
hy-

[37] Disputat medic. VIII. §. 48. 53. 54. & 58.

[38] Method. med. libr. I. cap. XVII. §. 13. & seq. Prax. med. libr. I. cap. XI. §. 7. & seq. Quid, quod *Sylvius* ejus

modi argumenta passim in libris suis affert. Supervacaneum ergo duxi laborem, si huic operi plura inseruerim: siquidem auctor cum plerisque medicis recentioribus versatur.

hypothefibus ; commemorandæ superfunt *Willifii* hypothefes, quas me hac Differtatione daturum promifi.

XV. *Willifus* ftatuit in homine revera duas, natura diftinctas eſſe animas: alteram intelligentem, incorpoream, immortalem: alteram corpoream e ſanguine vitali, & ſpirituum animalium congerie pariter, conflatam eſſe. Hanc illi loco ſubjecti, cui inhæret, infervire, &, quamvis corporea per univerſum corpus diftributa, tamen rationalem animam fedem occupare in phantafia; hanc vero collocatam eſſe in medullis cerebri. ³⁹ Verum, quoniam multa multi de natura animæ humanæ, quatenus ea ſingularis, & a brutorum animalium anima fit diftincta, philoſophati; mittam itaque illam, at conferam me ad hujus, de qua peculiarem edidit tractatum, indagationem.

XVI. Animam beſtiarum corpoream, opinatur *Willifus*, conſtare e duplicis generis initiis: unum flammæ non difſimile, ortum e ſanguine ducere: alterum lucidum, in cerebro inque nervis gliſcere. ⁴⁰ Hujusmodi animam per univerſum corpus, ſenſit, eſſe extenſam, naturæque eſſe igneæ; vel halitum, flammæ ſimilem. ⁴¹ Hanc primordia generis ducere e ſemine genitali, in quod eam mundum accenſam, tanquam atomorum ſubtilium congeriem, reconditam eſſe: quam deinde, poſteaquam focum naſta eſt idoneum, vel a parentis, vel geſtantis, vel incubantis anima, velut flamma de flamma, ante jaſta corporis fundamenta, accendi; hinc micare, & ſe paululum explicare. Eam poſtea conceptus telam exordiri, & materiam agitare oſpoſitam, & accendere, & ſuo quamque partem ordine diſponere. Eam porro adaugeſcere in dies, paremque evadere corpori, a ſe effiſto. ⁴² Conſtare itaque naturam animæ brutæ, opinatur, e particulis ejuſdem materiæ, ut corpus; hoc tamen diſcrimine, quod illi ſint ſelectæ, sub.

[39] De anim. brutor. part. Phyſiolog. cap. VII.

[40] Libr. de ſang. incaleſcentia.

[41] De anim. brutor. part. Phyſiolog. cap. II.

[42] *Ibidem*, cap. V.

[43]

subtilissimæ, maximeque agiles; huic vero crassiores, &c.
 43 Præterea hanc animam cujusque modi corporis mixtionis,
 & connexionis esse vinculum: hanc id ipsum corpus, tanquam
 Sal, a putredine vindicare. Namque flamma animæ inter-
 stincta, seu accensione & motu particularum subti-
 lium cessante, confestim, ait, corporis compages dissol-
 vi. 44 Non modo bestiis, verum & insectis suam qui-
 busque animam esse igneam, asseverat; quoniam vitæ accen-
 sione ergo, copia aëris, tanquam ignis pabulum, ipsis sit
 opus. 45 Porro singulare innatumve in hac anima esse,
 tueri se a cujusmodicunque injuriis: dein speciem suam pro-
 pagare. i. e. sobolem, seu alias animas.

XVII. Quantum vero ad effectus spectat, dependere eos,
 putat, a flamma animæ brutæ, plurifariam aut aucta, aut
 imminuta. In ira inque indignatione eam modo immani ex-
 candescere: a gaudio pene extingui: suffocationis autem pe-
 riculum subire, prout omnifariam, vel subito timore, vel
 tristitia percussa, periclitetur. Quid? quod & ipse corporis
 habitus ejusmodi flammam omnimodis immutare potis est. Ete-
 nim in temperamento frigidior, hydrope, leucophlegmatia,
 &c. propter sanguinem nimis aquosum, flammam non nisi
 exiguam, inconstantem, proinde quasi fumo & vapore esset
 obruta, emitti: interdum vero sanguinem, ob abundantiam
 sulphuris, in totum accendi: exempli gratia in temperamen-
 to choleric, & intemperie febrili. Ex dictis exemplis con-
 cludit, prout flammæ vitalis accensio varie alteretur, ita
 etiam particulas lucidas, ab eo ortas, seu spiritus animales,
 diversimode fulgere. Neque oblivione conterendum est, a-
 liquando ipsos spiritus animales, non satis lucidos ac aëreos
 esse: verum moleculis peregrinis, salinis nempe, ut chalcanti,
 ut nitri, vel aliis nubilosis, infici: cujusmodi deinde sen-
 sibiles species deformare, & motus inordinatos excitare: at-
 que

[43] *Ibidem.* cap. II.[44] *Ibidem.* cap. V.[45] *Ibidem.* cap. III.

que adeo causam esse, ut tota anima subinde varias subeat mutationes, speciesque induat alienas; ceu in mania, melancholia, &c. sæpe usuvenit ⁴⁶.

XVIII. Duplicis generis, sensit *Willisus*, bestiis notiones esse: alias enim esse ingenitas animæ, alias aliunde acquisitas. Illius generis appellari vulgo instinctum naturalem, quo duce animalia bruta impelli ad conservationem sui, & ad propagationem sui generis; hinc ad famem, frigus, &c. tollenda jugiter conniti, exquirereque ea, quæ sibi, ut comoda, congruunt; aut amoliri summopere ea, quæ his contraria sunt: inde coitum appetere, nidulari, ovis incubare, & similia, tum ad generandum tum ad nutriendum foetum necessaria, peragere. Acquisitæ autem notionis bestias fieri consortes, si quando sensibilia earundem animabus imprimuntur. Non statim, cum in lucem venerint, eas se præbere dociles, sed tum demum, quando cerebrum & ejus appendix non amplius humida, partem animæ lucidam obscurant; quapropter hoc tempore factæ sensationes obiter modo impressæ cerebro, confestim denuo obliterentur. Verum enimvero, si contra, ac memoravi, cerebri fuerit constitutio, & spiritus animales satis lucidi, objecta externa, ad sensuum organa delata, his quidem cujusdammodi impressiones importare, quas nequaquam in his perire; verum ratione continuatæ spirituum animalium seriei, introrsum versus corpora striata transmissas, *sensorium* commune afficere; inde ulterius ad corpus callosum, & ab hoc rursus ad cerebri corticem, pertingere, ac ita animæ perceptionem rei sensæ inferre; cui vestigio temporis succedere imaginationem, atque ejus typi relicta vestigia constituere memoriam ⁴⁷. Ex hisce positis deducit *Willisus* argumenta & causas omnis generis capitis morbos efficientes. Mirum, quanta series rerum sententiarumque sit, atque ut ex alio alia necitantur. Nimum me oporteret in scri-

[46] Hæc e cap. v. dictæ partis Phylol.

[47] Vide cap. vi. ejusd. part. ubi auctor copiose hæc disputat.

[48]

scribendo esse, si singula attingere vellem ⁴⁸.

XIX. Fermentationi, ducit *Willisus*, complura, quæ in animalium corporibus oboriuntur, esse adscribenda: quinimo eam ipsam multum pollere ad omnimodam corporis tam sani quam valetudinarii constitutionem. Per vocabulum *fermentationis* significat quamcunque ebullitionem turgidam, quæ in corpore naturali sponte, a particulis istius varie agitatis, concitatur. Hanc operationem vero neququam in re observari, nisi adfuerint particulæ dispares sui atque dissimiles, in aliquo humido congregientes. ⁴⁹ Superfedebo his, quæ longe lateque de utilitate ac potentia hujus in Mechanicis disseruit: ea tantum proferam, quæ ad corpus humanum pertinent.

XX. Hominem, arbitratur, non modo ratione fermentorum nasci, nutririve, verum etiam mori: quemlibet enim morbum virtute cujusdam fermenti suas excitare tragœdias. Quid? morborum quoque curationes *fermentationis* ope Naturam moliri. Etenim in tuenda aut recuperanda hominis fanitate, & medici, & œnopolæ parile propemodum esse officium. Sanguinem enim, & reliquos corporis humores perinde ac vina, oportet in æquabili temperie, æquabilique *fermentationis* motu servare. In hoc enim consistere bonam valetudinem: ægram vero, si quando dicta humorum motio, aut minor solito, aut major, fuerit. ⁵⁰ Et, ut prima vitæ initia attingam, sensit *Willisus*, ea originem suam spiritui in corde, velut puncto cuidam fermentanti, debere. Hujus cordis fermenti instinctu, seu occurso, sanguinem impetuose efferverescere. Proindeque sanguinem a *fermentatione*, seu

[48] De his vide part. II. quam *Pathologicam* appellat, in qua tractat morbos, qui ad animam corpoream, ejusque ad subjecta, cerebrum utpote, & genus nervosum, spectant, ut Cephalalgiam, Apoplexiam, Maniam, &c.

[49] Vide cap. I. de Fermentat.

cap. III. hoc modo dictam operationem definitione declarat. *Fermentatio est modus insolitus particularum principiorum cujusvis corporis, cum tendentia ad perfectionem ejusdem corporis, vel propter mutationem in aliud.*

[50] *Ibidem*. cap. V.

feu accensione, quam in cordis sinu patitur, quam plurimis spiritus falis & sulphuris particulis, e laxata compage erumpere nitentibus refertum, non sine tumultu insigniter turgescens, per vasa deferri. Nec cordi tantum, sed etiam plerisque interaneis, inesse peculiare fermentum, cujus adminiculo omnis generis humorum, per vasa postea colandorum, perfectionem fieri. Ventriculi plicis, autumat, inhærere fermentum acidum, cujus beneficio esculenta mutantur in chylum: quem propter particulas sulphureas cum salinis dissolutas, fermentoque acido commistas, colorem nancisci lacteum. Quod vero tale ventriculi fermentum a liene stomacho inspiretur, multum addubitat: quia Anatome non monstrat viam, qua id eo usque ad ventriculum pertingere possit. Attamen, ne splen habeatur tanquam viscus ignobile, ut ita nonnullis visus est, ratum habet, cum, velut promptuarium terrestres, & limosæ partis, esse considerandum. Inde hanc, postquam fermenti naturam sortita, vicissim ad sanguinem, effervescendi gratia, amandari. ⁵¹ In sanguine vero, quem statuit, sulphure, sale, aqua atque terra, compositum: vel, quem habere particulas spiritus instar valde agiles ad calorem & motionem; nec non molles, & teneras ad corporis nutricatum, idoneas, ⁵² inveniri du-

[51] *Ibidem.*

[52] Libro de febribus. cap. 1. Spiritus esse subtilem, & maxime volatilem sanguinis portionem. Horum particulas nunquam non expansas, & avolare nitentes, cæterorum, quibus obvolvuntur, corpuscula crassiora exagitare, & in continuo fermentandi actu continere. Sulphur copiose sanguini inesse, apparere ex hoc, quoniam non modo alimentis pinguis affatim vescimur; verum etiam, quoniam nutrimentum, quod partes corporis solidæ a sanguine accipiunt, sulphure, vel pinguedine cumprimis refertum est. A

dissolutione hujus sulphuris, sensit, rubicundum sanguinis colorem oriri. Sale inprimis vero volatilem, sanguini inesse, evincit gustus: item destillatio. Terram insuper eidem esse admixtam, probat, quia est humor crassus, & spissus: eandemque sanguinis subtilitati nimie moderari, ac præproperam hujus accensionem inhibere. Fluxionem sanguinis dependere ab aqua ipsi admixta. Hanc, ut ne sanguis stagnet, impedire: ideoque causam esse, ut hic debite circuitum per vasa absolvat; & quod superest, nimium sanguinis calorem attemperare, adustionemque retinguere.

Præ-

duplicem fermentandi actum : alterum naturalem , præter modum naturæ alterum. Naturalis est , quando rite citra ullam molestiam perficitur : præter Naturam ex adverso , quando sanguis , ultra modum effervescit , & turgescendo rarefactus , vasa distendit , pulsum celeriore concitat , & velut liquor sulphureus incensus calorem adurentem quaquaversum demittit. Trifariam autem præcipue sanguinem præter naturam effervescere : sive enim ei aliquid extraneum , ipsi dissimile , vel extrinsecus corpori illatum , vel intrinsecus a vitiosis quibusvis visceribus , suppeditatum , permisceatur : sive principium quoddam , sanguinem constituens , ultra temperiem naturalem , efferum evaserit : sive tandem ei a causa morbida qualiscunque liquoris coagulatio inducatur , ac ita particulae crassiores a tenuibus secernantur ; quomodocunque memoratorum aliquid evenerit , actutum id causam esse , ut sanguis solito magis effervescat , & naturalis corporis status perturbetur ⁵³.

XXI. Sanguinem existimat *Willisus* , esse animatum , & vitam ejus ab cujusquemodi incendio dependere : quinimo ipsam vitam esse speciem quandam flammæ , ab ipso conceptu in humore genitalem depositam ; quam deinceps a calore materno exsuscitatam , incipere paululum gliscere , micareque , & ad sanguinem , quoad animal ætatem degerit , commorari. Non adeo stupidum aliquis credat *Willisum* , ut statuat sanguini flammam lucentem , ut ea igni culinari , vel candelæ , vel simili inflammatae materiae , est , itidem inesse : verum potius *Willisus* persuasum habet , eam , quoniam tenuissima , forsan sub forma fumi , vaporis , &c. sanguini præesse ⁵⁴.

Quid ?

Præterea comparat sanguinem cum vino , ratione effervescendi vel fermentandi actus : quem , sensit , utrisque esse familiarissimum. Quin etiam illum lacti comparat , ratione cujusdammodi formæ , coagulationis , seu alius , quoquo pacto institutæ , partium utriusvis

discessionis.

[53] *Ibidem* cap. II. confer etiam cum dictis cap. I. part. pathol. de anim. brutor.

[54] Vide tractat. de sang. incallescencia.

Quid? quod calor & motus sanguinis intestinus a duobus deinde dependant: nempe (1) a peculiari ejus constitutione, quam esse in hoc sitam, ut sanguis, quia scatet principiis actuosis, ut spiritu, sale & sulphure, in vasis suis, non fecus, ac vinum dolio inclusum, sua sponte turgescat; (2) a fermento, cordi insito, quod liquorem, sinus ejus pertransientem, efficienter rarefacere, ac cogere eundem, ut effervescent quasi cum spuma corde exiliat ⁵⁵.

XXII. Præter hæc, statuit, vasa feminalia & partes genitales fermento turgere adeo, ut nihil supra. Videri enim sibi, ait, hæc locorum spiritum, sal & sulphur, simul compacta, summeque attenuata, in semen, velut in *Elixir* nobilissimum, redigi. Actuosa hujusmodi principia, non tantum in utero pro foetu efformando fermentescere; sed etiam juxta ac vividum fermentum, universo sanguini, ut volatilior fiat, & acrior effervescat. inspirari. Hoc fermento itaque rite se habente, in foeminis faciem colore florido suffundi; nec non, ob luxuriantem sanguinem, singulis mensibus necesse habere sanguinis ex utero profluvium. Eandem esse virorum conditionem, quibus ratione fermenti feminalis esse plurimum caloris, vocem sonoram, pilorum in barba inque inguine eruptionem. Deficiente vero, seu depravato ejusmodi fermento, in utroque sexu observari pallorem, anhelationem, &c. & viros fieri plurimum imberbes ⁵⁶.

XXIII. Spiritus corporis, censet *Willisus*, generari e sanguine, & quidem ex ejus purioris sulphuris portione. Hanc intra *corticalem* cerebri cerebellique partem a sanguine secerni, similiter fere, ac spiritum vini; quem destillando per poros spongiæ, alembico impositæ, pertransire, ac ita subtiliorem indeptare naturam. Neque vero constrictiori cerebri nervorumque compagi solum, spirituum confectionem esse tribuendam: sed in cerebro liquorem subtilissimum, spiritum puta, e sanguine extillatum, fermento quodam imbui: quo ad-

[55] Libro de febr. cap. 11.

; [56] De fermentat. cap. v.

[57]

admixto cum volatiliorem reddi, atque adeo ad motus sensationisque munia obeunda magis idoneum. Cerebrum namque abundare sale volatili, cui spiritus acuendi attenuandive virtutem esse insignem. ⁵⁷ Procreatorum, tali, ut dixi, modo, spirituum, e sanguinis flamma emissorum, lucis radiis similibus, ingentem copiam in medulla cerebri in futurum animæ superioris usum asservari: sufficiente interim portione, e summa hac corporis regione in medullam oblongam, & spinæ dorsæ medullam, & deinde in nervos, inque eorundem propages, blande scaturiente, hosque insimul agitante, & ut tensi evadant, inflante. Quin etiam spiritus, ubertim e nervorum sinibus exundantes, muscutorum, membranarum, &c. fibras *nerveas* subire: adeoque causam esse, ut hæc propria, sine medio interveniente, constituantur sensus ac motus organa. Bifariam autem spiritus rerum suarum fatagere: introrsum, cum officium erga sensus: a foris, cum erga corporis motionem, confervent ⁵⁸.

XXIV. Per sæpe *Willisus* mentionem facit liquoris nervorum, spiritibus animalibus vehiculi loco inservientis. Hunc originem ducere, judicat, a sanguine, cerebri cerebellique oras exteriores, irrigante, ipsisque instillato: unde, caudicem medullæ trajiciendo, leni postea scaturigine per totam systematis nervosi compagem diffundi. Hujusmodi laticem autem re vera, & cerebro inesse, & nervoso generi, apparere ex hoc, quod spiritus animales, jugiter manantes, sint contigui: quod tendonum, partiumque nervosarum seu vulnera seu abscessus, exsudent ichorem tenuem: quod, si catuli cujusdam nervi majores ligentur, hi paulatim intumescant; quæ omnia accidere, arbitratur, ratione liquoris, nervos permeantis. Addatis his, quod si nervi, novissime discissi, extremitati admoveatur charta bibula, ea humectetur istic loci. Munus hujus laticis esse, vehere spiritus, & varios spirituum,

in

[57] *Ibidem* cap. 11. & v. | log. cap. 1v.
[58] De anim. brutor. part. Physio-

in usum sensus & motus, *schematismos* referre: posthæc eundem conferre ad nutriendum corpus. Verum, antequam hic liquor ad nutritionem aptus sit, necesse esse, ut ei admisceatur aliusmodi humor, quem ubique fere e Massa sanguinis per arterias deponi. Hos geminos humores, postquam utrimque commixti, constituere liquorem vere nutritium: hunc deinde partibus accrescendis debita proportione ac mole conjungi: vel spatiosa, propter jugem particularum exhalationem, decidua, interpositu suo continuo explere: in hisce duobus namque nutritionis opus cum maxime consistere. Ut ut nutritio fuerit, primatum tamen conferendum esse, censet, liquori nervoso: hunc, propter subtilitatem, & spiritum, quibus abundat, liquorem arteriarum, natura sua inertem crassioremve, informare, reddereque accommodum nutritivum. Constare enim inter Medicos, succo nervoso aut deficiente aut depravato, sin ullam, perversam minimum, in corpore oborituram, nutritionem ⁵⁹.

XXV. Ut corporis motionem *Willisus* clare exponeret, postulat, ut duæ positiones sibi concedantur; nimirum plus spirituum animalium, vel particularum impellentium, intra fibras tendinum, quam carnis, hospitari: deinde fibris carnis aliusmodi particulas, ac in tendonum fibris, esse insertas. In motu itaque corporis vel musculi alicujus, spiritus animales, ad instinctum cerebri cum nervis communicatum, e fibris tendonum in carneas, erumpere, proflire; & cum inibi inveniunt alius generis particulas, a sanguine suppeditatas, conjunctim protinus effervesce. Quod cum contingat, fibras musculi carneas, laxas alioqui, & poris abundantes, infarciri, ac quodammodo corrugari, hinc sequi ejus musculi contractionem. Qua finita, spiritus superstitis, quorum natura etiam nunc sincera est, redire in fibras tendonum. reliquis interea particulis intra carnem relictis. Harum dispen-

[59] Vide Cap. 1. de febr. De ce- | hæc, quomodocunque fuerint, excerpti.
rebri Anatom. cap. XIX. & XX. unde

pendium sanguinem ; at illorum , nervos , refarcire. Et licet ingenue fateatur , se magnum opus omnino & arduum conari , si indicare dictarum particularum naturam , si declarare causam , qua eæ ipsæ ad motum impelluntur , & denique si definire rationem vel modum contractionis musculorum , moliat : non dubitat tamen se omnes exorpturum difficultates , si permittatur sibi ponere , nervorum spiritus salinæ indolis , & particulas laticis in musculis inhabitantes , vel nitro , vel sulphure , esse refertas ⁶⁰. Hujusmodi duplicis generis particulas , ad nutum animæ , quoscunque corporis motus ad eorundem normam dirigentis , effervescendo vel ebulliendo coire ; perinde ac spiritus complures , Chemica arte parati , vel invicem mixti , vel rebus solidis diversis admixti , parem effervescendi actum edere solent. Quemadmodum in horum , ita etiam in illorum conjunctione , autumat , fieri repentinam partium subtilium eruptionem , a quibus postmodum inflari musculos , contrahique ⁶¹. Contractis enim , breviatisque fibris musculorum carneis ; quia ejusmodi particulis adimplentur , eos tumescere , ac ad omnimodam motionem esse accommodatos. Porro , contractis quoquo modo musculis , spiritus , nervos influentes , a fibris membranaceis , carnosas ubique decussatim secantibus , desistere : quare etiam musculos , quia istiusmodi fibræ membranaceæ exinanitæ vel laxatæ sunt , facili negotio posse distendi ; relaxatis autem musculis , spiritus modo dictas fibras de novo subire , implere , & , quo melius carne stringant , breviores reddere ⁶². Hæc de naturali partium quarumcunque corporis motione. Vitiose autem habere se eandem , si memorata spirituum eruptio , *explosionem* vocat , haud ab articularum sanguine , fibras musculorum undique interfluente ,
verum

[60] Etenim nisi aliquis ejuscemodi particulas posuerit , vix fore , putat Willisius , ut aliquis mentem suam de affectibus spasticis , &c. verbis explicare possit. Vide cap. xv. Part. Pathol. de

anim. brutor.

[61] De morb. convulsiv. cap. 1.

[62] Plura inveniet. B. L. 1. in libr. de motu musculor. pag. 33. & 34. edit. *Weistheinian.*

verum a cerebro cum liquore, nervos irrigante, descendat; & dein juxta horum origines, medios processus, plexus, extremitates, sibi certos terminos constituat. Nullum enim sibi dubium esse, ait, quin particulae diversae, & vi quadam e sanguine erumpentes, una cum succo nervoso instillentur cerebro. Has postea in nervosum genus detrusas spiritibus inibi contentis accrescere, usque constitutionem spasticam inferre. Scilicet, spiritus dicto modo contaminatos, intra nervorum truncos, vel intra fibras membranaceas, musculis intertextas, vel inter plexus nervosos, hospitantes, aut gravatos ob nimiam plenitudinem, aut data quaqua occasione exagitatos, irritatos, cogi excutere copulam suam; & tum particulas elisas a se mutuo discedentes, partes continenter valde inflare, adeoque convulsionem concitare. Neque vero omnes convulsionum species a capite solum, verum quaedam originem ducere a nervorum finibus. Luculenta enim hujus asserti exempla observari in splenis, uteri, renum, &c. affectibus, in quibus itidem corpus convulsione bifariam, ob irritationem videlicet, & ob copulam dissimilem particularum explodendarum, torqueri. Si liquor nervosus fuerit penitus vitiat, fieri convulsionem continuam: intervallis vero redeuntem, si materia morbida, finita accessione, de novo collecta, nervoso generi iterum debita portione immisceatur. Igitur prout materia, aut stas, aut instabilibus, temporibus fuerit congregata; ita etiam periodos affectus reciprocaturas⁶³. Pulcherrime quidem istiusmodi ratiocinium a *Williso* excogitatum est, sed belle, sed melius, haberet se, si constaret inter nos de tanta, quantam ipsis affinxit, spirituum animalium & sanguinis arteriarum discrepantia, de actu effervescendi, & subita particularum, maxime subtilium, in fibras musculorum, irruptione. Reliqua omittam, ne ego videar Viro spectato, ejusdemque sectatoribus adversari.

XXVI. Febrem, *Willisus* censet, esse inordinatum sanguini-

[63] Vide libr. de morb. convuls. | 37.
cap. VI. & VII. de motu muscul. pag. |

[64]

guinis motum, & sanguinem nimio opere effervescente. Si in sanguine aut spiritus aut sulphur nimis attenuatum ac effertum, cætera principia supereminet, causam hoc esse, ut sanguis continuo effervescat, i. e. ut febres continuæ oboriantur. Sin vero aliquid diversum sanguini confundatur, cujus particulæ tandem ebullitionem cient, donec vel subactæ reddantur aptæ mixtioni, vel foras excernantur; esse id causam, ut febres, vel itatas periodos observent, vel earum accessiones aut anticipent, aut succedant sibi tempore incerto. Febres hæ, cujusmodi sint, a Medicis appellantur intermittentes. Intermisionem autem oboriri, existimat, quia materia morbida uno accessu omnis difflatur; quamprimum vero de novo alia, in debita quantitate accumulata fuerit, iterum aliam febris accessionem sequi, necesse esse. Quod vero typi non sint uniusmodi, causam esse, putat, diversam sanguinis constitutionem; dum a temperie naturali degenerans consequatur modo acrem, modo acidam, modo austeram qualitatem. Cujusmodicunque ea fuerit, tamen non oblivioni tradendum esse succum alibilem; quem non ita pridem in sanguinem advectum, plus aut minus crudum, in materiam citius aut tardius ad fermentandum idoneam, perverti. Hinc typorum varietates, sentit, esse deducendas⁶⁴. Sunt quidem Willisio multa artis theoremata, in tractatu de medicamentorum operationibus, ubi insimul complures morbos omni cogitatione pertractat: at enimvero, quia hæc cum illis, quæ modo perscripsi, conveniunt, derivantur enim ab eodem fonte, ea de causâ his supersedeo.

[64] Pervolve libr. de febr. cap. III. & seq.



R r r 2

DIS-

DISSERTATIO XXIV.

DE

*Medicis, qui ex institutis præceptisque Matheſeos;
quid in homine fieri ſoleat, ratiocinantur.*

I. **E**ſt hoc in more poſitum inſtitutoque auctorum, ut ii, qui de re aliqua diſſerere volunt, prius verbum, quænam ei ſubjecta ſit notio, definitione declarant: ideoque, ut intelligatur quid ſit mathema, de quo animum induxi hoc loco ſcribere, indicabo obiter, Mathema ſignificare quidem quamviſcunque diſciplinam: per excellentiam tamen Mathematica ſeu ſcientias Mathematicas fuiſſe nominatas, Arithmetica, Muſicam, Geometriam & Aſtronomiam. Addatis hiſ alias, ex dictis quaternis, quæ a poſterioris ævi ſcriptoribus quadrivium vocabantur, ortas; ut Architecturam, *Staticam*, Mechanicam, Opticam, Gnomonicam, &c. Eadem ratio eſt vocabuli *Mechanices*, quod notat generaliter artem, quæ ingenio & manu ſimul exercetur: per eminentiam vero ſcientiam, ſecundum Mathematicorum & Phyſicorum rationes, efficiendi machinas, & organa admirabilis effectus ¹. *Mechanicum* Boerhavius appellat, qui non modo caller dicta conſtruere; verum qui corporum vires ex mole, figura & velocitate, vel aſſumptis, vel obſervatione deprehenſis, calculo æſtimat Geometrico ². Proinde, niſi aliquis Geometriæ præceptis initiatus, nunquam is evadet magnus *Mechanicus*. Et, ut ad ſtudium Medicinæ deveniam, Geometria

[1] Vide lexica *Hofmanni* & *Reyheri*. *dit, eaſque poſtea ad varios uſus applicat.*
Hofmannus Med. Rat. ſyſtemat. tom. i. in præf. *Mechanica eſt motuum ſcientia, qua eorum naturam, cauſſas ac leges tra-*

[2] Ita *Boerhavius* in Oratione de uſu ratioc. *Mechan.* &c.

[3]

tria est illa necessaria scientia, quam & Hippocrates³, & Galenus⁴, sc̄atoribus suis tanquam requisitum sc̄itu maxime necessarium suaserunt. Quis enim ignorat, ii, qui Mathematici vocantur, quanta in obscuritate rerum, & quam recondita in arte, & multiplici subtilique versentur? quo tamen in genere, vel Tullii ævo, ita multi perfecti homines extiterunt, ut nemo fere studuisse ei scientiæ vehementius videatur, quin, quod voluerit, consecutus sit⁵.

II. Equidem non diffiteor Mathematicos, qui in Astrologia vel Genethliologia, vel in aliis hujusmodi divinationibus, male horas collocarunt, male quondam audivisse, eodemque crimine Imperatores quosdam damnasse⁶. Quippe illi præceptis disciplinæ abutebantur, perinde ut olim aliqui Magi, Philosophiam profitentes, qui cum nimis subtiliter studium Sapientiæ evolvere conarentur, superstitione eam contaminarunt. Verum eos, qui rationibus & præceptis mathematicorum ad explicandam rerum efficientiam tantum u-

tun-

[3] In epistola ad Theſſalum filium. Ubi memorat Geometriam & Arithmetiam non modo in omnigenis hominum negotiis, verum etiam in Medicina, ex usu esse. Namque illam maximæ utilitatis esse, in articularum, ossium, &c. membrorum situ cognoscendo, inque luxati membri restitutione; hanc vero in omnis generis febrium natura, ac circuitibus determinandis.

[4] De libris propr. cap. xi. confitetur se a patre, ab avo & proavo ad omne humaniorum disciplinarum genus instructum. Et cap. v. de ord. libr. tuor. narrat, se, posteaquam ad xvii. ætatis annum pervenit, & liberalibus disciplinis innutritus, monitu infomni patris, ad Medicinam applicuisse, atque hanc Philosophiæ conjunxisse. Et talem, inquit, meam felicitatem, quamquam majorem etiam redderem, quod citius meliusque reliquis omnibus, quacun-

que docebar, discerem: nisi tamen per universam adeo vitam in illis Medicina, Philosophiæque theorematibus me diligenter exercuissem, nihil præclarum, excellentisque eram consecuturus. Quapropter mirum non est, in tanta hominum multitudine, qui in Medica & Philosophica exercitatione, studioque versantur, inveniri tam paucos, qui recte in illis profecerunt.

[5] Ita Cicero libr. i. de oratore.

[6] Dioclet. sc. & Maxim. vide Cod. libr. ix. Tit. xviii. §. 2. Cæterum, artem Geometriæ discere atque exercere publice interest, eadem lex testatur. Item Cod. libr. x. Tit. lxiv. §. 2. Mechanicos, Geometras & Architectos, & eos, qui aquarum ductus, & inventos modos docili libratione ostendunt, Imp. Constantinus & Constans immunitatibus donarunt.

tuntur, omni laude esse dignos, neminem, puto, præter eum, qui eruditorum mathematicorum pulverem nondum attigit, inficiaturum.

III. Ex medicis primus Cassius, quem Celsus, 7 æqualis illorum temporum, vocat ingeniosissimum seculi nostri medicum, Geometrarum more conatus est explicare, quare ulcera rotunda cæteris difficilius coalescant? Attulit scilicet figuram angularem & rotundam tanquam argumenta ad sententiam suam probandam. In illa enim partes, sibi viciniores esse, quam in hac, in qua omnes partes æqualiter a centro distant: difficiliorem proin hic fieri labiorum vulneris ad sese accessionem 8 cicatricisque coitionem. Cur motus hominis recti ei non vertiginem inferant, sed circulares in gyrum cursus, causam hanc esse. *Rectos motus, scribit, non prohibere materiæ transpiratum, circulares vero non permittere eam difflari, irruente nimirum cum turbinis impetu aëre & transpirationem inhibente. Adde quod motui corporeo respondet ad unguem circularis in nobis humorum motus. Hi namque cum corpore simul circumacti, occlusa perspirandi via, ob rationem memoratam, postquam motus causa quiescit in orbem, jam tum moveri incipiunt: unde talis motus in causa est, cur humores præter naturam aliquid concipiant, ac representari credant 9.* Quæstionem etiam habet de accessibus febris, qua de causa videlicet in universum fere extrema frigore capiantur? Rationem esse, ait, quia humores eo confluunt, ubi motus initium extat: id autem in mediis viscerum penetralibus consistere 10. Cæterum culpam passim adstrictionem nimiam, aut perspirationem corporis impeditam, aut nimiam spirituum motionem 11.

IV.

[7] In Præfat. libr. I.

[8] Hæc e Probl. I.

[9] Problem. xxvii.

[10] Ita ratiocinatur Probl. vii.

[11] Sic Problem. lxxvii. qua de causa in febrilibus alteretur pulsus, hæc affert rationem. Nimirum, quoniam spiritus innatus, quum naturali &

symmetro statu, redundat, & a calore interiore dividitur, tenuaturque, ac levitatis occasione concitam acquirit celeritatem; non pulsui tantum, sed & ipsi respirationi, alterationem inducit. Et Probl. lxxvii. cur in Cholera convellantur contrahanturque, & refrigerentur extremæ corporis partes, atque pul-

IV. Post hunc jacuit ratiocinium Geometrarum diutissimè, aliis sc̄ctis in Medicina interea primatum habentibus: adventu autem Viri incomparabilis Cartesii seculo haud pridem elapso exorti, id reviviscere cœpit. Hujus e Physica postmodum multi medici, ut Regius, le Grand, Craenen, Broekhusius, Waldschmid, &c. complures hypothefes in Medicinam transfulerunt; easdemque cum variis, quæ ad rem pertinere videbantur, tam Galenicorum quam Chemicorum decretis, copularunt. Hinc orta nova Medicinæ rationalis facies. Inter alia tamen, quæ medici a Philosophia Cartesii mutuati sunt, eminet decantata illa Mundi Materia subtilissima. Hanc, statuit, universum mundum perfluere, adeoque non inepte vocabulo animæ Mundi nuncupari: hanc, ne uspiam vacuum esset, omnes omnium corporum poros adimplere. Quandoquidem autem horum natura non uniusmodi, sed tum amplitudine tum figura, diversa sit; necesse itaque esse, ut illa etiam aliis atque aliis particulis referta, quæ omnis generis poros explere possit: sin vero pori alicujus rei ita comparati, ut materia subtilis eos difficulter, aut plane non, penetrare valeat, immensam tunc rerum luctationem seu agitationem oboriri; quæ prout omnifariam, aut mitis, aut valida, aut brevis, aut diuturna, ita quoque omnimodam fortiri nomenclationem. Inde varios fermentandi, effervescendi, putrefaciendi, &c. actus, quibus corpora omnimode, aut junguntur, aut alio quoquo pacto

pulsus adfit obscurus? fieri hæc ratiocinatur, per spiritum impetu elatum, propter tenuitatem partium, qua ventriculum esse præditum. Et, quia hujus spiritus sit oppido calidus, idcirco eum latenter distillari: &, quod consequens est, dictas partes torpore affici; ea autem torpere, quæ spiritus vehiculo priventur. Extrema porro refrigerari, contrahique propterea, quod in istis illius partis tenuitatem, commeet. Et Probl. LXXIX. insanorum deliria accidere, ait, quoniam spiritus animalis propter impedimentum, & obstructionem pororum, qui in partibus, memoratum spiritum conficientibus, sunt, angustum inveniatur transitum. Quin etiam *Cassius*, ut mentem suam explicaret de variis corporis affectibus, in quibusdam problematibus, usus est spiritu, calore vel frigore.

[12]

Et alterantur, vel immutantur, originem capere. Latissime proinde patet, quod hæc sit causa princeps extraordinariorum effectuum, in animantibus non solum, verum etiam rerum in universitate, abortorum: atque adeo putant ejus sectatores, eandem tanquam dominam omnium rerum habendam. Posita pororum differentia, conficitur ex hac, suum cuique rei esse ætherem. Alium metallis, alium lapidibus, alium frumento, &c. esse. Quippe particulæ materiæ subtilis, quæ v. g. in Auro insunt, nesciunt eadem ratione aliorum hospitari. Et, ut pressè loquar, proferam verbi causa sanguinem, cum quo, putant, materiam subtilem communicare variam *diarbesin*. Ab ipsa, quos reditus, quæ impendia sanguis faciat, esse ac fieri: campse, quia vel ferit & furit, vel rodit & perfodit, sanguinem & quidem floridum ejicere ¹². Quæ cum ita sint, liquet inter nos positionem materiæ subtilis, cumulare & Physicam, & Medicinam ratiociniis omnimodis ¹³.

V. Celeberrimus *Graanen* præter dictum ætherem, ad exponendos varios corporum affectus, sæpissime commemorat corporis animalis poros, ex quibus alios, statuit, foris intro, alios vero intus foras, spectare; per illos aliquid rarefactum in corpus vel partem ejus mitti, per hos vero e corpore, vel parte ejus, idem emitti ¹⁴. Glandulam pinealem itidem, ut id apud eos, qui de familia Cartesii sunt; in more est po-

[12] *Broekbüssus* Oeconom. animal. artic. LXIII.

[13] Vide opera, quæ titulo *Craanenii* in lucem a variis edita, *Broekbüssii* Oeconomiam animaleam, *Waldschmidium*, Broenii scripta, &c. qui hujusmodi ratiocinatio dicendi generi frequentissime insunt.

[14] Non adeo absurda sunt esse meatus corporis forinfecus ad interiora tendentes. Medicamenta enim exterius adhibita non agerent, nisi talis corpo-

ris constitutio esset. Memorabile est, quod *Theophrastus* libro de odorib. literis prodidit, unguenta quædam, vel malagmata ex aromatibus confecta esse, quorum aliquo si cujusdam præcordia & pectus illiniantur, cum continuo rictus odoratos edere: Urinam reddi odoriferam, si unguentum capiti illiniat. Hydrargyrum foris inunctum vel applicatum salivæ fluxus ciere, pervulgatissimum est, &c.

[15]

positum, sensuum in officinam assumfir. Ad hanc, tanquam ad mentis immortalis folium, spiritus animales sensationes suas deferre: indidemque mandata iisdem spiritibus identidem dari de negotiis gerundis.

VI. Plaufibile quidem est hujusmodi ratiocinandi genus; verum tamen, quomodocunque fuerit, laborat id a veritate; siquidem multas habet hypotheses, quæ proinde, quasi veræ essent, ponuntur. Quas, cum Pitkarnius¹⁵, & Baglivus¹⁶, & alii, observarent, occasionem sunt nacti ejusmodi ratiocinationem reprehendendi, quia nihil fere habeat ad fidem proni; sed pleraque, cujuscunque modi sint, foris assumantur, quæ concipi non possunt. Quid? quod ipse *Broekhusius*, quamquam maxime Philosophus, non dubitavit, aperte ingenueque profiteri rem arduam, ac difficilem esse de singulis ad præcepta Philosophorum dislerere. *Utinam, inquit, intimam modificationem partium caperem, & eandem juxta genuinos motus, & mixturæ conciperem respectus; tunc sane quam raro & parum aberrarem in cognitione causarum & effectuum e corporis nostri machina resultantium, mentique & oculo sese offerentium, & nemo non experietur meam in praxi industriam, cum jam xx. annis præter propter sedulam navaverim operam corporis ut compositum, & ejus partium ad se invicem perspicere relationem*¹⁷.

VII. Verum enimvero quoniam plerique recentiores philosophi persuasissimum habent mundum universum non modo, verum etiam singula animalia cum machinatione quadam moveri, ea de causâ placet hoc capite potissimum recensere varias variorum auctorum, Mechanicæ profitentium, opiniones, quas habent de qualicunque corporis viventis constitutione, deque ei medicinæ adhibendi ratione. Sed ad propositum revertar.

VIII. *Hofmannus* F. F.¹⁸ tanquam Theorema proponit; quod

[15] Cujus gratia vide dissertat. III. de caus. divers. mol. &c.	theor. pract. cap. v. pag. 69.
[16] Prax. Medic. libr. I. cap. x. §. 4.	[18] In Fundament. Medicin. cap. II.
[17] Ita Ration. philosoph. medic.	

Sss

[19]

quod, quemadmodum rerum universitas in Mechanice fita, ita etiam Medicina; quam ideoque non modo hic, sed complures alii senserunt, Mechanice declarandam. Ut autem ea proponatur perspicue, judicat, prius consideranda esse bina rerum elementa, materiam nempe & motum. Materiam, cujus natura consistit in extendendi actu, differentiam esse positam in diversa ejus figura & magnitudine; quibus si insuper & motus, & quies adjungantur, tunc hæc quatuor constituere universales corporum simplicium affectiones. Ipsam materiam autem, non dubitat, ad duo genera redigi posse; quorum alterum solidam, alterum fluidam, materiam complexu suo continere. Solidum Pitkarnius ¹⁹ dicit esse corpus omne corpus, cujus partes inter se cohærentes difficulter a se divelluntur ac distrahuntur. Fluidum vero esse corpus omne, cujus partes cedunt vi cuicunque illatae, & cedendo facile inter se moventur ²⁰.

IX. Celeberrimo *Newtonio* simillimum veri videtur, Deum Mundi artificem principio materiam ita creasse, ut primigeniæ ejus moleculæ, ex quibus deinceps oritura corpora, essent solidæ, firmæ, duræ, non penetrabiles, inertes, mobiles tamen; dotatae vero tali magnitudine, figura proprietateque, tantoque numero & quantitate; quanto opus est ratione spatii, in quo futurum erat ut moverentur, & cum ad finem, ad quem creatæ fuerunt, perducerentur. Hujusmodi particulas censet admodum solidas multoque duriores, quam ulla corpora ex iisdem deinceps cum occultis interjectis partibus composita: imo adeo duras esse, ut nec deteri possint unquam, nec comminui: nec ullam in rerum Natura vim esse, quæ talem moleculam, quam Deus in prima mundi fabricatione unam fecerit, in plures partes dividere queat. Quod si illæ particulae primitivæ aut deteri aut comminui possent, consequens esse, argumentatur, ut rerum natura, quæ ex

iis

[19] Propositione x.

[20] Idem propos. ix. & Elem. Medic. Physico-Mathem. libr. 1. cap. 14. §.

19. & *Newton* Philosoph. nat. libr. 11. sect. 7.

iis pendet, immutaretur. Nec aquam nec terram, si forent nunc ex particulis imminutis & contritis compositæ, habitu-ram easdem proprietates, quas habuerunt in principio, ubi ex particulis integris concreverint. Quid? corporum cuncto- rum mutationes, existimat, in variis secretionibus, novisque conjunctionibus & motibus durabilium, istiusmodi particu- larum consistere. Concedit quidem corpora composita dif- rumpi posse, verum negat id fieri particularum primigenia- rum solidarum fractura, sed contra, qua parte ex commif- suris inter se junctæ erant, & paucis in punctis se modo continebant, disjunctione, secretione ²¹.

X. Motum *Hofmannus* habet pro primo ac universali re- rum principio, & causa, omnis generis formas, efficiente. Primam vero motus causam esse materiam subtilissimam, cui Deus impulsus in corpora universa concessit. Motus autem naturam ita comparatam esse, ut semper procedat se- cundum lineam rectam, præterquam alia res ipsi obstaret: exinde oriri, si ita accidat, vel reflexum, vel refractum motum. Et cujusquemodi motus fuerit, non evenire hunc tractu, ut complures credidere, sed pulsu: cujus momen- tum, aut ex celeritate corporis, aut ex mole, æstimandum. Peculiare autem hoc cuilibet corpori esse, ut id, quale qua- le fuerit, eadem vi deorsum ingravet, nisi vis aliorum pre- mens, illius nisui superior, interveniat.

XI. Quandoquidem vero varii illi motus, quos in mundo observamus, perpetuo decrescant, necesse esse, scribit *New- tonius*, quem plerique recentiores philosophi sequuntur, re- currere ad actiosa aliqua principia, per quæ motus conser- vatur, vel si retardatus fuerit, de integro instauratur. In horum numero habet gravitatem & causam, quæ corpo- rum seu cohærentiam seu *fermentationem* efficit. Hæc motus principia latissime patere, ad plurimosque Naturæ effectus pertinere. Nam per gravitatem planetarum & cometarum

mo-

[21] Newton Optices pag. 343. edit. Lond.

motus in orbibus suis jugiter conservari, corporaque omnia magnum cadendo acquirere motum : per fermentandi actum cordis sanguinisque animalium motum & calorem fartos tectosque tueri, interioraque telluris perpetuo calefieri, corpora permulta ardere, lucere, &c. Addit & his motum, qui ex imperio voluntatis manifesto oritur. Præter hæc ad explicandas rerum causas per sepe adhibet attractionem vel vim magneticam, per quam significat vim, qua corpora ad se mutuo tendunt, cuilibetque causæ demum illa virtus tribuenda sit ²².

XII. Quod ad variam corporum motionem attinet, *Newtonius* statuit hanc trifariam potissime accedere, adeoque trinas ejus leges dedit ²³. I. Corpus omne perseverat in statu suo quiescendi vel movendi *uniformiter* in directum, nisi quatenus a viribus impressis cogatur statum illum mutare. II. Mutatio motus proportionem habet ad vim moventem impressam, & fit secundum lineam rectam, qua vis illa imprimitur. III. Actioni contraria semper & æqualis est *reactio*: vel corporum duorum actiones in se semper sunt æquales, & in partes contrarias diriguntur.

XIII. *Pitcarnius* ²⁴ inficiatur esse materiam ætheream vel subtilem, omnium corporum poros replentem, & libere permeantem, prout ea *Cartesio* ejusdemque sectatoribus visa est. Nam si talis esset, argumentatur, aër ejus plenissimus haberet densitatem, hydrargyri densitati æqualem; nec minus aër motui ferri deorsum resisteret, quam hydrargyrum: adeoque nec ferrum, nec aliud quodvis corpus posset per aërem descendere: quibus tamen contra est experimentum.

XIV. Principium & causam motuum animalium, *Borellus* ²⁵ censet, esse animam: per hanc enim illa vivere, & du-

[22] *Newton* optic. quæst. 23. pag. 322. & 343. & cap. 1. §. 6. ubi alterum argumentum, quo vanitatem materiæ subtilis evincat, affert.
 [23] In *Philos. natur. princip. mathemat.* pag. 12.
 [24] In *Element. Med. propos. xxvi.*
 [25] *De motu animal. part. 1. cap. 1.*

durante vita motum eis inesse : simulatque vero animal quoddam extinctum occidat , hoc est quando animal non amplius operatur , machinam animale omnino inertem & immobilem relinqui. *Hoffmannus* ²⁶ sentit nervorum fluidum motuum voluntariorum animalis , & naturalium , qui contra voluntatem fiunt , seu mechanicorum primam & præcipuam esse causam. Illius generis motuum organa esse musculos e fibris cylindraceutis mollioribus ac porosis in fasciculum collectis , constructos : hujus vero instrumenta esse tunicas nervosas & carneas ex fibris maxime annularibus composita.

XV. De omnibus corporum actionibus , quarum profecto ingens est numerus , *Bellinus* ²⁷ excipit contractionem & distractionem. Sub his , velut duobus generibus , reliquas comprehendit. Has igitur utramque facere paginam. Ut autem dictarum actionum aliquod cogitatione percipi possit , proponam , gratia exempli , chordam : quæ si distendatur , longitudinem illam , in quam chorda tractu opposita ad partes redigitur , vocat distractionem ; contractionem vero , si cessante distensione chorda pristinam recuperet longitudinem. Eadem ratio est rerum flexibilium , quæ quoque , exacto paulisper curvamine , per latera nitentia sponte in priorem positum restituntur : cujusmodi actus solet hoc tempore vocabulo *elateris* , vel *vis elastica* , frequentissime nuncupari ²⁸. Hanc secundum omnigenam corporum soliditatem,

[26] *Medic. Ration. System. part. III. cap. II. §. 4. 5. tom. I.*

[27] *Hæc e propof. L. de contract. natural. Et Hoffmannus p. I. tom. I. cap. II. §. I. corpus elasticum illud est , quod ex variis filamentis duris tensilibus constructum , & vi alterius corporis expandi ac constringi , elongari ac abbreviari potest , qua vi cessante in pristinum statum se restituit.*

[28] *Item Hoffmannus tom. I. in Præf. Sunt vero duplicis generis solidorum mo-*

tus , contractio nempe & dilatatio , quibus omne fluidum in universo corpore movetur , atque propellitur. Et in scholio §. XI. cap. VIII. part. III. Has esse causam , statuit , quæ omnes vitales motus tuetur , quæ totum corpus a putredine vindicat , qua univertum secretionis & excretionis negotium moderatur , qua salva & recte se habente omnes functiones omnis vigor tam animi quam corporis recte se habent : qua læsa vel turbata omnia fiunt præter naturæ

tem, qua res cum re differt, Baglivus statuit, *diversam* ²⁹.

XVI. Verum enim vero, antequam solidi naturam, quam Mechanici, teste Boerhavius ³⁰, tantummodo declarare norunt, aliquis indagare potis sit, necesse est, corporum cohaesionem scire, quam, *Bellinus* sensit, in hoc positam, quod v. g. duo corpora se contingant nisi quodam: & repugnent postea contra sui disjunctionem seu remotionem; sin vero alterum ab altero ex facili removeatur, merum modo talium corporum contactum accidisse, & ea haudquaquam cohaesisse. Ut autem natura cohaesionis duorum corporum plana fiat, necesse habet Physicus considerare nisi in contactum determinatos gradus, determinatasque positiones in lineis directionum. Posthac cohaesionem corporum dici tamdiu in uno tenore versari, quamdiu persistunt in contagione; atque ad hanc, per lineas directionum eodem modo positas, nituntur. Quoties corpora dictum cohaerendi modum, qui plurifariam accidit, amiserint: toties illorum forma mutatur, id est, nova, a prioribus diversa, corpora generantur. Exempla possumus sumere e rebus fermentatis, putrefactis, aut alio quovis modo cunque immutatis ³¹.

XVII. Persectis placitis generalioribus, quae ad Physicam potius spectare videntur, quorum tamen Medici, Mechanici profitentes, saepenumero mentionem faciunt, ordo descriptionis requirit ut ad propria singulariaque, quae ad homi-

mi-

turæ ordinem, & morbi ac mors in propinquo sunt. Quibus positis vitam sentit nihil aliud esse, quam motum sanguinis & humorum in circulum abeuntem, a systole ac diastole cordis & arteriarum omnique generis canalium ac fibrarum, sanguinis & fluidi nervi influxu sustentata, proficiscentem, qui secretionibus & excretionibus corpus ab omni conservat corruptione, & omnes ejus functiones gubernat. Ita in tom. I. præfat. & part. I. cap. II. §. 2. & cap.

I. §. 27.

[29] In specim. de febr. motric. libr. I. cap. VIII. corollar. 4. Hanc ibi tradit *Elaeteris* definitionem. *Vis elastica corporis, ea est, qua corpus externa vi a figura sua detrusum, in pristinam figuram se ipsum restituere nititur.*

[30] In oratione de usu ratiocin. Mechan. &c. p. 15.

[31] Vide Propof. xxxi. in qua actus fermentandi exponitur.

[32]

minem, quatenus vitalis est, magis pertinent, me convertam. *Boerhavius* ³² statuit, corpus humanum esse machinam, cujus solidarum partium alias esse vasa liquidis coercendis, dirigendis, mutandis, colligendis, & excernendis apta: alias vero instrumenta mechanica, quæ figura, duritie nexuque suo, vel fulcire alia, vel definitos motus excitare queunt. *Baglivus* ³³ vero mechanicorum sententiam amplexus, censet, corpus humanum, quatenus functiones naturales edit, esse complexum motuum Chémico-Mechanicorum, a principiis mathematicis pendentium. Namque non dubitat eum, qui attenta mente machinam hanc perquisiverit, inventuram in mandibulis & dentibus forcem, in venis arteriis cæterisque canalibus, tubulos hydraulicos: in corde, embolum: in musculis, potentiam vectis: in hirsquis, trochleam, &c. Quibus inventis eundem, putat, facile concessurum, actiones corporis re vera ad vires cunei, æquilibrîi, vectis, *elateris* & similibus Mechanicis principiorum, referri debere.

XVIII. Vitalitatem corporis sensit *Boerhavius* ³⁴ communi fluidorum, a Mechanicis explicatæ naturæ, in ipso corpore vi viscerum productæ potius, quam singulari, cujusquam particulæ virtuti, deberi. Motum enim eorum solum, quem cum fœtu primum parentes communicarunt, quemque alternantes cordis, ac ejus auricularum, contractio ac distractio continuant, præcipuam vitalitatis causam esse.

Pit-

[32] Dictæ orat. p. 14. Et *Hofmannus* tom. 1. part. 1. cap. 1. §. 9. Machinam corpus esse scribit, ex variis partibus, magno artificis ingenio inter se junctis constructum, eo consilio, ut certos ac ordinatos motus producat. Et §. 17. Corporis humani structuram maxime esse hydraulicam, cum tota fere ejus compages vasculosa sit, vel ex innumeris diversæ magnitudinis & stupendæ exilitatis & angustæ tubis conflata, per quos varii generis fluida jugi & perenni

motu circumvehuntur, vel secernuntur. Non diffitetur tamen Clariss. Auctor tom. 11. cap. 1. §. 14. in schol. Complura in corpore humano mechanice peragi, quæ captum nostrum longe exsuperare.

[33] *Præceos*, Medic. libr. 1. cap. XI. §. 7. Vide etiam institut. Medicin. *Boerhavi* §. 27.

[34] Memoratæ orat. p. 21. 22. 23. & 25.

[35]

Pitkarnius ³⁵ corpus omne vivens esse, ait, in quo liquores intra suos canales continuo moventur. Vitam proinde esse circuitum sanguinis e corde pulsi per arterias, & per venas reducti ³⁶.

XIX. Sed antequam ad tractationem partium solidarum aggrediar, opus est indicare staminum, ex quibus illæ coallescunt, naturam. Hæc a *Bellino* villi, & a *Baglivo* fibræ, vocantur. Quid uterque senserit, sigillatim narrabo. Villum, contractioni aptum, *Bellinus* statuit, non ex unico individuo, sed ex dividuis constare corpusculis: aliter enim, ac dixit, si comparatus esset, nec distrahi, nec contrahi vicissim posset. Partes autem villum quemque componentes, cohærere non posse per plana ad axem recta; quia ipsis intermedium, cui adhærere possit, deest: cohærere autem eas per plana ad axem obliqua, si quando axis sit directus; aut æqualiter distet a linea, per quam villi partes in contactum nituntur, cohærere posse per plana ad axem quomodocunque inclinata. Ut nunc villus fuerit, facultatem hunc contrahendi, statuit, ejus esse conditionis, ut eodem tempore per eandem rectam lineam partes in oppositas nitatur. Duplicis generis porro contractionem villo esse, unam naturalem seu necessariam, alteram voluntariam: causam autem hujusmodi contractionis esse liquidum nervorum subito rarefscens; aut quaquaversum se in bullas innumeras effundens, ipsius villi partes secundum longitudinem & amplitudinem penitus premens. Utrarumque contractionum discrimen in eo poni, ut villus naturali contractione alterne, & id quidem intervallo æquali, contrahatur: involuntaria autem continue per intervalla æqualia, inæqualia, majora, minora, prout nimirum usus fuerit. Hæc *Bellini* ³⁷, aut *Baglivi*, opinio est, fibrarum corporis humani duo esse genera, alte-

[35] Element. Medic. physic. mathem. propos. 12.

[36] Ibidem defin. 1.

[37] Desumpta hæc sunt e propos.

de contract. natur. Item ex iis, quæ ad motum musculor. pertinent §. 4. 11. 15. & 16.

altero membranaceas, altero carnosas, comprehendi: illas a cerebro, ut & a pia duraque matre: has vero a tendinibus, ortum ducere: & tendines ab ossibus. Quid? quod opinione non solum, sed & ad veritatem sibi persuadet, plerasque corporis partes, exceptis musculis, tendonibus ac ossibus, nihil aliud esse, quam productiones, quam continuationes membranarum medullæque cerebri: has, postquam plurifariam circulatæ, contortæ, expansæque fuerint, efficere omnis generis interanea, vasa, faccos membranaceos, & , nescio quid amplius ³⁸.

XX. Priusquam fibrarum munia persequi queam, oportet primo indicare originem motus solidarum corporis humani partium. *Baglivus* igitur, ut hanc rite explicaret, statuit geminos partium omnium motores, cerebrum nempe & cor: ab horum mutua consensione omnem sensationis, motionisque rationem dependere. Cor namque ad cerebrum, sanguinem: cerebrum vero ad cor, nervorum laticem, tanquam perennem rivulum, mittere. Quid? quod autumat suum cuique singulare esse dominium, & neutrum neutri obnoxium. Etenim cor, ratione originis, motus & nutritionis, in partes carnosas, & sanguineas: & cerebrum ob eandem rationem, in partes membranaceas, cum maxime dominari ³⁹. In primis vero magnificat membranam cerebri, ab Anatomicis duram vel meningem, vel matrem, nominatam. Ab hujus motu, conjectat, cordis motum pendere; adeoque id ipsum sub illius ditionem cadere. Et, quia in dicta membrana, parilis ferme fibrarum lacertorumque structura reperitur, ut ea cordi est, non addubitat eam jure quodam posse appellari cor cerebri, e villis membranaceis compositum; cujusmodi villos, cum crispentur contrahanturque, omne id, quod ipsis inest, contactu, pariter ac cor, constringendo exprimere. Quinimo conjicit, hanc duram
mae

[38] Specimin. de fibr. motric. libr. | [39] *Ibidem*, ut & cap. vi.

1. cap. 3.

§14 DISSERT. MEDIC. XXIV.

matrem longe cordi in potentia inque efficientia excellere. Eam enim maximum esse corporis humani agitatore: eam ipsam perpetua agitatione secretiones fluidorum varie promovere, dirigere: eam solidis juxta & fluidis imperare; imo singularum partium motus, quoniam ab ipsa impellantur, ab ejusdem legibus pendere ⁴⁰. Et, ut in summa dicam, utraque meningis, adeo utiles, adeo necessarias ad vitam esse, putat, ut aliquorum vita sine cerebro quidem, est non sine meningibus degi potuerit. Ita etiam eos, quibus sana mens est, & alios, qui mente capti, non differre inter se cerebro, sed dura matre; cujus tonum & renixum hos nimis debilem & laxum habere: ideoque etiam eos, si non gravioribus corporis ægreditudinibus obnoxii sint, saltem esse pleurumque valetudinarios ⁴¹. Quid causæ vero sit, quæ innatum meningi *elaterem* & excitet jugiter, & promoveat, ratum habet, eam solidarum partium motibus succedentium; & reflectentium æquilibrio tribuendam.

XXI. Affectuum, qui in quibusvis membranis oriuntur, sedem, arbitratur, esse in meningibus, quarum fibras exquisitissimo præditas sensu: e diverso medullæ cerebri fibras qualicumque sensatione torpere. Pulsationem equidem interiorius in variis capitis affectibus ab ægris non raro percipi; quam non arterias, ceu vulgo homines credunt, sed duram meningem, concitare. Hujus ab agitatore, tono, distractione, contractioneque, a naturali statu recedentibus, cephalalgiam, maniam, vigiliam, epilepsiam aliosque capitis morbos, originem ducere ⁴². Eandem esse rationem, asserit, meningis, quam Anatomici vocabulo *piæ matris* nuncupant ⁴³. Præter hæc, opinatur, dari re vera in corpore duplicis generis motionem, seu contractionem cujusdammodi reciprocam; a meningibus videlicet ad partes, & ab his rursus ad
illas

[40] Vide ejusdem specim. cap. v. | VI.
 & Corollar. VII.

[41] *Ibidem*, & corollar. x. & cap. | [42] *Ibidem*, & coroll.

[43] Ejusdem specim. cap. VIII.

[44]

illas tendentem: siquidem plerique existimant membranarum proprium esse sentire: & muscutorum, motus corporis perficere ⁴⁴. Membranas vero omnes ad unam, primordia generis sui ducere a dura meninge ⁴⁵: eademque aliis partibus non tantum involvendis esse destinatas; sed summum Numen ordinasse, ut oscillarent perpetuo, ut liquidorum secretionem promoverent, ut æquilibrium reliquis corporis partibus importarent ⁴⁶.

XXII. Quandoquidem vero quilibet musculus peculiari membrana involvitur, hæc vero a nervis, per musculos expansis, ortum trahit: confici hac ratione, putat *Baglivus*, cum fibris carnosis jactationem, seu oscillandi instinctum, participare duram meningem; siquidem ab hac singulæ membranæ singulique nervi, ceu jamjam memoravi, oriundi, & cui omnes ad unum contigui sint, seu cohæreant. Idcirco etiam fibræ oscillantem, seu motu agitatam, ocyus motum sibi impressum ad remotas partes propagare, quam lineam cujuscunque fluidi itidem commoti. Frustra eruptionem spiritus nitri & sulphuris repentinam in medium afferri, prout *Willisio* placuit: sed acceptum robur, acceptamque agilitatem fibrarum, *elateri* agitationique, seu tono, corpus referat, necesse esse. Enimvero, nisi fibræ decenter, aut tendi, aut laxari possent, vix fore, ut corpus valeat ⁴⁷.

XXII.

[44] Motum a meningibus ad partes, vocat *syftalticum successivum*: & ab his ad partes, *syftalticum reflexivum*. Namque, ut animi iussa partes patrent, laticem nervorum & meningis recipere impressiones talium directionum, ab anima determinatarum, quas postea illas per motum, primo loco dictum, ad partes transmittere. E diverso, ut impressiones, in externis sensibus ab externis objectis factæ, ab anima percipiantur, necesse esse, ut per humorem nervorum a sensibus perveniant ad cerebrum: nec non per

ipsas meningis, in partibus sensiferis expansas, cujusmodi sensationem fieri ratione motus *syftaltici reflexivi*; quia veluti reflectendo, a partibus ad primum mobile duræ matris momento temporis propagetur. vide specim. cap. v. in fine.

[45] *Ibidem*, cap. vi

[46] Corollar. i. cap. v.

[47] Hæc, quæ auctor. cap. i. dicti libri habet, conferantur iis, quæ cap. viii. & ix. ut & libro de Anatomie fibrar. monumentis prodidit. Dicitis adde præcipuum, ac innatum quæ

T t t 2. fi

516 DISSERT. MEDIC. XXIV.

XXIII. Nervum *Borellus*,⁴⁸ statuit, esse fasciculum complurium capillamentorum, seu fibrarum, involucro quodam membranaceo colligatarum. Et, quamvis oculorum acies ulla in eo cavitates offendere haud valeat, tamen non ambiguum sibi esse, asserit, quod nervus, instar cannæ indicæ, seu ferulæ, habeat tubulos, humore aliquo refertos. *Bellinus*⁴⁹, ait, hujusmodi humorem, pariter ac lympham, seu ovi albumen solet, igne condensere se. Et *Hofmanno*⁵⁰ probabile habetur, hunc duplici materia, altera humidior ac subtilissima succi nutritii parte, altera sicciore, e purioribus aëris particulis, pulmonum ministerio in sanguinem receptis, elaborata, constare.

XXIV. Quamquam *Galenus*, *Aquapendens*, *Vesalius* &c. foertem subtilemque descriptionem muscutorum corporis dederint; Doctissimus *Steno* tamen videtur ea in re illis antecellere; siquidem primo Geometricis rationibus ostendit muscutorum e variis fibris constructionem⁵¹. *Borellus*, qui *Stenonem* imitatus est, muscutorum tria genera posuit, primo comprehendit musculos columnæ similes, e fibris inter se parallelis compositos: cujusmodi trahere resistentes per eandem fibrarum directionem: Altero, musculos rhomboidales simplices, quorum fibras obliquas, ossi annexas, trahere ad se aliud os vel tendinem: Tertio denique, musculos pennæ similes, quorum firmo perimetro fibras duplici ordine annexi⁵².

XXIV.

si fibrarum effectum accidere contractione. Ab hac fluidorum motus promoveri dirigitur. Fibrarum membranacearum contractionem jugi duræ matris agitatione & renixu foveri, augeri, dirigi: carnearum vero, ab æquilibrio jactationum cordis per arterias & sanguinem in illas propagatarum. Hanc contractionem, si ea naturæ congruenter contingit, appellat tonum: contra, ac dixi, si fuerit, laxitatem, vel partium aetiam.

[48] De motu animal. part. II. propos. 23.

[49] In comment. part. II. §. I.

[50] In fundam. medic. cap. V. §. 50.

[51] Vide ejus musculi descriptionem Geometricam, in qua subtilissime admirabilem muscutorum fabricam more Geometricarum demonstrat.

[52] Part. I. propos. VI. de motu animal.

[53]

XXV. Potentiam musculis *Borellus* statuit, duplicem esse; unam propriam ab ipsa naturali fibrarum structura, seu positura: alteram a causa externa, dependentem. Illam esse debilem fibrarum musculi contractionem contra suos *antagonistas*: hanc vero validissimam contractionem, qua ingentia suspendant pondera. Ut altera ab altera distinguatur, majoris perspicuitatis ergo illam vocat propriam: hanc vero voluntariam fibrarum musculi contractionem ⁵³.

XXVI. Quandoquidem vero musculi e fibris cavis seu tubulis, in quibus, vel lymphæ, vel sanguis, inest, compositi sunt, *Borellus* opinatur, in actione eorundem affluere succum nervorum; quem inibi efficere ebullitionem quandam, qua deinde musculos inflari, tumescere, breviari, exinde contrahi, atque sic actionibus suis reddi accommodos ⁵⁴. *Bellinus* autem ejusmodi efficientiam soli nervorum latici attribuit, ac vult in contractione musculi fieri refluxum liquidi per nervos, per ejusdem musculi villos distributos: & tanto quidem impetu, ut series partium refluentium superet momentum, quo series partium succedentium se inter naturaliter cohæret ⁵⁵. *Pitcarnius* autem judicat ⁵⁶ præter liquores nervosi & arteriosi ad partem movendam influxum, requiri etiam subitam dictos liquores rarefaciendi actionem & in bullas conversionem, & effusionem quaquaversus alterutrius, aut utriusque liquidi in musculus influentis. Deinde partem nullam moveri, nisi musculus ad eam pertinens in longitudine contrahatur; hunc autem secundum longitudinem a rarefactis liquidis inibi simul influentibus distendi non posse, nisi aliquid de ejus amplitudine detrahatur; & nisi pars fibræ musculosæ solida extrorsum subito ab influente liquoris copia urgeatur. Influxum hujus liquidi, in omnes musculos, sentit *Boerhavius*, fieri semper æquabiliter, in aliquos
uno

[53] <i>Ibidem</i> , propof. vii.	} quæ ad mot. liquid. &c. §. 8.
[54] Vide part. ii. propof. 24. 26. & 27.	
[55] In comment. part. ii. ex iis,	
	[56] Element. Medic. physic. mathem. libr. ii. cap. iii. §. 7. & propofit. 140. 141. 142.
	Ttt 3
	[57]

uno tenore alterne : in aliis vero mutari ejus influxum, mente momentum pressus mutante. Dirigi autem vim musculi sæpe fasciis membranaceis coercentibus, ut ad carpum, &c. sæpe lacertorum fasciis, ut ad dorsum & femur : sæpe trochleis cartilagineis, ut ad trochleas oculi, &c. sæpe alio musculo dirigente, ut ad *digastricum*, &c. ⁵⁷ *Baglivus*, observavit motum musculi in medio ejus ordiri ; in tendonibus autem terminari, quod sibi innotuisse, asserit, facta musculi ventris colligatione ; quæ quantisper arcta fuerit, contractiones tantisper in toto musculo cessasse : e diverso, relaxato paululum vinculo, musculum intermissam ad tempus motionem recuperasse ⁵⁸. Quomodocunque hæc fuerint posita, *Baglivus* tamen aperte & ingenue confitetur, eos opus arduum conaturos, qui mechanice musculorum motum declarare annituntur. Necesse etenim ipsis esse, investigare proportionem motus, & gravitatis minimorum, liquidum quodlibet constituentium, & singulorum liquidorum per canales fluentium : nec non indagare æquilibrium, quod fluida inter & solida est ⁵⁹. Reliquis, ab eo in medium allatis, difficultatibus, ne in enarrandis rebus abstrusis & controversiis multus & insolens sim, supersedeo.

XXVII. Temperare tamen mihi non possum, quin hoc loco reprehendam *Baglivi* inconstantiam, eundemque in sententia non consistere. Etenim modo aspernatur tam veterum, quam recentiorum, ratiocinationem : modo Mechanicorum amplectitur sententiam : modo Chemicis vitio vertit, si quando complurium experimentorum operationumve similitudines cum actionibus, & affectibus corporis instituunt : & tamen is ipse, de natura fluidorum passim disputans, Chemicorum experientiam ac principia in subsidium vocat ⁶⁰. Huic non diffi-

[57] Hæc in Institut. medic. §. 318. edit. prim.

[58] Specim. de Fibr. motric. cap. VIII.

[59] Vide libr. de Anatom. fibr. p.

408. edit in 4.

[60] Ut prax. medic. libr. I. cap. X. & cap. XI. §. 3. & 4. scribit Galenicorum Theoriam non solum per inanem quæstionum exercitationem, imbecillos mul-

diffimilis est *D. Frind*⁶¹, qui etiam vituperat Chemicam, quatenus ab hac ratiocinia pro stabilienda Medicinæ Theoria petantur: & tamen is, ut medicamentorum vim, aut adstringendi, aut attenuandi, exploraret, ipse periclitatus est in sanguine, cui omnis generis res admisit; utcumque postmodum eventus rerum fuerit, iudicat de medicamentorum & sanguinis natura. Quid? asserit præterea, quod ea, quæ ex huiusmodi experimentis elicitur, non inutilis sibi videatur argumentatio⁶². Sed damus rem se ita habere, verum si aliquis Chemicorum ejuscemodi ratiocinativo dicendi generi insisterit, de præpostero ordine objurgatur, perinde quasi sambucam aptasset caloni: sed si aliquis Mechanicorum istiusmodi argumentis, quæ Chemicæ ministravit, egerit; tunc apposite, tunc probe iudicavit, tunc nemo primoribus medic-

multorum animos a recta Præceos ratione abducere, verum molesta rerum repetitione inventionis sterilitate, argutiarumque ostentatione, Praxi tenebras offundere cap. x. §. 3. Paracelsum Helmontiumque, dicit, tranquillum Medicinæ statum perturbasse, quoniam ea, quæ vel librorum lectione, vel *venaticis* furni experimentis, didicerunt, haud ad amissim ad motus naturæ progressusque morborum aptaverunt. Ejusdem generis reprehensionem vide. cap. xii. §. 4. Et cap. x. §. 4. facta Philosophiæ corpuscularis mentione, scribit, ejus auctores nihil aliud re vera prodidisse, quam puram & abstractam Philosophiam. Vide etiam cap. xi. §. 5. Adde his, quæ habet §. 7. Postquam utilitatem Hypothesis Geometricarum in Medicina indicavit, hæc notatu digna subjunxit. *Si morbi a solidis vitiatis duntaxat penderent, certe origines, & causas effectuum morbosorum, in eis existentium, facillime per antedicta principia investigarentur, notarenturque: at quo-*

niam major pars illorum fluidis, variè affectis, originem debet; ideo nil mirum, si per principia theoretico philosophica, veram ac genuinam morborum causam investigare unquam poterimus. Subtiliori enim quolibet Mathematico, ait, subtiliorem esse Naturam. Quotopere autem is fuerit in explicandis corporis actionibus, Geometricarum seu Mechanicorum præceptis deditus, ejus opera lecturis plurimum constabit. Ita etiam Tarantularum venenum, salivæ, atque bilis naturam principis, ac experimentis, quæ Chemicæ ministravit, explorat.

[61] In Præfat. Emmenolog.

[62] Vide cap. xiv. in quo auctor complura hujus generis argumenta, & experimenta ex arte Chemicæ petit. Et *Piscarnius* Elem. medic. physic. mathematic. libr. i. cap. v. ejuscemodi exemplis usus est ad ea detegenda, quæ ad sanguinem vel coagulandum vel liquefaciendum apta sunt.

[63]

dicorum probatior. Sed redeo ad *Baglivum*, qui, licet copiose de solidorum natura atque potentia differuerit; non inficiatur, has nobis a posteriori, i. e. ab effectibus, innotescere tantum. Enimvero, quomodocunque aliquis accuratissimas ac exquisitissimas demonstrationum Geometrarum leges, seu canones in medium attulerit: tamen non evidenter corporis functiones a nobis percipi posse. Siquidem nobis latent, ait, vasorum omnium diameter, seu amplitudo; eorundemque productiones: quin minus differentes, humorum per singulas corporis partes, motus, in quibus vitam consistere. Hæc & similia, quoniam ad accuratam Geometrarum demonstrationem redigi nequeunt, prodere, nos per caliginem modo corporis vitalis actiones videre⁶³. Ex hisce dictis conficitur, ne Mechanicorum quidem ratiociniis *Baglivum* prorsus confidisse. Verum e diverticulo in viam.

XXVIII. *Borellus*, Mechanicorum facile princeps, statuit duplicis generis articulorum motum; alterum sphaeræ, alterum cono, similem accidere. Nempe, quotiescunque motus unius ossis undequaque circa unum punctum fixum sit motum esse sphaericum, dextrorsum utpote, sinistrorsum, sursum, deorsum, ante & retro: sin vero motus fieri debeat circa duos polos vel axem, necessario articulum, aut in superficie plana circulari, aut in superficie conica, circumduci. Illius exemplum nobis esse in motione humeri circa scapulam: aut hujus in motu cubiti circa humerum, ut & in motu tibiæ circum genu⁶⁴. Sed de exterioribus corporis partibus hæc hæctenus, de interioribus quibusdam nunc ad mentem mechanicorum scribam: ordiar itaque a ventriculo, reliquarum corporis partium promo.

XXIX. Cibos, *Pitkarnius* statuit, non mitigari in ventriculo ratione alicujus fermenti; sed ratione attritus, quem tuni-

[63] Ita differit. libr. 1. specimin. de Fibr. motric. cap. VII. vide etiam Corollar. II. cap. x.

[64] De motu animal. part. 1. pro- pos. 9.

tunicas ventriculi interiores efficere. Musculos abdominis symbolum conferre, ut alimenta commolendo, comminuendo, in Chylum mutantur; facta earum partium, quæ ultimo coierunt, in tubulos fibrafve formæ, in animali spectandæ, sejunctiõne. Quæ cum ita sint, frustra aliquos *Archæum*, qui ope caloris & fermenti ex alimentis sulphur a libile, seu acidum & *alkali* pro sulphure extricando, secerant, fuisse commentos. Frustra itidem aliquos ad comminiscendum ingeniosos, de natura ciborum, de eorundemque partium aut pororum magnitudine ac figura, more philosophorum disseruisse. Etenim non esse ufui scire, an ullum sit fluidum pervadens, an omnes ciborum partes ejusdem, an diversæ, sint figuræ; verum satis esse nosse, solidum, quod ex conjunctione rerum, antea fluidarum, coaluit, redigi posse in simile fluidum, detrudendo partes illas in contrarias vias. Memoratis abdominis musculis, ut & ventriculo, adeo validum cibos perficiendi potestatem esse, hac demonstratione, credit, confici posse. Nimirum pondus musculi medium abdominis recti æquare grana MDCCLX. pyramidalis grana LXIII. Musculi oblique adscendentis, grana MCCCXX. pondus musculi oblique descendentis grana MXX. pondus septi transversi MMMCCCLX. Summam, siquis collegerit, inveniet 8223. Quandoquidem propositione ⁶⁵ Borelli efficiatur, potentiam flexoris pollicis, quem pendere 122. grana, æquare libras 3720.: pariter se habere modo dictum musculorum pondus ad 248235. libras. Musculorum enim potentias se habere in ratione composita; nempe secundum rationem longitudinis & profundi: hoc est secundum rationem solidorum homogencorum. Ex quibus positis apparere vires horum musculorum non cedere potentia lapidis cufjusvis molaris. Et licet non nemo musculorum auxilium pro cibis comminuendis inficiatus fuerit; attamen soli ventriculo satis virium esse ad tale munus subeundum: quippe pon-

[65] CXXVI. part. I. de mot. anim.

Vvv

[66]

pondus medium stomachi humani esse unciarum octo, quod si memorato modo calculus instituat, inveniri potentiam musculi stomachi æqualem esse ponderi librarum 12951.

XXX. Sed ecquis non admiratur potentissimas a *Pitkarnio* in medium prolatas probationes. Borellus quidem flexori tantam, quantam commemoravi, potentiam tribuit, quia ejus fibræ pennæ similes scsq̄i digitum excedere videntur: harum ratione itaque vult vim 124. librarum prius positam, debere trigefies multiplicari: subducto taliter calculo proveniet summa a me jamjam allata. At enimvero Anatomicis ad dirimendum relinquo, num tantus fibrarum pennæ similitium numerus, tantaque earundem longitudo in singulis abdominis musculis, inque dimidiato ventriculo, inveniatur? quod, si numero plures, si aut minoris aut majoris longitudinis fuerint, de quibus non pendet mihi animus, ecquis nostrum inficias ibit? longe alia ratione calculum esse subducendum. Adhæc ponamus rem se ita habere, qualem *Pitcarnius* sumpsit, nonne consequens est, ut ii, qui ponderosiores abdominis musculos & ventriculum, qui longiores talium partium fibras habent, facilius cibi copiam digerere possint, quam alii, quorum natura a proposita ratione diversa est. At quis nostrum non habet persuasissimum, puerorum musculos & ventriculum multo minores, quam adultorum, vel senum esse; dein cui nostrum est dubium, quin illis Indies major ciborum digerendorum copia sit opus, quam his. Quæ cum ita sint, apparere ex his, puto, *Pitcarnium* e locis longinquis & reconditis, imo altius initium digestionis demonstrandæ, petivisse; & plura, proinde quali vera essent, posuisse, quorum tamen dubia etiam nunc est ratio⁶⁶.

XXXI.

[66] Hæc memorat. differt. in quo tractat motum, quo cibi in ventriculo rediguntur ad formam sanguini rescicendo idoneam. Dicitis addatis. Usus liquoris copiosi ventriculo esse impedimento, quo minus is munere suo per-
fungi possit. Ab interposito enim fluido, aut copioso, aut tenaci, ait, eludi muscutorum ventriculique impetum; a quo solo, cum nullum sit fermentum vel liquor coquens, pendere coctionem oportet. Præterea, quo gravius fuerit

XXXI. *Boerhavius* ⁶⁷ ciborum digestionem tribuit fibris. Has utraque ventriculi ora claudere, has contenta premere, cogere, variataque contractione miscere : minus coherencia utpote cum fluidis eliquando, & tenacia intermedio acrium dividendo. Imo varias fibrarum series aut simul, aut deinceps contractas, secundum omnem superficiem partes jam maceratas liquidis calidis perpetuo miscere, dividere, mutare, soliditatem ciborum destruere, fluida in iis contenta exprimere; & ita cuncta in uniusmodi liquorem mutare. Haud dissimile sane ratione juxta ac Pharmacopœi assolent e seminibus, vel nucleis, lac quoddam interveniente liquido quodam conficere. *Borellus* ⁶⁸ admittit fermentum, cujus ope pisces & aves aliquas alimenta in ventriculo vindicare. In homine fermentum ejusmodi esse, *Hofmannus* ⁶⁹ astruit. Nec *Boerhavius* in ventriculo fermentandi actum esse inficiatur ⁷⁰.

XXXII.

rit interpositum in ventriculo fluidum, eo magis id valere motui ventriculi resistere, vimque motus, ac contactum frustrari : atque adeo coctionem abolere. Inde sequi, putat, salfos acidosque liquores, cum graviores sint, digestionem ventriculi impedire. Deinde, quod ad modum mutationis alimentorum in succum alibilem attinet, statuit, necubi in corpore secretionem contingere, quæ potis sit alimenta mutare in spiritus Chemicos, salia volatilia, &c. Nam cibos in ventriculo comminui, fierique prius earum partium disjunctionem, quæ minus arcte inter se cohererent. *Atqui partes, inquit, ex quibus ultimo conflati sunt canales, vel quarum adjunctione sunt aucti, minus coherent, quam istarum partium partes, cum ista a reliquis, non hæc a se mutuo per impetum cordis sanguinisque divisa & secreta fuerint. Postquam vero ista ita fuerint in ventriculo separata rursus, ut fluere una supra alias possint facile, tum motu ventriculi expelluntur in lactea. Unde se-*

quitur nihil fieri in ventriculo, unde quis pro certo possit statuere, ciborum coctione elici sulphur, saliaque, & alia corpora pro elementis venditata. Vide etiam ejusdem Element. medic. physico mathem. propof. 121. 122. & libr. 1. cap. v. §. 2. & seq. & §. 51.

[67] In institutionib. medic. §. 53. edit. 1.

[68] Part. 11. propof. 189. de mot. anima].

[69] In fundament. Medicin. cap. v. §. 23. & Medic. rat. systematic. tom. 1. part. 11. cap. 14. §. 12. *intima dissolutio corporum sine fermentatione, qua motus intestinalis est, mixti partes unitas intime solvens, fieri nequit: nullum hinc dubium est, quin in ventriculo etiam atque in intestinis tenuibus actus fermentationis celebretur. Salivam autem §. XI. & XII. ducit esse verum & universale alimentorum solvens & fermentum, quo ea funditus dissolvi atque extrahi.*

[70] Institut. medicar. §. 78. editionis secundæ.

XXXII De Chyli in sanguinem mutatione Mechanici hanc habent opinionem, scilicet Chylum in intestina propulsum, judicant, in his magis ac magis elaborari; in ductu thoracis cum lymphâ misceri, ut dilutior evadat, in vena sanguini confundi, in auricula cordis solvi, subigi, attenuari; in dextra cordis cavitate eadem pati: tandem per tot ambages, per tot discrimina rerum tendere ad canales conicos & cylindraceos arteriæ pulmonis, ubi eundem a postico premi & a lateramine reprimi, formarique in sanguinem ⁷¹. Proinde chylum ministerio pulmonis, quem intumescendo fieri se ipso brevior, atque instar spheræ evadere: detumescendo vero, per lineas ad suam longitudinem quoquo modo inclinatas circum compressum, fieri se ipso longior, ac quodammodo *spheroidem* ⁷²; chylum, inquam, ministerio pulmonis, perfectionem suam adipisci, ac mutari in humorem, ad quasvis corporis functiones necessarium ⁶³. Hanc chyli in sanguinem elaborationem autem, non accidere ratione aëris, aut majori, aut minori momento, inspirati, vel expirati: verum, si aër momenti mediocris expiretur; & id quidem expirationis initio, tunc sanguinem ab ipso solvi in partes minimas ⁷⁴. An vero aliquid aëris per pulmones sanguini admisceatur, multi pendent animis; siquidem vias non reperiri, ajunt, per quas aër pertransiens se sanguini associare possit ⁷⁵. *Borellus* ⁷⁶ opinatur, laticem, qui

[71] Vide *Boerhavi* institut. medic. §. 149. edit. 1.

[72] *Bellinus* in Comment. ex iis quæ in prim. part. respir. §. 20.

[73] *Boerhavius* in institut. §. 157. & seq. edit. 1. Et edit. secund. §. 208. scribit, efficaciam pulmonum in corpore sano esse majoris momenti, quam aliorum viscerum: ideoque humorem omnem vitalem, totus quantus est, pulmones transire, certa tantum portione per alia viscera transfluente: imo hic ejus præparationem pro nutrimento

fieri, quia chylus omnis ad illos mittitur: quin hic in primis officina sanguinis &c. Et *Pitcarnius* propos. 102. & 103. statuit commixtionem sanguinis fieri ab actione pulmonis & cordis impetu, arteriarumque minimarum compressione. Et constrictione canalium, sanguinem vehementium, in pulmone partes sanguinis majoris & ultimæ compositionis, dividi.

[74] *Bellinus* in Comm. ex iis, quæ in 1. part. respir. §. 24. 31. & 32.

[75] *Ibidem*. §. 26. & *Boerhav.* in instit.

semper vesiculis pulmonis, lubricandi ergo, inest, imbui inspirando aëris particulis. Et, quia talis latex facile poros venarum penetrare valeat, fieri non posse, quin sibi conjunctas aëris particulas exinde cum sanguine communicet. *Bergero* ⁷⁷ nihil vero similis videtur, quam partem aëris, intra utriculos pulmonum admissi, per raram vesicularum, & quæ singulis illarum planis modo reticuli intertextæ perque minima dispersæ sunt, venularum pelliculam, in ipsum sanguinem intromitti. Hanc aëris, respirando intra sanguinem admissi, commixtionem, *Borellus* ⁷⁸ judicat, ad vitam animalium producendam & conservandam, esse maxime necessariam. *Pitcarnius* ducit, prout per attritum alimentorum fit chylus, mutata solum partium ultimæ compositionis textura; ita etiam per attritum chyli fieri sanguinem mutata solum partium chyli figura ⁷⁹. *Hofmannus* censet ⁸⁰ præter ipsum sanguinem ejusque motum compluria viscera conspirare ad chylum in sanguinem convertendum. Pulmones in primis, deinde lienem multum facere, ut chyli partes a nexu suo liberentur, & conjunctissime cum sanguine versentur: quin etiam in venarum toto systemate, ubi tardior est sanguinis progressio commodissime perfici chyli in sanguinem mutationem.

XXXIII. Quantum vero ad abstrusum respirationis negotium pertinet, putat *Bergerus* ⁸¹, id totum a motu musculorum thoracis, & pondere aëris ac elatere, pendere. Thoracem enim, quo velut injuncto jugo pulmones coerceri, paulatim dilatari; quapropter aërem in illorum vesiculis adhuc conclusum, spatium deinde nactum, & libertatem, suam explicandi vim experiri; atque externo atmosphæræ cylindro, in ore & naribus, aspera que arteria comprehensum,

niten-

stit. medic. §. 150.

[76] Part. 11. propof. 113. de motu animal.

[77] Libro de natur. hum. cap. 1v.

[78] Part. 11. propof. 116. de mot. animal.

[79] Elem. medic. physc. Mathem. propof. 123. & 124. & libr. 1. cap. v. §.

51. Sanguificationem, scribit, esse commixtionem chyli per motum cordis & articularium, contracta sua præsertim in pulmonibus comprimentium.

[80] Medic. ration. systemat. tom. 1. cap. 1x. §. 4. 5. 6. 11.

[81] Loco jam citato.

V v v 3

[82]

nitenti, facile concedere: locum autem invadendi pulmones dare, viam aperire, hinc vesiculas illorum, quousque potest, replere & expandere. Præterea, siquidem pectus est in aëre constitutum, *Bellinus* ⁸² sensit, nec musculos contrahi nec ossa moveri posse; nisi aëri, externam ejusdem pectoris superficiem in quolibet animalis positu undecunque comprimenti, aliqua alia facultas, ab intestina superficie per eandem quaquaversum lineas æqualibus viribus contrahitur. Hujusmodi facultate autem præditum esse aërem, qui in pulmones ducitur: quoniam nulla alia causa potest concurrere ad æquilibrium illud constituendum. Deinde contractis semel pectoris musculis, necesse esse, animal per totum vitæ spatium respiret. Scilicet dictos musculos tantisper, dum animal vitam vivit, alterne restitui contrahique: & quo tempore eos contrahi, dilatari pectus, & aërem in pulmones duci, i. e. inspirationem contingere: verum musculis iterum se restituentibus, pectus constringi, aëremque reddi, i. e. expirationem fieri.

XXXIV. Explicatio efficientiæ cordis, quod Hofmannus ⁸³ censet, motus & sanguinis circuli principium esse, quodque agendi ratione perfecte anthiam & machinam hydraulicam imitari, cujus *diastolen* semper fieri causam *systoles*, & hanc vicissim illius causam: cujus structuram hac ratione perpetuum quoddam mobile, cujus inventio mirum quantum mechanicos hucusque torsit, repræsentare ⁸⁴: non adeo facilis est, ut ea quibusdam Matheseos ignaris videtur. Nam ejus potentia difficulter ex cognitione effectus potest indagari, quemadmodum tali pacto potentiam musculorum solent explorare mathematici: ad eos utpote appendentes pondus, donec in trutina radiorum æquilibrium alteri altera haud prævaleat, sed conjunctim in æquilibrio persistant: vel eos conferentes cum machina, cujus vires cum vecte comparantur

ra-

[82] In Comm. ex iis, quæ ad respir. §. 16. & 18.

[83] Medic. rat. systemat. tom. I. p.

I. cap. VI. §. 5. 7.

[84] Ibidem in Præfat.

ratione potentiaë reciprocaë , ratione proportionis distantiarum , seu velocitatum , quibus moveri possunt. Verum , quoniam cordis natura non comparata est , ut articulos graves ac pondera trahat sustollatque ; sed , ut constringendo instar præli exiguam sanguinis molem , in ventriculis ejus contentam exprimat : ergo alia ratione progrediendum est , ut potentia cordis exploretur. *Borellus* opinatur cordis potentiam esse cum arcu , vel simili re tensa , & resiliente , conferendam. Antequam autem eousque aliquis pervenire potis sit , eundem necesse habere comparationem facere cordis cum cæteris musculis. Et quia inter Mechanicos liquet æquales moles duorum musculorum continere æqualem fibrarum minimarum multitudinem ; confici hac ratione , putat *Borellus* , vi unius muscoli movente perspecta , exinde nos nullo negotio de alterius potentia judicaturos. Igitur , moles carnis cordis cum sit prope ejusdem magnitudinis , ut unus musculus temporalis & *masseter* ; apparere ex hoc vim cor moventem æqualem esse ei , quam quæ dictis duobus mandibulam stringentibus musculis est : & quæ MMM plus minus librarum. Præterea cor sua contractione superare majus obstaculum , quam est vis illa , quam ipse cordis musculus , vel ejus fibræ minimæ edunt. Etenim vim musculum cordis moventem superare suo momento obstaculum totius sanguinis arteriarum , & fasciarum , earundem dilationem impredientium ; quod vi esse majus ponderis 180000 librarum. Quale assertum ut planum fiat , considerandam esse primo vim , quam cordis musculus exerere inflando omnes vesiculas seu poros suos. Hanc adeo grandem esse , ut vel sine machina quadam possit superare pondus 3000 librarum. Deinde contemplandam esse proportionem vis moventis ad cordis momentum , seu ad vim , qua sanguinis motus in arteriis impeditur : hanc vero se habere ut 1. ad 60. si jam uterque numerus , id est , alter cum altero fuerit multiplicatus , effici inde propositionis memoratæ demonstrationem. Scilicet vim totam , a qua sanguinis motus impeditur , &

& quam cordis potentia superat, majorem esse vi ponderis 180000. Q. E. D. Ab hoc validissimo cordis musculo, alterna vibratione propelli seu exprimi, in modum emboli, in arterias certam sanguinis portionem (uncias tres circiter in adultis existimat *Bovellus*): quo factò universam arteriarum compagem amplitudine dilatari, distrahive: molem sanguinis vero novissime immisam, aliam, quæ ante est, protrudere, propellere, cogere, ut locum cedat, donec ea ipsa ad vasa minima pervenerit; ubi arteriarum fasciæ, distractionem ulteriorem ob renixum distentus renuentes, eandem undique comprimunt; ac ita causæ sunt, ut totius molis, per vasa minima, ex arteriis in venas expressio; atque adeo ejus per universum corpus circuitus, fiat. Compressio itaque & restrictio arteriarum a vi Machinæ, qua vasorum viscerumque fibræ contrahuntur, & quæ diversa a vi propellente, projiciente, vel exprimente cordis, sunt causæ, ut sanguis extra arterias, per earum orificia, expellatur. Quænam autem sit causâ cor movens, utrum scilicet id propter organorum necessitatem, machinatione quadam, ut automata quoddam moveatur: an vero a facultate animali, insciis nobis, ob consuetudinem habitu acquisitam, primario moveatur? incertum. De his tamen *Bovellus* copiose in utramque partem disserit⁸⁵. Hoc tamen inter Naturæ speculatores constat, cruorem solo cordis pulsu, in extremas trudi arterias, & has esse canales conicos, distentui aptos, inflexos, divisos in similes minores eodem trunco ortos, quos ultimo circa vertices cylindræos retis structura in se mutuo pate-re. Inibi sanguinem *elastica* arteriarum contractione retro-pelli aliquantulum, quo momento ictum cordis cessare, ejusque valvulas concidentem, regressui spatium laxare. Hoc reciproco impulsu & repercussu, varias mole partes cruoris, ubique

[85] Hæc part. II. de motu animal. cap. v. quo tractat cor, & ejus pulsationem propos. 37. 51. 52. 66. 67. 72. quæ modo attuli, cum iis, quæ habent *Bellinus* de motu cordis propos. 24. *Boerhavius* in institut. Medic. §. 104. & 74. 75. 79. & 80 contraxi. Confer. hæc, seq. & *Thomson* in dissert. I.

ubique applicari ad diversa capacitatis hiantia oscula, easque, aut intra hæc suscipi, aut inde repelli. Hoc artificio solum secedere sanguinem in diversos, qua colore qua tenuitate, humores, mox in venis iterum sanguini permiscendos.

XXXV. Porro Mechanici statuunt, arteriam, postquam memoratum antea rete constituerit, tubos emittere cylindraceos adeo arctos, ut rubras sanguinis sphaerulas in oscula sua suscipere nesciant: missis itaque illis factis, hæc vasorum lymphaticorum oscula potius recipere tenuiorem tantum, & limpidam sanguinis partem. Eandem arteriam ibi locorum recto decursu porrigere truncum, quem tanquam initium venæ habendum: hunc emissis *lymphaticis* sensim sensimque ampliolem nancisci formam, ob advenientem per fistulas, ei a latere positas, laticis *venosi* & lymphæ molem: hunc destinatum ad rubrum crassiolemque, sero liquidiori orbatur, sanguinem vehendum. Ex dictis vasis, ut & nervulis omnifariam inter se, in modum glomeris, convolutis, oriri modo simplices, modo compositas, glandulas ⁸⁶. Quomodocunque nunc hæc, & alia corporis, vasa fuerint, ratum habent, eorum orificia non inter se differre ratione figuræ, sed ratione amplitudinis figuræ: omnia quippe ad unum circulorum more sunt disposita ⁸⁷. Quid? quod dia-

me-

[86] Vide *Boerhavi* orat. de usu ratioc. *Mechan.* &c. pag. 8. 9. 10. 11. & 26. nec non ejusdem insit. §. 97. usque 142. & a §. 161. ad 173.

[87] *Piscarnius* in dissert. de circuit. sang. §. 15. & 16. & de curat. febrium §. 4. Et *Elem. medic. physc. mathem.* in præloq. §. 12. propos. 47. 49. 96. 97. 98. scribit canales corporis animalis certam habere *elasticitatem*: eorundemque & liquorum conditiones esse infinitas. Orificia vasorum, secretioni humorum destinatorum esse forma inter se similia. Glandularum poros esse orbiculatos, & nullam esse pororum differen-

tiam, nisi ratione majoris minorisve amplitudinis. *Hofmanni* fundam. *Medic.* cap. VII. §. 50. 51. & 52. Et *Medic. ration. system.* part. II. cap. I. §. 8. & seq. literis prodidit diversitatem secretionis humorum recte a diametro & amplitudine canalium majore vel minori deduci: canales angustissimos, tenuissimum: ampliores, crassiolem humorem admittere: non inficiatur tamen canales angustos posse ampliari, ita ut fluida crassiora quoque suscipiant, sed fieri talem humoris crassioris admixtionem præter naturam.

X x x

[88]

metri ramorum, *Boerhavius* ⁸⁸ auctore, fere ubique minores sunt diametro trunci recta pergentis eodem in loco communi. Qui cum ita sint, hac lege divisionem in minutissima usque pergere; & cum ultimi rami ultimo trunco minores, ergo ibi in sanguine, propter omnimodam articularum pressum motionemve jugem, soluto attenuatoque omnis generis partes reperiri: aliis diametros esse majores diametris ramorum; aliis diametros minores: illas cogi inire in ultimum truncum rectum, ubi ramos desinere, ubi conum, cylindrum; ubi arteriam, venam fieri: has vero, obliqua opposita validaque pressura, in ramos patentes, impelli. Et quamquam hæc vasa non prout arteriæ a fluido projecto dilatentur, nihilominus tamen ea aliquatenus, ut *Thomson* ⁸⁹ auctor est, distendi, propter multiplex obstaculum fluidorum. Resistere autem fluidum, quod in canalibus inest, ratione molis ad movendum ad perfluendum inertis. Ad hæc, quoniam fluidorum motus non fiat ad lineas directionum rectas, seu canalium lateribus parallelas; verum pro vario, fluidi a tergo prementis, impulsu canalibus impingat, & ad angulos plus minus obtusos reflectatur: proinde anguli, quo minus fuerint obtusi, id est ad naturam rectorum accesserint, eo magis eos motui esse impedimento. Dictis addamus admirabiles quorundam vasorum contorsiones, mutuum eorumdemque implexum in modum retium: nec non lymphaticorum valvulas ultro citroque se fluidis obviam dantes. Hæc & similia obstacula priusquam fluida superare queunt, necesse ipsis esse, se omnino juxta latitudinem expandere; quod cum contingat, distrahi quoque canales in majoris latitudinis diametros.

XXXVI. Quod vero ad naturam fluidorum, in quorum motu & libera per vasa fluxione sanitas & vita fitæ sunt, attinget, eam *Boerhavius* ⁹⁰ statuit, hunc examussum mente capere;

[88] In Institut. Medic. §. 200.

[89] Dissertat. I. pag. 36.

[90] In Orat. memorat. p. 17.

pere, qui minuta & agitata corpuscula, quorum congeries aliquod fluidum constituit, noverit. Etenim, si quis dictorum unum attempta mente consideraverit, eundem illi ultro delaturum rationem solidi; adeoque ejus efficientiam moli, motui, figuræque esse assignandam. Sin vero aliquis universam fluidi molem simul ad Mechanices præcepta perpendit, innotescere ipsi gravitatem & fluorem esse generales cujusquam liquoris proprietates: singulares vero, qua alio distinguitur, esse virtutem *elasticam*, ponderis, spissitudinis, fluxuræ, nixusque in contactum gradus varios, impetus, quo feruntur, momentum, & itineris directionem.

XXXVII. Quantum vero pertinet ad omnigenam in corpore humano humorum secretionem, de qua paulo ante etiam mentionem feci, putat *Bellinus* ⁹¹, hanc fieri ratione plexus, more retis constructi: hunc maxime facere ad conservandam promovendamque generalem liquidorum solutionem, & secretionem liquidi a liquido, in glandulis sine ullo fermento. Et *Boerhavius* ⁹² pressius verbis, asserit, variam longitudinem arteriæ a corde, varium ejus situm, complexum, velocitatem, proportionem rami ad truncum, vim exprimentem, moram in cavo variam, (i. e. mechanica necessitas secundum *Borellum* ⁹³, causam esse, ut varia liquida variis in locis fecernantur, & secreta mire immutentur. Quibus concessis posse mille modis omnis generis humorum secretionem fieri. Quid? proportionem corporum diversorum eundem liquorem constituentium, *Piscarnio* auctore ⁹⁴, sunt infinitæ

[91] Libro de ferment. propof. 36. & 37.

[92] In institut. medic. §. 203. & 204.

[93] De motu animal. p. 11. propof. 160.

[94] Elem. med. phys. mathem. propof. XLVIII. XLVI. LXI. LXXXVIII. CXI. & seq. ponit dari 1. vim quandam naturalem, secretionis nutritioni inservientis principium, circuitus legibus circumscriptam.

2. vim vitalem, caloris in corpore innati primordium, in arteriarum sanguine, per has a centro ad circumferentiam permeantem, calorem universum per corpus distribuentem. 3. Vim animale, motus & sensus initium, in spiritibus animalibus, proportionem data ad vim naturalem & vitalem in venarum arteriarumque sanguine subsistentem, a sanguine intra cerebrum circumeunte ortam.

finitæ : imo , utcunque quilibet liquor fuerit , certa tamen ratione quisque fluidus est. Liquores impetum in canales faciunt , deinde retrorsum vicissim canales impetum in liquores faciunt. Quomocunque vero liquorum corporis conditio fuerit , putat eorum secretiones in corpore fieri mechanice , hoc est secundum certas leges : quinimo secundum virium naturalium vitalium & animalium potestates & proportiones , fieri secretiones naturales vitales & animales. *Bellinus* ⁹⁵ arbitratur secretionem , & derivationem dissimilium liquidorum , per canales corporis conjuncte fluentium , fieri per compositionem duorum motuum ; quorum alterum accidere secundum canalium longitudinem , alterum eodem tempore quaquaversum ad latera : prius autem exprimi , quod liquidius est. Et *Baglivus* ⁹⁶ sensit , secretionem cujusvis laticis , in quolibetviscero factam , dependere in primis a majori vel minori velocitate sanguinis , ad viscum quoddam appellentis . & a longinquitate visceris a corde.

XXXVIII. Quin etiam nutritivum *Piscarnius* ⁹⁷ statuit , sui generis esse secretionem. Hujusmodi a cæteris non differre , nisi , quod motus fluidi , in nutritione secreti , per canalium , seu porum fecerentem , multo tardior fit , quam aliorum fluidorum motus per suos canales. Cujus rei causam esse , quod in secretionem , nutritionis ergo instituta , angulus per verticem canalium vel porum , a latiori basi orientis multo major sit angulo per vertices aliorum canalium , per quos vulgo secretiones fiunt : & hanc esse rationem , auctor memoratus asserit , ut in secretionem hujusmodi maximum latera alicujus porum obstaculum importent progressuris partibus , e pertransiente fluido dicta secretionem separatis. Hæc , & ante memorata , cum ita se habeant , efficitur inde non modo secretionem fluidorum omnigenam a solidis ; verum etiam illorum

[95] In comment. ex iis , quæ ad secret. §. 1. & 2. Eadem suffuratus est *Baglivus* libr. 1. de febr. motric. cap. 3. prop. 5. & 6.

[96] *Ibidem*. propof. 8.

[97] Dissert. de motu , quo cibi in ventric. &c. §. 17. & Elem. med. propof. 107. & deinceps.

[98]

rum motum a solidis. i. e. a varia canalium tensione *elastica*, dependere ⁹⁸. Vasis enim quibusque corporis id peculiare esse, ut tum actionem suam instituant, quando fibræ, a liquido transfluente distractæ, versus suæ cavitationis axem se contrahendo, humores propellunt ⁹⁹. Quid? quod humores, ut *Baglivus* ¹ monumentis prodidit, in juvenibus plurimum faciant impetum versus loca superiora: e diverso in senibus versus inferiora: atque hoc contingere in his propter nimiam solidorum, & fluidorum laxitatem, in illis vero propter dictorum nimiam tensionem, vim, seu agitationem.

XXXIX. Cæterum, licet plerique de sanguine decreverint, cum bifariam moveri, nempe juxta ductum vasorum, & juxta latera, qui motus etiam intestinus vocatur, in quo globuli, sanguinem constituentes, juxta axem perpetim commoventur ²: *Baglivus* tamen præter hos novit sanguinis motus projectionis, inclinationis, *horizontales*, ascensus, descensus, & nescio, quos amplius ³. *Galiepinus* autem ⁴, ratum habet, triplicem in sanguine motum inesse. Primum vocat *circularem*: alterum, *agitativum*, *fermentativum*, tertium. Illum a corde ducere originem, a vasorum vehementium, & revehentium situ; nec non a valvularum positione, determinari: adjuvari autem a constrictione vasorum, & muscutorum ea comprimantium. Istum non toti sanguini, sed ejus partibus inesse, producique; quia ille non solum in diversis ejusdem arteriæ sectionibus, verum etiam in eadem sectione, non uniusmodi, propter obstacula varia, fiat. Pro certo enim habet sanguinem, qui circa vasorum axem versatur, velociter magis, vel rapidius fluere eo, qui prope

[98] *Thomson* disert. 1. de motu, quo renituntur, &c. pag. 37.

[99] *Boerhavius* in instit. Medic. §. 856.

[1] Lib. 1. specim. de fibr. motric. cap. x. propof. 1.

[2] *Hofmanni* Fundam. medic. cap. IV. §. 37.

[3] Lib. 1. specim. de fibr. motric. cap. VI. Corollar. XI.

[4] In libro de sang. nat. &c. §. 6. 11. 20. & 22.

prope circumferentiam est: quin etiam diversam partium; sanguinem componentium, gravitatem, & partes aëris tenuiores, respiratione sanguini admixtas, ut & ætherem *Cartesii*, hujusmodi motui causam esse. Hunc denique, quamquam non æque in naturali, ac in statu præter naturam, observetur, adesse, sanguinem extra vasa perfacile corruptentem, atque febres, quas majores appellarunt putridas, tanquam assertionis habet documenta: naturam hujus motus generaliter partium diversitate esse fundatam. D. *Frind* tamen⁵ contradicit tot sanguinis commotiones, ut & ejus effervescenti fermentandive actus. Illum enim sanguini inesse non posse, causatur, quia deest acidum, primarius illius actionis auctor; neque adesse hunc, fermentandi nempe actum, quia fluidi cujusvis partes, quæ sub iisdem planis *horizontalibus* jacent, æquabiliter premuntur: adeoque conquiescentiæ deinceps, nisi intercedente novo impetu, vel liquido a corde ministrato, fieret motus redintegratio. Quod si res ita se habeat, latissime patere, præter eum, quo continuo progreditur, & circumfertur, vel propellitur per univèrsum corpus, nullum alium in sanguine motum esse posse. Sanguinis circumactus est mensura vitæ: ab hoc adaucto oritur calor: qui est tanquam rectangulus ex velocitate in viciniam⁶. Imo sanguis convenienti mensura ac temperie, motuque bene constitutus, *Hofmanno*⁷ videtur esse omnium virium ac motuum in corpore nostro fons atque origo: calorem autem ejus, putat, dependere quam maxime a parte subtili sulphurea in motum concitata⁸.

XL. Quandoquidem recentiores quidam semper in ore habent leges mechanicas & hydraulicas, non ab re fore, duxi, si aliquas hoc loco descripsero, ut (1) *Vires moventes ubique se habent ad onus movendum, uti reciproce spatium ab hoc decursum aut decurrendum, ad spatium illud, quod*

[5] In Emmenolog. cap. 11.
 [6] *Piscarnius* Elem. medic. pro- | [7] Medic. rational. system. tom.
 pos. 58. 53. 55. | 1. in Præfat. | [8] Ibidem part. 1. cap. v. §. 13.

[9]

quod vis movens interim emetitur. (2) Virtus motrix & onus movendum sunt ipsorum velocitatibus reciproce proportionales. (3) Eadem vis quæ potest verbi causa C. libras elevare per duos pedes, potest quoque CC. libras elevare per unum pedem⁹. Hæ leges usum habent ad motus partium corporis animantis solidarum explicandos. Siquidem vero sanguinis humorumque progrediens & circularis motus legibus motus corporum fluidorum subiectus est, non ab re erit facere comparationem hydraulicorum cum animalium organis. Quemadmodum in hydraulicis, quo minus fluidorum motus impediatur, opus est valvulis, quæ fluidum in cavitatem vel vas admittunt, regressum vero per eandem viam impediunt: ita ad promptiorem & non interruptum sanguinis motum conservandum valvulæ cordis & venarum multum faciunt. Sicuti in hydraulicis expeditus fluidorum motus est per canales continuos licet inversos: ita etiam in animalibus tubus ille magnus arteriosus & venosus unicum continuum canalem conicum & cylindricum inversum efformat, cujus basis est in corde, apex vero in partibus externis. Quemadmodum in hydraulicis impetus fluidorum major est, quæ per longius spatium propelluntur, quo major & celerior fuit emboli vis: ita etiam circuitus sanguinis pro diversa cordis systole atque compressione ventriculorum multum variat. Quemadmodum in hydraulicis, permanente eadem potentia movente, fluidum si premitur, ejus partes ad omnia vasa, pro eorum capacitate, æquali nisu tendunt, illuc vero maxime feruntur, ubi nullam vel minorem resistantiam inveniunt: ita etiam sanguinis circuitus non ubique æqualis est &c. Sicut in hydraulicis aliquot canalibus, per quos antea libere ferebatur fluidum, obstructis ejus impetus vergit in tubulos apertos per quos celerius transfluit: ita etiam evenit in animalium corpore. Perinde ut fluidorum motus & adfluxus se habet ut vasorum resistantia, adeo ut hac minuta plus adfluat, eadem vero aucta plus alteri accedat: ita fit in sanguinis fluxu & motu. Ut in hydraulicis pro diversitate pressionis & capacitate cavitatis,

[9] Has tradit Sturmius mathes. juvenil. scient. static. & mechanic. cap. x.
[10]

§36 DISSERT. MEDIC. XXIV.

*tis, quæ liquida continet, nec non pro amplitudine majori vel minori orificiorum & canalium, per quos liquida ferri & ejici debent, modus liquidorum valde differt ratione accelerationis & tarditatis, atque adeo ratione copię, quæ effunditur: similiter circulus sanguinis multum variat ratione amplitudinis cordis & reliquorum vasorum*¹⁰. Neque vero Hofmannus, ab quo dictas collationes sumpsit, in generalibus acquievit, sed singulares etiam exhibet microcosmi leges hydraulicas: ut (1) spasmus tubulos constringendo liberum fluidorum cursum impediunt atque inæqualem reddunt. (2) Quo major est spasmorum vasa coarctantium vehementia; & quo latius illi sese diffundunt, adque ampliora vasa exporriguntur: eo copiosior & impetuosior ad alias & remotas partes fit sanguinis appulsus, translatio & congestio. (3) Spasmus vehementior membranarum nervosis insidens vitiosum motum per universam sæpe nervorum ac membranarum compagem propagat. (4) Spasmus parti, quam semel atque iterum occupavit, talem inducit habitudinem, ut postea accedente levi causa easdem spasticas constrictiones repetat. (5) Spasmus partibus, quas diu obsedit, atoniam atque imbecillitatem inducit. (6) Spasmus non est continuus, sed ad certum tempus ejus vehementia remittit se, vel plane intermittit: interjecto autem aliquo tempore statis periodis, cum eodem sæpe impetu revertitur. (7) Fluida & solida ex iteratis actibus talem acquirunt naturam constitutionemque, ut facillime eisdem motus repetant¹¹. Quandoquidem omnia, quæ de

natu-

[10] Hofmannus med. ration. tom. 1. part. 1. cap. vi. §. 4. 10. 12. 18. 27. 28. 29. 30.

[11] Idem tom. 4. part. 1. cap. 111. §. 3. 4. 26. 28. 30. 29. 35. N. Hofmannus in præf. tom. 1. nimiam atque intensiorem solidarum partium contractionem vocat *spasum*, earundem autem dilatationem immodicam, diuque partibus insidentem *atoniam*. Hos duos motus intensum videlicet & depressum

esse morbosos. Sed in Scholio §. 30. cap. 1. part. 11. tom. 11. statuit tres motuum naturæ maxime hostilium, & morbos inferentium classes, ut (1) vehementiorem febrilem, quem ab interioribus foras cum impetu sanguinem pellere: (2) Spasum, quem ab exterioribus ad interiorem sanguinem urgere: & (3) atoniam, quam a nimia resolutione & relaxatione fibrarum *motricum*, & remissione toni consistere.

[12]

natura & motione fluidorum vitalium jam jam scripsi, apprimè cum principiis mechanicis conveniunt, atque illorum proprietates per hæc congruenter dilucidantur; apparere ex his ait *Boerhavius* ¹², illa quoque pacto vitiata, egere, ut in ordinem naturalem redigantur, auxiliis mechanicis. Nempe fluida esse subinde inspissanda, coacta resolvenda, stagnantia movenda, dissoluta compefcenda, crassa diluenda, leviora solidanda.

XLI. Ex Iatromechanicis *Pitcarnius* censet temperamenta esse conditionum in liquoribus mutationes, quæ in infinitum fieri possunt. Eadem esse, autumat, morbos nativos, & diversa *cachymie* genera, quæque numero tria esse potissimum. Illum sanguinis liquorem, qui dato circuitus impetum permittit, ut bilis in majori ad reliquas secretiones proportione, quam in plerisque ejusdem regionis incolis fieri solet, fecernatur, in temperamentum evadere biliosum. Illum sanguinis liquorem, fluxilitatem, qui liene bene constituto permittit, ut major quam ad reliquas secretiones sit proportio secretionis per renes & meatus cuticulares, abire in temperamentum melancholicum. Ubi per datam vim sanguinis, a corde pulsæ, proportio salivæ ad alia secreta est major, existere ex hac temperamentum pituitosum. Quod si quis temperamento aliquo præditus est, hunc in se habere morbum nascentem ¹³. *Hofmannus* vero ¹⁴ statuit temperamentum esse certam partium & solidarum & fluidarum habitudinem, ad circulum sanguinis motusque microcosmicos & functiones tam naturales quam vitales & animales perficiendas. In *choleric* temperamento fibras esse teneriores, valdeque tenas, & vasa angustiora, per quæ validiorem vim *motricem* vehementi impetu vitales undas jaculari. In temperamento melancholico, ob fibrarum duritiem ac densitatem sanguinem lente per vasa devolvi; unde humores crassitiem induere, omnesque tam animi, quam

[12] In citata Oratione pag. 22. } [14] Medic. rat. systematicæ tom.
 [13] Elem. med. propos. 63. 72. 73. } 1. part. 111. cap. XIV. §. 1. 2. 4. 5. 6.
 65. & deinceps. Item libr. I. cap. 111. }

corporis actiones quadam difficultate peragi. In temperamento *phlegmatico* serum abundare, valdeque tardum ac languidum esse humorum circuitum, & omnes tum animi tum corporis actiones pigritiam ac torporem sibi habere adjunctum. Sanguineos vocari, quibus habitus corporis spongiosus est, & laxè cohæret, quibus venæ copiosæ sed exiles & angustæ sunt. per quarum alveos sanguis placido & secundo flumine decurrit.

XLII. Spiritus animales, quos alii vocabulo liquoris vel succi nervorum nuncupant, medici semper considerarunt, ut quondam Romani tribum prærogativam, cui cæteræ tribus frequentissime assentiebantur. Spiritus enim, si debite munere suo funguntur, in primis causæ sunt corpori animali, ut sit vitale, sit mobile, & sibi in functionibus, naturæ suæ conformibus, expediendis, assentiat. Hos *Boerellus*¹⁵ statuit esse naturæ fluidæ, subtilissimæ, purissimæ & mobilis: & *Boerhavius*¹⁶, judicat nervorum succum esse corpus tenue, celere, fluidissimum, in cortice cerebri *glandulosa*, secretum; & quod hujus fibrarum ope in medullam oblongam, & inde in spinalem, post hæc in nervos, deferri. *Hofmanno*¹⁷ probabile habetur, liquidum nervorum constare ex duplici natura, una humidiori subtilissimaque succi nutritii parte; altera sicciore, quam e purioribus aëris particulis, pulmonum ministerio in sanguinem receptis, elaborari. Siquidem vero hujusmodi fluidum nequicquam a illud,

[15] Propof. 24. Part. II. de motu animal.

[16] In Instit. Medic. §. 311. no. 8. & §. 219.

[17] Vide Fundament. Medicin. cap. v. §. 50. 47. 54. & 55. vide etiam cap. vi. §. 2. 3. Et in antedictis, ut & §. 15. 14. & 16. *Hofmannus* vocabulis spiritus animalis, & succi nervorum, ut æquivalentibus, utitur. Et med. ration. Syst. tom. I. part. III. cap. I. §. 2. Dupli-

cem, scribit, in fluido cerebri & nervorum admittendam esse substantiam, alteram omnium tenuissimam ad motum celerimum & varium recipiendum atque propagandum aptam; alteram crassiorrem, quam magis humidam, atque illi vehiculum esse, & §. 17. *Fluidum nervorum, quum ex partibus admodum exilibus, flexibilibus & mobilissimis compositum a globulis æthereis, quibus innatat, omnes in partes agitari possit &c.*

[18]

liud, quam materia subtilissima, potentia mechanica determinata, ut ait, instructa sit, & ad *ideales*, & ordinatos in corpore motus edendos, apta; hinc ei recte spiritus nomen imponi. His spiritibus duplicis generis motionem esse, alteram rotando quasi perfici, quoniam quævis particula circa axem moveatur: alteram directam esse, tendereque a termino ad terminum. Præter hæc spiritus animales in nervis secundum lineam rectam se movere: aut ætherem in sanguine secundum lineam curvam, inde ejus calorem dependere.

XLIII. Philosophantur Iatromechanici etiam multum de corporis excretionibus, in primis vero de ea, quæ fit modo insensibili per cutem. Primus *Sanctorius* indefesso labore se ipsum, nonnunquam & alios in trutina, ad id negotium concinnata, stateram vocant, suspendit, explorandi animo, quanti ponderis corpus quotidie perspirando jacturam faciat? libratis prius alimentis, ventriculo ingestis, exinde excrementis alvi & vesicæ scorsim ponderatis, invenit excretionem hanc plerumque servare rationem. Nimirum excretionem alvi esse quatuor: vesicæ sedecim: cutis quadraginta & amplius: oris, ratione respirationis, sex unciarum¹⁸. Ex quibus apparet insensibilem exhalationem omnium corporis excretionum esse maximam. Quid? *Pitcarnius*¹⁹ minime dubitavit, quin computando possit adinveniri, quantum ponderis de quodam corporis villo expiret? Hoc pacto calculum subducit. *Sanctorii* observatione fretus, ponit viginti quatuor horarum spatio, perspirando excerni uncias quinquaginta, seu scrupulos clv. cc.; & spatio horæ l. scrupulos; & quovis horæ momento, quinque pondera, quallium sex conficere scrupulum. Quandoquidem vero corporis humani pondus medium sit librarum clx, quas scrupulum minimum sexaginta millia æquare; & e tali corpore in-
tra

[18] Vide ejus Medicin. static. Sect. 1. §. 59. 5. 6. & seq. Et *Pitcarnii* differtat. de curat. febr. §. 8.

[19] In citata modo dissertatione. §. 14.

tra horam quinquaginta scrupuli *perspiratione* excernantur ; effici hac ratione , concludit , si utpote quinquaginta in sexaginta millia ducantur , quamvis corporis partem emittere eodem tempore , partem sui millesimam ducentesimam : vel spatio cujusvis horæ quemvis corporis villum unius scrupuli de se exspirando emittere partem scrupuli millesimam ducentesimam. Concedo utique acutissimum & subtilissimum hujusmodi argumentandi genus esse ; verum multa in eo sunt , quæ in dubium incertumque vocantur. Inter Medicos enim constat , corpora , ut & singulas eorum partes , seu ratione ponderis & figuræ , seu laxitatis & densitatis ratione , esse inter se cummaxime diversas ; quin & non quolibet tempore , ne ipso quidem *Sanctorio* negante , fieri uniusmodi exhalationem. Quibus positis , & ita re vera , ut dixi , se habentibus , latissime patet , eos , qui conantur calculo mathematico excretionem corporis determinare , quot ac quantum videlicet singulis horis , singulisve horæ momentis , excernatur , obscuritatem & tenebras afferre.

XLIV. De fanitate deque morbo Iatromathematici non eadem sentiunt. Sunt aliqui ²⁰ , qui statuunt , si fluida corporis decente temperie æquabileque motu prædita ; si solida debitam figuram , situm & ordinem sint nacta , corpus tunc bonam consequi valetudinem ; & hanc esse perenne , fluidorum per solida , motu fundatam. Alii ²¹ perhibent fanitatem animalis consistere in iusta canalium tensione , eam ob causam instituta , ut valido renixu , canalium villi alterna contractione , fluida comprimant , ad circuitum per vasa minima absolvendum. Contra , ac dixi , si ejus constitutio fuerit , ad morbum tunc illud esse proclive. *Pitcarnius* ²² asserit

[20] Ut *Hofmannus* in Fundam. Medic. cap. III. §. 2. Et med. rat. system. tom. I. part. III. sect. II. cap. 5. §. I. ita eam definivit: *Sanitas est vigor abiotum tam corporis quam animi , a temperato & libero solidorum ac fluidorum*

motu sanguinisque & humorum temperie , neque minus a convenientibus secretionibus & excretionibus dependens.

[21] Ut *Thomson* in fine dissertat. I.

[22] *Element. medic. propof. 75. definit. 2. 3. 5. 6. 4. & libr. I. cap. II. §.*

rit fanitatem animalis consistere in debitis secretionibus a sanguine rite factis: eandemque esse vitam sanam, vel circuitum sanguinis liberum nullo dolore comitatum. Perfectam fanitatem esse vitam *indefinite* longam, morbi expertem: vitam *indefinite* longam esse eam, quæ est infiniti conatus moriendi expertem: vitam maxime sanam: medicinam ergo esse artem faciendi vitam *indefinite* longam; perfecte tamen sanum esse neminem: morbum esse motum sanguinis circulaem nimis acutum vel diminutum: morbos omnes in liquoribus consistere, vel in eorundem mutata qualitate, vel mutata velocitate motus: mortem tandem esse morborum summum, vel circuitum sanguinis penitus suppressum. *Hofmannus* ²³ morbum definit esse magnam mutationem & turbationem proportionis & ordinis motuum in solidis & fluidis, cum vel nimis accelerati vel retardati in universo corpore, aut in certis partibus sunt, junctam cum insigni læsione secretionum, excretionum & aliarum functionum corporis animati, tendentem vel ad ejus salutem aut interitum, vel ad pravam partium ad alios morbos dispositionem. Causam ergo ejus proximam esse motus solidorum & fluidorum valde immutatos, ratione proportionis suæ vel nimis deficientes vel nimium excedentes.

XLV. Omnis generis autem morbos, qui nil nisi naturalium motuum læsiones sunt, non secus ac motus, quæ vitæ atque fanitati præfunt, ad duas potissimum classes, ad *systolen* nempe & *diastolen*, id est, ad contractionem & dilatationem referri

2. propof. 74. definit. 30. & libr. 1. cap. vi. *morbis est circulatio sanguinis insolita, seu motus sanguinis circularis auctus, si-ve diminutus, aut per totum corpus, aut per aliquam corporis partem.* Symptoma vocat morbum simplicem; compositum vero symptomatum complexionem. Minus recte proinde fieri,

censet, morborum divisionem in morbos partium similiarium organicarum, & solutæ unitatis. propof. 78. definit. 100.

[23] Med. rat. system. tom. 11. part. 1. cap. 11. §. 3. 9. & tom. 1. in præfat.

Yyy 3

[24]

referri posse, idem Hofmannus loco citato censet. Nec huic dissimilis est sententia Baglivi²⁴, qui priscorum Methodicorum communitates in Medicinam rursus introducens, statuit, strictum & laxum, quia æque in fluidis, ac solidis, vigeant, in primis in numero causarum morborum habenda. Contractione enim & laxatione non modo in Mechanicis, verum etiam in universitate rerum, plerasque operationes perfici. Alibi tamen²⁵ ubi duo fibrarum genera recenset, memorat etiam duo morborum genera, quorum alterum membranaceis, alterum carnosus corporis partibus, secundum fibrarum differentiam inesse. Illos periculosos, propter necessitudinem, quæ ipsis cum capite vel dura meninge intercedit: hos vero minus periculi ægris injicere. Utrumlibet etiam genus separatim in corpore posse subsistere: quandoque vero utraque inter se in tantum copulari, ut alterum cum altero acceptum communicet vitium. *Boerhavius* statum corporis viventis tollentem exercendæ actionis cujuscunque facultatem vocat morbum²⁶. Morbos autem ad tria genera redegit, sub primo complexus est, qui ratione solidi aut fluidi accidunt: sub altero, qui aut maribus aut fœminis sunt proprii; sub tertio autem eos, qui eveniunt, quatenus homo ex anima & corpore compositus²⁷. Quod vero ad solidum spectat, ratum habet, quod ultimum minimi yasis solidum, cum liquidi fuerit plene exers, sit considerandum, ut corpusculum terrestre, simplex, tenue, cujus connexæ particulæ adeo minutæ, ut vix a fluidis differant; sintque omnes nervosæ, vel e nervis saltem oriundæ. Hoc solidorum genus, autumat, non inepte in quatuor classes posse dispesci. Sub prima comprehendi

[24] Specimin. de fibr. motric. cap. viii. Corollar. 3. cap. ix. propof. 3. Et anatom. fibrar. p. 4. 9.

[25] Specim. de fibr. motric. libr. i. cap. iv.

[26] Institut. Medic. edit. secund. §. 696.

[27] Ibidem §. 699. has trinas morborum differentias tradit (1) morbos partis solidæ simplicis organicæve. (2) humorum morbos, horum naturam, copiam accidentia spectantes. (3) Morbos ex his binis compositos, qui masculini fœminini.

[28]

particulas terrestres minimas, quarum ex conjunctione fibrarum, cujus dotes esse laxitatem, rigorem, robur, debilitatem, oriri: secunda canales minimos, e quibus in unum collatis nervum minimum: tertia canales ex congregatione minimorum canaliculorum, unde reliqua vasa: quarta denique ea, quæ ex liquido & vase, vel e vasis, liquido expulso, concretis, originem ducunt comprehendi. In his, semel incolunitatem adeptis, nihil morbidi, nisi quod solutæ unitati, vel laxitati, vel rigori, vel robori, vel debilitati, vel prævæ solidorum coherentiæ vitium acceptum refert, concipi posse. Quantum vero ad vitiatam fluidorum qualitatem pertinet, in his considerandas esse particulas singulas, qua mole, soliditate, figura, rigore, flexu, elatere, coherentia, &c. sint dotatæ singulatim. Molem enim adactam corpori obstructiones omnimodas, minutam vero nimiam importare *perspirationem*. Soliditatem auctam producere osculorum apertionem, rupturam vasorum, &c. vel fluidorum nimiam attenuationem & attritum. Soliditatem justo minorem augere inertiam liquidi in vasa, & obtundendo vim solidi in liquida fere enervare. Figuram se, propter angulorum aciem, vitiose habere, dum partes a sphaerica nimio perecedant, aliamque induant formam. Rigorem nimium, ob acrimoniam plerumque adjunctam, inducere malum vix medicabile. Flexilitatem nimiam, aucto contactu, causam esse partibus, ut facile concrevant. *Elatere* nimium, ob calorem mutatum & vim comprimentem, cuncta mutare. Coherentiam nimiam impedire requisitas, partium in aliam naturam, mutationes. Præterea fluidum in considerationem venire generatim, ratione universæ massæ fluidæ; scilicet an liquor, an tenuitas, motus, quies, &c. rite se habeant: item ratione loci, si nimis aucto vasis diametro crassiora liquida in arctiores mittantur canales, si ruptis vasis in solidorum interstitia fluant distenta²⁸. Quid? quod fortassis causæ

[28] Hæc ex ejus institut. Medic. edit. prim. §. 490. 492. 507. 508. 509. &c.

causæ morborum simpliciores, & potiori jure inter mechanicas solum referendæ sint, quam aliquispiam medicorum cum animo suo cogitare valeat. Documentum hujus positionis nos capere posse, ait, e punctura nervuli, seu festuca membranaceæ corporis parti infixæ. Quæ & quanta non oboriri symptomata, corpori, alias optime valenti, mortem minitantia. Quotus quisque est? qui tali pacto læsi non torqueantur doloribus, rubore, tumore, ardore, pulsatione, febris, siti, delirio, convulsione, &c.²⁹ quia copiosior, teste *Thomsone*³⁰, in partem dolentem fit liquidorum fluxus, ob renixum canalium fortiori & celeriori impetu exertum. Hæc cum ita se habeant, existimat *Boerhavius*³¹ venenorum spicula, pestis lanceolas vel salium acumina; quoniam pariter efficientiam mechanicam habent, nemini admirationem motura. Quinimo ne ipsos quidem animi affectus esse de hac excipiendos: siquidem virtus cogitationis, quamprimum in corpus influit, totum id, quod in eo, producit, conficiat corporeum; adeoque tale etiam legibus Mechanices obedire.

XLVI. Sed ut singulatim quosdam morbos attingam, *Pit-carnius* plethoram, quæ est sanguinis moles, aut quantitas in majorem mutata; & *cocochymiam*, quæ est sanguinis velocitas, aut qualitas a statu integro quovis modo mutata, non habet in numero causarum morbi alicujus, velut plerique medici eas referebant³², sed pro morbis ipsis³³. Scor-

butum

& §10. contraxi. In aphorismis autem §. 21. & seq. magna cum cura atque diligentia describit & exponit morbos fibræ solidæ simplicis, morbos fibræ debilis & laxæ: morbos fibræ rigidæ & elasticæ: morbos vasorum minimorum & majorum: morbos viscerum debiliū & laxorum; morbos viscerum fortium & rigidorum; morbos spontaneos ex acido humore: morbos a glutinoso spontaneo: morbos ex alcalino spontaneo; morbos ab excessu motus

circulatorii solo: morbos ex defectu circulationis & plethora: morbos ex obstructione & vulnere &c.

[29] Vide ejusdem oration. de usu ratioc. Mechanic. pag. 32.

[30] In Dissert. 1. §. de stimulis.

[31] *Ibidem*. pag. 33. & 34. & institut. medic. §. 796. edit. secund.

[32] Elem. med. physico mathem. libr. 1. cap. vi. §. 8. & definition. 33. 32.

[33] *Ibidem* libr. 11. cap. xxiii. §. 8. 2.

butum definit intimam sanguinis *dimotionem* : vel texturæ sanguinis ultimæ mutationem generalem : vel *cohesionem* partium ultimæ compositionis mutatam. Sanguinis *dimotionem*, quæ scorbuti symptomatum causa est, esse intimam solutionem partium *in ea* quarumvis, & remotionem ex aliarum vicinia fieri. Quandoquidem vero sanguinis missio potest facile intimam sanguinis *dimotionem* inferre ; eapropter hanc scorbuto laborantibus haudquaquam ex usu esse. Nam *si particule sanguinis habeant vires respectu aliarum centripetas, aliarum autem respectu centrifugas* : hoc est, si potentes quædam & universales causæ sint, quæ eas perpetuo conentur impellere versus unas & removere ab aliis, tum hæc dimotio intima a venæ incisione, quæ sanguinem in vasis minus constrictum relinquit, potest facilius contingere : quia ea causa vires motuum a corde & in arteriis per sanguinem *V. sectione ablatum, diminutæ, possunt fieri minores viribus per causas illas alias communicatis*.³³ Affectionem hypochondriacam censet³⁴ esse hypochondriacorum morbum, a deficiente chyli & sanguinis comminutione in canalibus & liquoribus intestinorum ortum. Strangulatum vulvæ, quem *hystericam passionem* plerumque vocant, esse partium membranacearum in inferiore ventre sitarum convulsionem, a partium peregrinarum cum succo nerveo in nervosarum fibrillarum tubulos per intervalla effusarum, eosque constringentium, actione exortam. In hypochondriacis, & hystericis convulsionem e pressura cerebri, per arteriolas sanguinem non satis attenuatum ferentes, facta existere. Convulsionem, quæ est contractio muscui non voluntaria, fieri si ad musculum perveniat aut sanguinis, aut liquoris *nervi*, copia major,

8. 2. & propof. 137. 136. 138.

³³ * *Viscentripeta*, secundum definitionem v. Philof. Nat. *Newtonii*, est, qua corpora versus punctum aliquod tanquam ad centrum undique trahuntur, impelluntur, vel utcumque tendunt. *Vis centrifuga* secundum *Gravesande* phys. elem. tom. 1. acp. xxv. §. 218. est, qua cor-

pus a centro recedere conatur : verbi causa, lapis fundæ impositus, inque gyrum agitatus, & projectus. De hac Nobiliss. *Hugenius* peculiarem libellum in lucem edidit.

[34] Ibidem definit. 80. 81. propof. 171. & libr. 11. cap. xxii. §. 7. cap. v. §. 4. propof. 150. 148. 149. 147.

Zzz

[35]

gor, quam ad muscolum oppositum, eaque præter voluntatem: quæ si ita fuerit, impetum ab iis impressum etiam majorem, & quod consequens est, inflationem contractionemque musculi majorem futuram. Verum enimvero si in muscolum minor dicti liquoris vel sanguinis copia derivetur, quam in oppositum, fieri hujus oppositi contractionem. Inducere autem spasmos ea, quæ corpus, vel ejus partes nimium aut replent, aut inaniunt. Sensationem, aut non motum, tolli, ubi sanguis intra musculos cum nervorum liquido concurrere rarefcere quidem adhuc, sed non libere intra nervos moveri, inque varias undas agitari, potest.

XLVII. Quantum vero ad febrium enodationem attinet, Borellus, ³⁵ in *Willisii* fere vestigiis insistit, & succum nervorum justo acriorem; quin & quoddam fermentum, pro causa, febrem efficiente, habet. Ast *Piscarnius* ³⁶ sentit febrem, quæ est motus sanguinis auctus ³⁷, tam a suppressa meatuum cuticularium secretionem, quam a suppressa alia, exoriri. Quandoquidem vero illa sit omnium secretionum, vel duplo, vel triplo major: proinde suppressionem dimidiæ, vel tertiæ partis *seri perspirabilis* febrem generaturam; æqualem ei, quam generaret aliarum simul omnium suppressio. Adhæc, quia cuticularis sit minimum decuplo major, quam ventris: idcirco decimam partis feri ad exhalandum apti febrem excitaturam æqualem ei, quam progigneret tota alvi suppressio. Quibus rationibus positis effici, auxilium dimidiæ vel tertiæ partis expirationis tantum in solvenda febre pol-

[35] Part. II. de motu animal. propof. 225. 226. Ut vicissitudinem accessus & remissionis febrium secundum rationem elucidaret, propof. 231. in medium affert fermentum quoddam, cujus reliquias, finito utpote priori febris accessu, succos tenaces & acres, in glandulas deinceps advenientes, rursus invadere, cumque his virtutem suam communicare. Inde vasa, excretioni

destinata, & postea nervulorum ostia, ab iis secunda vice infarciti, obstrui, pungi; atque adeo novum febris accessum excitari.

[36] Dissertat. de curat. febrium; &c. §. 9. & seq.

[37] Elem. medic. defin. 34. vel, ut habet libr. II. cap. I. §. I. est *velocitas circulationis uniformiter i. e. per equalia temporis intervalla aequaliter, aucta.*

pollere, quantum valet reliquarum excretionum auxilium infimul: & auxilium decimæ partis perspirationis tanti futurum, quanti excretio alvi integra. Quin minus ex his confici, morbum non posse tam cito adaucta alvi excretionem, quam aucta cutis exhalatione, depelli; præterquam quod incrementum illius ad incrementum hujus fuerit in ratione inversa. Scilicet, secretionem per alvum debere centuplo majorem esse, antequam spatium dici tantum evacuetur, quantum eodem tempore *perspiratio*, decuplo tantum major naturali, potis est. Quin etiam febrem decupla istiusmodi secretionem cuticulari probabilius solvi posse; quia minori cum virium dispendio ac faciliori negotio instituitur, quam alvi, vel alia corporis excretionem, quoquo pacto adaucta.

XLVIII. Cæterum venit mihi in mentem, venia sit digressioni a proposito, singularis, *Pitcaronii*, hominis sane imprimis ingeniosi, opinio de ratione inebriandi³⁸. Scilicet, si duorum animalium, inter se cum forma tum qualitibus cæteris, similibus, & nervos amplitudine æquales, ac æqualiter a se mutuo distantes, habentium, arteriæ cerebri fuerint amplitudine inæquales, istud animal tunc, cui majores sunt arteriæ, citius fieri ebrium, quam illud, cui minores sunt, quod exin citius dolore capitis afficietur. Nam majorem molem requiri, ad majoris arteriæ latera ad datam tensionem, extrudendam, quam minoris: quippe moles se debet habere, ut quadratum diametri.

XLIX. De mensibus mulierum, quam opinionem habeat Doctissimus Frind, placet hoc loco referre. Putat enim purgationes fœminarum menstruales potissimum exoriri, quia fœminis sit humorum, cum primis vero sanguinis, abundantia. Generari autem hanc, quoniam cæ ipsæ non tantam *expiratione* insensibili jacturam humorum faciant, quantum alias viri: quoniam earum temperamentum humidius,

[38] Quam affert dissertat. de circuitu sanguin. &c. §. 14.

Z z z

[39]

quam virorum : & quia non æque, ac viri, labores validasque corporis exercitationes, sustineant. Sic & situm matricis multum conferre. Fœminis enim esse uterum, respectu horizontis, ad perpendicularum rectis lineis collocatum; cum e diverso cæteris animalibus, sit vulva respectu horizontis parallela. Truncum Aortæ descendentem multo ampliorem in fœminis, quam in viris, reperiri: arteriarumque situm esse ad perpendicularum fere, & inflexionem habere tortuosam: ita etiam non inveniri in venis matricis ullas valvulas: quæ cuncta multum conferre, ut sanguis redundans uteri per vasa evacuetur. Namque in fluido corporis cujusvis circumpositi fieri pressuram, non modo deorsum, sed etiam a latere. Quandoquidem vero pressura lateris sit in ratione altitudinis, qua atollitur incumbens fluidum: idcirco universam sanguinis columnam, ab aortæ descendentis trunco ad uterum usque, protensam, vasa uteri a latere, atque id juxta perpendicularum, comprimere distendereque. Igitur, propter *plethoram* & pondus fluidi, tum in arteriis tum in venis perpendiculari in modum, incumbentis, intumescere latera vasorum; ita ut fibræ magis ac magis distrahantur, ac vi superiori cedant. Præterea in *plethora* augeri sanguinis momentum, quia augetur quantitas, & insimul, nisi lentor obstitit, ejus velocitas: vim autem obstaculi imminui, quia in vasis, ob multitudinem sanguinis pridem, distentis, minor sit fibrarum contactus, vel cohærentia; sanguinem itaque, superato tali impedimento, tandem erumpere. Quod autem hujusmodi fœminarum purgationes stata tempora servant, ratum habet ex his dicendis apparere. Deficiente videlicet in mulieribus per meatus cuticulares exhalatione, necesse esse, aliquid in dies intra vasa coacervari, ex quo paulatim sanguinis multitudinem ortum trahere. Ut autem modus dictæ sanguinis abundantiaè perspicue mente percipiatur, hanc habet hypothefin. Scilicet, si singulis diebus pars tantum tricesima alimentorum, v. g. libras duas pendentium, accumulatur, redundare tum talem fœminam, singulis diebus pondere

dere drachmarum sex & duarum quinque partium drachmæ: intra mensem vero triginta dierum sanguinis aduucti copiam fore librarum duarum; quas quatuor uncis excedere copiam sanguinis, purgatione menstruali effusam: cujus pondo plerumque esse unciarum viginti. Posita hac sanguinis redundantis, & quolibet mense evacuandi, quantitate, quam esse circiter partem decimam totius sanguinis massæ; momentum sanguinis fore sub fine cujusque menstruæ periodi decima parte fortius. Quod cum ita sit, velocitatem non commemorat, confici hac ratione, putat, singulos corporis canales, decima quoque parte magis comprimi distendique, donec tandem sanguini effluxuro locum cedant. Haud dissimili sane modo, ceu lances in æquilibrio positas, quas pondere adjecto protinus præponderare. Quibus concessis consequi, menstruales fœminarum purgationes æque, ac anni tempestates annuatim, suas vices & tempora observare. 39.

XLVIII. Fateor quidem subtiliter admodum D. *Erind* causas menstrui fuisse rimatum, esseque ingeniosum ad comminiscendum. Verum enimvero aliquas quoque in medium profert, quas non possum non in dubium vocare, e.g. memoratum paulo ante positum uteri, & singularem venarum constitutionem. Quæ si aliquid ad mulierum profluvium facerent, quare simiæ per vulvam, quare complures viri per penem perque hæmorrhoides, ejusdemmodi sanguinis profluvium menstruale habuerunt; sicuti varia hujus rei exempla, a medicis longe celeberrimis, memoriæ sunt prodita 40. Fortassis adhuc sunt alia exempla, quæ notitiam nostram fugiunt. Præter hæc non advertit, profluvium istiusmodi non exactis triginta diebus, ut hypothetice sibi sumit; sed post viginti duos, vel quatuor plus minus dies revertere, & sic

[39] Hæc de Capitib. III. IV. V. & VII. Emmenologiæ decerpsi, ac feci rationum auctoris qualescunque brevium.

[40] De quibus vide *Ermulleri* instit.

Medic. Physiolog. cap. XXI. §. 9. & 10. Therapeutic. cap. III. §. 1. & de mensr. flux. vitis. cap. 1. ubi talia exempla, e Zacut. Lusitano, Bartholino, & Fehr. deprompta, profert.

fic memoratam pressuram, vel distensionem vasorum efficere: quia quamdiu menses fluunt, qui non in singulis individuis non idem dierum spatium observant: aliquando enim tribus, subinde quinque, & pluribus: interdum bis in mense, aliquot diebus, effluere solent; tamdiu moles sanguinis non adaugetur, sed potius diminuitur. Calculum itaque debet D. *Frind* alio modo subducere, ut demonstret, quod sibi ad probandum assumpsit. Plura dubia sunt, quæ ipsi objicere possem: verum ne videar contradicendi studiosus, capropter his supersedeo. Mea faciam, quæ habet *Ba: glivus* ⁴¹. Plurima nempe in rerum natura nobis occurrere, quorum effectus esse certos ac evidentes: & tamen nos causas, quæ talia re vera produxerunt, ignorare. Is ipse *Thomsonius*, qui alias ad amissim more Mechanicorum, corporis humani cujusquemodi conditionem declarat, ingenue aperteque confitetur ⁴², Medici non esse indagare causam causæ, vel curiose perscrutari, quare aliquid eveniat, sed quid Natura faciat, aut ferat, id necesse esse, ut dignoscat duntaxat. Nolite autem putare, me investigationem causarum primarum, quia plerumque sunt abstrusæ, ideo eas ducere inter res scitu supervacaneas, minime gentium? sed supervacuas tum ego eas habeo, si conjecturis meris, si hypothesebus subtiliter excogitatis, si commentis opinionum, quæ ne speciem quidem veri præ se ferunt, fuerint nixæ duntaxat. Sed in viam.

LI. Menses ad mentem D. *Frind* ⁴³ supprimuntur vel vasorum, vel sanguinis, vitio: vasa namque uteri si usque adeo contracta, vel tenacia, vel distenta, ut cruor penitus effluere nequeat, causam esse, censet, ut momentum sanguinis intendatur. Enimvero non modo ejus quantitas peccat, verum etiam velocitas; quam vero, nisi lentor adfuerit

[41] In Epistola ad Philippum *Hecquet*, de motu mening. & oscill. solidor.

[42] Dissertat. iv. de Mercurio pro-

pos. 4.

[43] cap. x. memoratæ Emmenologiæ.

[44]

fuerit, ratione copiae una adaugeri. Lentescere autem sanguinem ratione multitudinis trifariam. Nimirum, si major fuerit fluidi moles, quam vasa complexu suo continere possunt, sanguinem redundantem tunc majorem sustinere renixum: quoniam ejus particulæ, tum a canalium tunicis, tum a præcedente liquido, cui continuo affricantur, proinde quasi retro pulsæ & retardatæ, in angustius spatium coeant, id est, tenaciter invicem coeant. Deinde motum cordis imminutum causam esse, cur sanguis minori impetu protrudatur, cur facili negotio a quocunque obstaculo retardetur, adeoque prompte lentus evadat. Post hæc partium tenuiorum absorptionem efficere quoque sanguinis lentorem. Vasa enim a redundante sanguine admodum distenta, vicissim, & reciproca quadam actione contra sanguinem niti; ita ut ejus particulæ, a tunicis vasorum repercussæ, a *pressione* recedere contentur: quo fieri, ut per vasorum poros & ductus, secretioni destinatos, quicquid in sanguine tenue vel aqueum fuerit, exprimatur. Quo facto, superstitem sanguinis compagem, evenire arctiorem juxta & constrictiorem.

LII. Hucusque conditionem qualemcunque quarundam corporis partium, earundemque functionum, ad Mechanicæ præcepta perpendimus; restat, ut simili modo de morborum curatione scribam, & de hac, quæ decreta fecerunt, hæc commemorem. Celeberrimus *Boerhave* decrevit, ut Medicus morbo medicinam factururus attendat animum ad causas impediti liquidorum fluxus, ad regulas superandi renixus, ad restituendos motus *elasticos*, ad augendam cordis virtutem, conferendo hanc cum morbi phænomenis, &c. ⁴⁴ *Baglivus* autem ⁴⁵, ut in curatione semper habeatur major solidi, quam fluidi, ratio. Temperiem enim fluidorum semel vitiose se habentem, facile restitui: solidorum vero tonum

[44] Hæc Cl. *Boerhavius* in oratione sæpe sæpius citata pag. 33. vide etiam ejusdem instit. medic. §. 839. & seq.

[45] Specim. de fibra motric. libr. 1. cap. vi. corollar. 1.

num amissum difficulter, vel raro, instaurari. Quid? sicut pronunciatum habet ⁴⁶, quod morbi solidorum, a vitiosis fluidis producti, remediis sanari nesciant; nisi fluidum prius ex malo convalescat. Et eandem esse conditionem morborum fluidi, vitio solidi cujusquam obortorum; quos itidem non sanari, præterquam quod solidum convaluerit: etenim hæc duo morborum genera inter se reciprocari. Sic etiam magni facit medicos, qui, antequam morbum curare in animum inducant, Mesenterii conditionem examinant, ac serio ad artis præcepta perpendunt ⁴⁷. *Piscarnius* ⁴⁸ vult morborum omnium curationem per materiæ & motus mutationes, rite factas, institui debere. Mutationes autem hujusmodi, sive bene sive perperam procedant, fieri secundum certas leges mechanicas. *Hofmannus* ⁴⁹ non aliam, putat, constare medendi viam, quam ut motus & excretiones a naturali statu desciscentes, in ordinem reducantur. Omnia etenim remediorum genera id præstare tantum, ut vel nimis auctos motus sedent ac moderentur: vel depressos & impeditos excitent, promoveant, & æquales rursus reddant. Ab auctiore sanguinis circulo, qui in febribus est, has, præsertim vero acutas, sine medicis & medicamentorum apparatu, convenienti ordine ac tempore, sponte sanescere. In morborum autem longorum curatione, ubi ars plus quam natura potest, medici usu periti esse, remediis tollere viscerum *atoniam*, motus depressos excitare, obstructions solvere, & noxiam materiam per convenientes vias educere. Perpaucas simplicesque esse morborum origines & causas, statum corporis naturalem immutantes: perpauca itidem esse remediorum genera, causis hisce removendis accommoda. Universum enim remedio-

[46] *Ibidem* cap. VII. corollar. 2.

[47] *Qui hoc bene perpenderit, scribit in Epistola ad Hecquet, O quam bene curaverit! Sipienti pauca.*

[48] *Element. medic. physic. mathematic. propos. 85. 86. & 87. morbi cujus-*

cunque curatio sive in canalibus, sive in liquoribus, sive in utriusque per leges fit mechanicas.

[49] *Medic. rat. system. tom. I. in præf.*

mediorum apparatus ad materiam nocentem emendandam ac removendam & perniciosos motus tollendos collineare.

LIII. Medici, Mechanicæ profitentes, in morborum medicatione crebro mentionem faciunt de stimulis; hos *Thomson* sentit⁵⁰, seu doloris species esse, seu voluptatis: utrovis modo tremorem parti inferri validum, quem, posteaquam ex hac ad sensuum officinam, (*sensorium* commune plerumque appellatur) interveniente nervorum motu, undatim progrediente, delatus est, validiori motione partem identidem ferire, ac liquidum inibi contentum magis ac magis exagitare. Sic salia actione stimuli, ad intestinorum glandulas, & ad sanguinem delata, fortiores canalium villis movere nixus, ut deinde, accedente sanguinis fusione, quæ magis soluta sunt, per vasorum emissaria expellantur. *Bellinus*, qui copiose de stimulis scripsit, dicit⁵¹, stimulos sub genere doloris complecti. Quinimo stimulum appellat, quidquid sensum acrius movet. At enimvero si ponatur vim stimuli solum esse flectentem, & stimulum sub genere doloris complecti: his rationibus tum confici, ait, flexiones in singulis partibus sentientibus fore citissimas, & undas densissimas, in longitudine nervorum per intervalla minima, factas. Et quemadmodum contingit in corporibus, seu distensionem, seu flexionem, aptis, ut ea partibus prope medium positis, in extremitatem sui contactus excurrentibus, & nitentibus, vel distendendo, vel flectendo, exiliora fiant: pari modo evenire in nervis, quorum partes tunc id, quod ad exprimendum, & ad movendum, idoneum, movere ac exprimere. Ideoque stimulos loco missionis sanguinis interdum ex usu esse, quoniam moveant, & augeant sanguinis velocitatem; quoniam minuant ejus quantitatem; quatenus id, quod quoquo modo evacuant, ex ipso sanguine eliciant. *Baglivus* auctor est⁵², in morbo non a fluido, sed a solido originem du-

[50] Dissert. 1. de motu, &c. membro de stimulis, & purgatione.

[51] Libro de sang. missione propof.

ix. §. 2.

[52] Libr. 1. cap. vi. corollat. 8. specim. de fibr. motu.

ducente, istiusmodi stimulos non referare vias, sed potius intercludere. Talibus enim remediis, agitationem & spasticam solidorum contractionem crescere, oriturque majorem solidorum contra fluida renixum: inde causam patere, quare a præpostero dictorum usu nonnunquam canceronoma, scirrhus, internecinæque viscerum obstructions exoriantur.

LIV. Sanguinem, *Thomsonius* sensit⁵³ mittendum, quando ejus impedimentum, sive a nimia mole, sive ab expansionis impetu, obortum, contractionis canalium vires superat, adeo ut justo renixus momento, actione alterna, vasa eundem sanguinem non comprimant, ad pergendum circuitum per vasa minima. Deinde venam incidere ex usu esse, si tota sanguinis compages, propter nimiam partium cohærentiam, est solvenda. Missa enim debita ejus quantitate, quod reliquum est, agitatione canalium, vehementius conquassari, ac exin minutatim facili negotio conteri comminuique.

LV. De purgantibus medicamentis, *D. Frind*⁵⁴ sensit, bifariam ea potissimum vires suas in corpore effundere: vel ratione stimuli tunicas intestinorum irritando, vel sanguinis circumactum ocyorem promovendo. Ea, quæ potentiora sunt, utrumque efficere. Stimulum eorum non modo lymphæ majorem vim ex glandulis exprimere, sed etiam humores ita revellere, ut ad istarum ora minus, quam alibi, sit impedimenti, atque ideo horum exitus facilius fiat. Huc igitur eos uberius confluere, vel, quod idem est, sanguinis celeritatem his in locis incitari. Neque vero *D. Frind* in constitutione purgantium generali solum subsistit, verum etiam ad calculos revocat quantum ex sanguine velocius aucto ad alvi fluxum accedat. Ponit nempe arteriarum mesenterii, quibus intestina irrigantur, amplitudinem ad *aortæ* basin se habere ut 1. ad 10. Quandoquidem vero naturæ speculatores u su tractandoque cognoverunt sanguinis 4000. uncias

[53] Dissert. 1. de motu, quo renit. §. de miss. sang.

[54] In Epistola ad *D. Mead* Commentariis de febribus subjuncta.

uncias singulis horis in *aortam* derivari, ratiocinatur *D. Frind*, dictas arterias eodem temporis spatio 400. uncias ad intestina delaturas: quin etiam aliquid ex uno aut altero *coeliacæ* ramulo huc adduci. Utut sit, naturalem, quæ inde per glandulas fit, excretionem plus minus pondere duodecim scrupulorum esse. Quibus sumptis, ratiocinando pergit, quod si usu *cathartici* sanguis duplo citius circumagatur, arterias *Mesenterii* singulis horis octingentas uncias sanguinis adducturas, iisdemque temporis intervallis glandulas humoris scrupulos viginti quatuor excreturas. Quod si triplo velocitas sanguinis major fuerit, excretionem fore scrupulorum triginta sex. Præterea si vasorum excernentium diametri duplo ampliores evadant, quod iis, ubi *catharticum* paulo acrius fuerit, usu venire nullum dubium esse, excretionem intestinorum glandularum fore centum quadraginta quatuor scrupulorum, i. e. naturalem, supra memoratam, duodecies excedentem. Nec oblivioni tradenda est excretio bilis, cujus drachmas duas intra horam in intestina effluere: usu autem *cathartici*, triplo majorem sanguinis velocitatem inferentis octo horarum spatio, quo ex glandulis intestinorum quadraginta octo uncia humoris elici possunt, uncias sex fellis e jecinore elici. *Ad hunc modum*, concludit, *per has intestinorum vias, quamquam neque alimenti reliquias, neque succum Pancreaticum aestimaverit, a cathartico expurgari possunt libræ quatuor & semis. Vasis autem simul ampliatis copiosior erit multo humorum effluxio, scilicet in ratione diametrorum duplicata.*

LVI. Mechanici aliquando etiam cum animo suo considerant medicamentorum quorundam gravitatem singularem, ut hujus ope ratiocinarentur de eorum viribus, quas edunt in corpore humano. Sic *D. Pitcairnius* ⁵⁵, ut vires mercurii investigaret, advertit gravitatem in eo majorem esse, quam in cæteris mineralibus; adeoque, cum is celeritate non minori instructus, quæ ubique celeritati sanguinis

[55] Dissert. de caus. divers. mol. &c. §. 1.

nis æqualis fit, eundem plus momenti suscipere, impetumque majorem exerere. D. *Frind* ⁵⁶ statuit gravitatem hydrargyri decuplo majorem, quam sanguinis: ideoque hac ratione hydrargyri momentum eo, quod sanguini est, fore validius. Sanguine itaque, ob assumptum argentum vivum, fortiorem impetum acquirente, humores lentos per obstructa vascula facilius protrudi. Neque hoc impetu solum polere hydrargyrum, sed propter partium gravitatem pariter & tenuitatem, id cohærentiam sanguinis ita diffingere segregareque, ut, humoribus plurimum attenuatis, major fiat spirituum secretio, & vis cordis fortior: unde etiam velocitatis ratione, ab adhibito mercurio, incrementum sanguinis momentum; imo id proprium esse mercurio, ut non modo vasa obstructa aperiat, verum etiam acidorum aculeos una retundat. Verum enim vero, D. *Thomson*, qui plerumque Mechanicis assentitur, de potentia Argenti vivi ratione cum ante dictis auctoribus dissentit. Literis enim prodidit ⁵⁷, se ponderi Mercurii, in quantum ad Medicinam attinet, parum tribuere. Lubenter equidem concedit illum gravitatis singularis ratione sanguinem superare; attamen illum, quamquam adeo gravis fit, nihilominus ad nutum hujus circumferri. Nempe, vim motus sanguinis, hydrargyrum propellentis, fortiorem esse, quam ut hujus gravitatis excessus, cum illius singulari gravitate, comparari possit.

LVII. Interdum Mechanici, medicamentorum facultates indagaturi, alia atque alia via proceduntur. Sic D. *Frind* ⁵⁸ quatuor modis remediorum, v. g. vim attenuandi explorat. Primus versatur circa effectus sensiles, quos esse investigandos, censet. (1) Sapore, qui si acris si amarus fit, indicare partes esse tenues, & ad motum excitandum idoneas.

(2)

[56] In Emmenolog. cap. xiv. membr. iv. §. 7.

[57] Dissertat. iv. de Mercur. pro-

pos. 2.

[58] In Emmenolog. cap. xiv.

[59]

(2) Odore, qui si vividior adfit, prodere, pariter ac fapor solet, falis volatilis præsentiam. (3) Pulsu citatiori, qui cum usu remedii alicujus fortius increbrescat, ostendere sanguinem ita attenuari rarefcereque, ut copiosior fiat spirituum secretio: & qui consequens est, cordis impetus, pulsum moderans, validior. (4) Calore, quem nihil aliud, quam motum partium vividiorum esse, fierique earundem invicem attritu: inde sanguinis globulos divelli plurimum, atque adeo rarefcere. (5) Sudatione, quam provocando remedia sanguinis cohærentiam adeo resolvere, ut facilius per poros, quod vitiosum est, secerni queat. Secundus modus versatur circa variarum rerum cum sanguine calido, vel sero, mixtionem; a qua si sanguis aut fluidior aut spissior efficitur, adscribit tunc eis aut attenuandi, aut condensandi potentiam. Tertius inhæret mixtioni rerum cum syrupo violarum, quod si is indeptarit colorem viridem, vel proxime ad hunc accedentem, prodi tum rem ejusmodi *Alkalicæ* esse indolis: *Alkalicis* autem virtutem esse sanguinis coagulatum resolvendi. Ex adverso, quando color syrups cœruleus additione rei in rubrum mutetur, indicium hoc esse, illam si non acidam, minimum tamen acoris alicujus esse confortem: & insuper facultate sanguinem coagulandi dotatam. Eadem ratio est modi quarti, qui versatur circa rerum in venam canis, vel alius animalis viventis injectionem. Utcunque sanguis post aliquam moram, & animalis deinde apertionem, inventus fuerit; ita post hæc judicat de omnimoda remediorum seu attenuandi seu condensandi virtute.

LVIII. Sed quomodocunque dicta se habeant, mihi tamen hæc & similia legenti, videtur D. *Frind* delinquere in assignanda ferri solutionibus, spiritu seu falis seu nitri paratis, facultate sanguinem attenuandi; quia istæ, perinde ac *Alkalicis* id in more positum est, colorem syrups cœruleum in viridem transmutent. Certe vix quispiam, mihi saltem ita videtur, credet, Ferrum seu Chalybem intercedente acido: vel acidum interveniente dictorum alterutro, conver-

sum fuisse in aliquod, *Alkalica* natura præditum; quod tamen de illis, ut mihi videtur, laudatus auctor inferre voluit.

DISSERTATIO XXV.

DE

DD. Andry, de Moor & Stablii placitis.

I. **V**arii generis insecta in hominis corpore nonnunquam generari, eademque persæpè mortis causam proximam esse, res nota atque apud omnes pervulgata est: sed eorundem origo, natura, æque aliis in alia vicissitudo atque mutatio, non æque veteribus, ac recentioribus, manifesta erant. Incredibile est, quantum in his generatim cognoscendis atque tractandis Malpighi, Rhedi, Swammerdam, Lewenhoek &c. studium posuerint. Quomodocunque dictorum arguta sedulitas fuerit, N. *Andry* tamen de his sigillatim, quatenus ad Medicinam spectant, magna cum cura & diligentia scripsit. Placet itaque hoc loco quædam ex hoc auctore excerpere.

II. Quandoquidem omnis, quæ a ratione suscipitur de aliqua re institutio, debet, Tullio suafore¹, a definitione proficisci, ut intelligatur, quid sit id, de quo disputetur: proferam ergo insectorum descriptionem, quam Cl. *Andry* habet. Insecta, scribit, sunt animalia perfecta, divisa in complures incisuras, forma circularum vel annulorum factas, quarum ope illa respirant². Ex insectis alia, tradit, habere

[1] De officiis libr. 1.

[2] Vide ejus tractat. Gallice conscripti. cap. 1. & cap. XXI. section. 1. §. 3. ubi ita breviter. *Les insectes sont*

ainsi appellez, parce qu'ils ont le corps marqué, d'infections, ou, pour mieux dire, d'incisions.

re incisiones sub ventre : alia super dorsum : alia utrobique. Non dubitat cuncta insecta ad duo genera redigere ; unum complexu suo, censet, continere magna, ut colubrem, aspidem, viperam, ranam, &c. alterum parva, quibus singulariter nomen vermum competere, ut muscas, erucas, papilionem, lumbricos, animalcula insolita in corpore humano generata, &c. Vermium genus denuo in duas classes distribuit : In prima ponit reptantes, quos ventre in modum lumbricorum terrestrium humo serpere : in altera, qui ratione ingressus ab illis distinguuntur, ut muscæ, formicæ, millepedes, &c.³ Quantum vero attinet ad vermium, in corpore humano natorum, formam, statuit, eos apte ad novem classes posse redigi. Nempe interdum inveniri vermes quodammodo vel ranis, vel lacertis, vel serpentibus, vel anguillis, vel iis, qui habent caudam instar furcæ ; vel scarabæis, vel erucis, vel scorpionibus, forma similes. Non credit iis talem formam ab initio esse, sed, quando senescunt, tunc paulatim partes, quæ antea occulabantur, in apricum proferri. Haud dispari sane ratione, sicut bombyx, diuturnitate temporis, se multimodis transformat : accidere autem hoc ob accretionem partium, cutem, qua circumdati, & quam Physici nympham appellant, vi disrumpentium⁴. Qua de causa autem contingat, ut semina insectorum, quæ vel respiratione, vel alimentorum usu, in corpora immittuntur, non omnia simul, sed ex dictis vel unum modo vitalitatem accipiat : causam esse, putat, diversitatem humoris, quo corpus aliquod præ alio abundat. Quinimo, prout semina plantarum non in unoquoque solo proveniunt ; sed aliud sabulosum, aliud pingue, aliud humidum, aliud siccum, &c. requirit ; ita etiam semina insectorum indigere loco, ac nutrimento idoneo, ut vitam & incrementum obtineant. Siquidem semina insectorum forma adeo exilia, idcirco vix quiddam in rerum universitate in-

ve-

[3] Chap. 1.

[4] Artic. III. chap. 3.

veniri, in quod illa se insinuare non possint. Si calor modo, & materia alimentaria adfuèrint, dicta tunc nullo negotio excludi. Nec fortuitam admittit insectorum generationem, sed suam quibusque esse semen, quod singulis speciebus ad conservationem sui, Deum O. M. cum in rerum initio res omnes creasset, indidisse. Quid? postquam animo suo consideravit, constare insecta, quæ nusquam, nisi apud homines divertant, ut *folium*, ut pediculi prope inguina, &c. quæstionem de iis habet, utrum eorum semina sint in homine, an insimul cum homine, creata?

III. Profecto magna quæstio est, quam Cl. *Andry* in medium protulit. Nam si ita res se haberet, ut Vir celeberrimus conjectat, necesse est, ut alteruter e primis humani generis parentibus fuerit, si non ipsis insectis, saltem eorundem semine, præditus. Quod si ita res se habuit, conditio eorum non fuit ab exordio perfectissima, sicut omnes, qui sacra biblia venerantur, persuasissimam habent: quippe insecta, si in corpore humano insunt, præter naturam corpori insident, eidemque omnimodam important calamitatem; igitur, quod consequens est, & Religioni nostræ nequaquam congruit, status primorum parentum non fuit perfectissimus. Sed missam facio perdifficilem & perobscuram quæstionem, ne videar longius a proposito declinasse.

IV. Tamen totus Mundus, Paulino auctore, ⁶ verminosus: & vermes in tribus ita dictis regnis reperiantur ⁷: memorabo tantum species, quæ in corpore humano subinde sunt inventæ. Celeberrimus *Andry*, vermium, qui in homine nascuntur, duo genera posuit. In primo collocat, qui extra intestina in quibusvis corporis partibus: in altero eos, qui in interancis fuerunt generati. Prioris generis, secundum

[5] Chap. 2.

[6] Paragr. x. xvii. & lxxiii. de morte verminosa. In hoc libro auctor doctissimus quæstionem tractat, an mors naturalis plerumque sit substantia ver-

minosa? cujus quæstionis gratia e luculentis auctoribus plurima collegit exempla.

[7] Vide passim in dicta disquisitione; nec non D. *Andry*, chap. 3.

[8]

dum locum natalem, decem species enumerat, ut *encephalos*, *pulmonares*, *hepaticos*, *cardiacos*, *sanguineos*, *vesiculares*, *spermatikos*, *helcophagos*, *cutaneos*, & *umbilicales*. Posterioris numerat tres species, ut vermes longos & rotundos, breves & rotundos, dein planos. (a) *Encephalos* (quorum quatuor species tradit, ut (1) qui in cerebro sunt, & singulatim nominatione *encephalorum* nuncupantur, (2) *rinares*, (3) *auriculares*, (4) *dentarii*) capiti, vel parti, quam incolunt, inferre dolores acerbissimos, aliquando febrem ardentem, delirationem, imo interdum furorem. (β) *Pulmonares* efficere tussim, quandoque etiam ascendere in asperam arteriam, & compungendo istic loci partem, similem effectum producere, perinde ac id, quod forte in laryngem incidit, efficere solet. (γ) *Hepaticos* producere jecoris gravitatem, lancinantesque lateris dextri dolores: imo secundum aliquorum opinionem, caloris per universum corpus sensationem cum magna tristitia. (δ) *Cardiacos*, quorum alios in corde, alios in pericardio, efficere cordis dolores, palpitationes, syncope, &c. (ε) *Sanguinarios* una cum sanguine ad carnem adductos, istic locorum efficere furunculum, subinde corporis universi scabiem. (ζ) *Vesiculares*, intra renes generatos, & per vesicam exeuntes, conciere saepenumero retentionem urinæ, & in mingendo acerbissimos circa vesicæ collum dolores. (η) *Spermatikos*, partes, quibus insunt, quadantenus vellicare; exempta tamen hac differentia, ut illæ partes nullis doloribus torqueantur. Et, quia ex his fieri propagatio scabulis creditur, confici hac ratione putat, quanto aliquis fuerit potior corporis incolunitatem nactus, tanto & eundem dictis animalculis abundaturum. (θ) *Helcophagos*, quamvis ulcera rodant, & carnem corruptam modo comedant; tamen propter excrementa relicta parti sanæ corruptionem inducentes, eidem esse damno. (i) *Cuticularium* diversas esse species: præcipue tamen considerandos esse (1) crinones, ita dictos, quia, quando cutem exeunt, forma glomeribus pilorum quadantenus similes sunt; eosque inveniri in brachio,

B b b b

crure:

crure; præsertim vero in dorso infantium lactentium, ubi succum alimentarium consumentes, maciem corpori inducunt. (2) Acaros, quos sub cute repere, hancque sensim ac sensim rodendo excitare pruritus insignes, & tumores parvulos, sub quibus eos frequentissime delitescere. (3) Bubulos, ita nominatos, quoniam boves quandoque iis referti. Hos, acaris majores, sub cute serpentes, concitare pruriginem fere universalem. (4) Dracunculos, & (5) Ton. ^s (2) *Umbilicales*, in infantibus efficere maciem languoremque corporis, labra pallefcere, calorem naturalem diminui: ad summam, contingere universi corporis eversioem; præsentiam ejusmodi vermium non magis innotescere, quam gobionis fluviatilis supra umbilicum applicatione; quem, si illi modo adfuerint, ex parte exesum iri⁹. Posterioris generis vermium, qui utpote in intestinis insunt, esse tria genera, ut (1) rotundos & longos; quos aliquando in ventriculo, interdum in lactibus, inveniri. Hos varia mala corpori importare, ut nauscam, vomitionem, acidis oris halitus, tormina, diarrhœam, tenesnum, & alia sexcenta corporis cruciamenta. (2) Rotundos & breves, quos potissime in crassis intestinis inhabitare: illos esse anonymos; hos vero appellari ascarides, efficere pruritus in anu: quinimo ob ejusmodi intestini irritationem sæpenumero oboriri animi deliquia, syncopen, & sæpissime tenesnum. (3) Planos, quos vocari tænias, propter formam, quæ ipsis cum tæniola intercedit. Duas earum esse species. Quæ nec motionem, nec capiti simile aliquid, habent, eas singulariter nomine tæniarum nuncupari. Tæniam autumat, in gracilioribus intestinis produci primum; indidem autem se postea per cætera intestina explicare: alterius speciei tæniam appellat *Solium*. Equidem Naturam, ferunt, amare nihil solitarium: contrarium tamen comperimus in hoc verme, qui nunquam non

[8] Horum supra Dissertat. V. pag. 76. mentionem feci.

[9] Hæc e cap. III. artic. 1. & cap. IV. artic. 1. excerpti.

non solus in corpore, cui inest, invenitur. Hunc mobilem esse, ait, hunc capite rotundo, verrucæ non dissimile, præditum: hunc habere caput in pyloro, ac indidem nutrimentum capere; reliquam corpus vero per longitudinem intestinorum porrigere. Præter hos superesse quidem speciem vermium planorum, quos aliqui *cucurbitarios* nominant; verum hos D. *Andry* dicit; alios considerare, tanquam excrementa, alios, ut ovula *Solii* ¹⁰. Et, ut in summa dicam, Auctor multo celeberrimus curatione complurium ægrorum comprobavit, multos admodum in corpore humano oboriri affectus, quorum causa perperam, nescio, quot diversis rebus, cum tamen sæpius sit vermibus tribuenda. Compertum enim se habere, ait, enectis, seu eliminatis e corpore, vermibus homines ex morbis variis convalescere: cum antea ipsis omnifariam fuerit incassum Medicina adhibita. Sed de vermibus hæc hæctenus.

V. Quoniam vero induxi in animum recensere plerorumque medicorum dogmata hypothesesque, quæ ad ostendam Medicinæ Rationalis mutabilitatem facere videntur; non ingratum fore, existimavi, si hac dissertatione duorum in Medicina celeberrimorum virorum, D. de *Moor* puta & *Stablii*, placita commemoraverim. De illius præceptis institutisque Medicinæ primo, de hujus deinceps scribam.

VI. Cl. de *Moor* statuit corpus humanum esse machinam *hydraulico-pneumaticam*, e partium fluidarum & solidarum, apte inter se convenientium atque motarum mirabili constructione constantem ¹¹. Hujus machinæ *pneumono-hydraulicæ*: vitam, & actiones tantummodo a pressu sanguinis, & respiratione, pendere ¹². Vitam, defini-

[10] Hæc ex artic. 1. cap. 111. & artic. 2. cap. IV. contraxi.

[11] Ita institut. med. cap. 111. §. 30.

[12] Patholog. cerebr. cap. XIII. de morb. caduc. pag. 402. & pag. 397. scribit vitam, motum, calorem a pressu sanguinis & impetu spirituum animalium pendere. Et cap. VII. de caro. A sanguine ejusque pressu, scribit, vitam & vires humanas dependere corporales.

fnitione declarans, dicit, esse aliquid actuosum ex interiori principio. Principium autem istud intestinum esse nequicquam aliud, quam perennem sanguinis motum, circumactum, pressum ¹³. Imo omnes corporis humani acceptas functiones, quæ ac quantæ fuerint, dicit, huic principio, pressuræ puta sanguinis, esse referendas ¹⁴. Hujus efficiëntia admirabilis traduxit D. de Moor ad admirationem adeo, ut nihil supra. Quare raptus ejus amore, non dubitavit exclamare, o blandam, o scaturientem, o efficacem sanguinis pressuram ¹⁵! Hujusmodi sanguinis iteratis percussionibus pressum esse maximi momenti negotium ad vitæ conservationem, & operationes omnes absolvendas, imo intelligendas; ideoque statuit, eas debere medicis semper ante oculos versari. Ab hoc enim dependere nutritionem, accretionem, spirituum animalium secretionem, imo secretiones omnes, somnum, vigiliam, animi perturbationes, motum voluntarium ¹⁶.

VII. Licet Celeb. auctor non neget Harvæum sanguinis circuitum descripsisse; celeritatem tamen ejus insignem, & consequentias, quantæ ad eum satis sunt, censet, eundem non monumentis prodidisse. Et, quamquam recentiores celeritatem ex insigni pulsuum numero demonstrarint; finem tamen hujus circumactus eos non probe perspexisse; scilicet, *sanguinem maxima vi premi in arterias repletissimas*: unde functiones naturales plurimas, si non omnes, clarissime demonstrandas. Fatetur quidem harum fundamenta ante jacta, sed

[13] Vide oration. de method. docend. medic. pag. 12. & 15. Et institut. cap. iv. §. 6. scribit, quod *vita sit æstivitas ex interno principio, atque ea in motu partium fluidarum per tubulos appropriatos sese exerat.*

[14] Patholog. cerebr. cap. 1.

[15] Vel potius ita, ut propriam auctoris exclamationem in medium proferam. *O blandam, & amicam vitæ atque calori nostro nativo pressionem sanguinis!*

O scaturientem a primis vitæ incubabilis, ad extremum vitæ halitum fontem perennem! O efficacem iteratis pulsibus continuatam pressionem, a quo nutritio, vivificatio, motus voluntarius, robur, agilitas, corporis nostri pendunt! Significanter & ornate dictum, in memor. Orat. pag. 13.

[16] Institut. med. cap. xxv. §. 15. 16.

neminem, credit, rem, quamvis sit consequens circuitus, se excepto, verbis perspicuis illustrasse ¹⁷.

VIII. Quamquam Cl. Auctor in sanguine admittat duplicis generis motum, alterum intestinum, alterum progredientem: ¹⁸ posteriorem tamen curatius differit. Ut autem tradendæ pressuræ nobis aliquod cogitatum sit, gratia exempli profert decollatum hominem, ex cujus trunco nos contueri, ait, plerumque sanguinem subsaltim decurrere. Idem etiam accidere, siquis hominum & bestiarum venas incidit. Tale vehemens sanguinis profluvium, arbitratur, non posse ab ejus circuitu, aut motus celeritate deduci tantum. Confitetur quidem celeritatem posse effluentia subitanea, at non sanguinis in distantiam eruptionis, causam esse. Igitur, ut rem exemplis illustraret, fontes artificiales, antliaque hydraulicas, tanquam rei documenta, in medium profert. In his & similibus nos animadvertere, scribit, quanto lymphæ ex sublimioribus locis derivetur; quanto pressura in machinis fuerit major; tanto aquam vehementius, & sublimiter magis ex angustis canalibus, profulturam. Eadem quadrare, putat, in dictam sanguinis eruptionem, cujus causam esse cor, quod eum perprimat. In primis vero pressuram, quam efficit sinister cordis ventriculus, validiorem esse: indidemque calorem corporis naturalem primordia generis ducere. Præterea sanguinem, accedente aëre in pulmone, dilatari, atque in angustiora vasa propulsum comprimi admodum: adeoque consequi dictum premendi actum, quem in arteriis angustioribus esse ingentem. Neque vero oblivioni tradenda est cordis fabrica, quam fibrarum dispositione non parum ad contractionem validam conferre: promoveri autem hujusmodi sanguinis propulsum, & pressum ab ipsa arte.

[17] Cogitat de instaur. medic. libr. 1. pag. 1. 38. & 40. Et in citat. orat. *Mirum re vera, utilissimum hoc inventum, de circumactu sanguinis differit, adeo fuisse hætenus sterile, si modo sterile*

sic dicendum id, quod abortus non paucos, & opinionum peperit monstra.

[18] Patholog. cerebr. cap. 1. pag. 13.

arteriarum contractione ¹⁹. Arterias autem esse tubulos albi-
cantes, firmos, crassos, venis minus amplos, continuo mo-
tu dotatos, a corde originem ducentes, in extremitates ca-
pillares desinentes. Tunicam arteriarum inferiorem esse ad-
modam glabram & levem, ut sanguis quidem aliquod *e con-
figuratione* inveniret obstaculum, nullo modo autem in mo-
tu suo rapido impediretur. Renixum, vel *ressentiam* hanc
omnino esse notandam, quoniam ea se habeat instar librilis,
vel penduli in horologio, quæ si abesset, actum statim esset
de viribus deque vita nostra. Porro arteriæ tunicarum den-
sitate efficere, arbitratur, ut ea, quamvis sanguine vacua, suam
ferret rotunditatem, adeoque liquor e corde expulsus inveniat
vasa patula: tunicarum vero crassitiem impedire, quo minus
sanguis e corde validis & iteratis percussibus expulsus, arte-
riam nimium expandat, aut aneurisma producat. Pulmonis
arteriarum constructionem a reliquis maxime distate: eas e-
tenim similiter atque aorta a principio amplissimo originem
ducere, & protinus in extremitates minimas desinere. Et
hanc esse rationem, opinatur, quare Athmosphærae pondus,
omnino requiratur ad angustum sanguinis transitum adjuvan-
dum: ob hanc causam respirationem adeo necessariam esse,
ut ejus intermissio causa sit, ut homo statim intermoriatur:
hinc petendam explicationem angoris maximi, qui in febris
subinde oboriri solet, quique tum agrotis tum medicis
molestiam creat, cujus causam nonnulli vaporibus aliisque
causis fictis perperam adscribere solent ²⁰.

IX. Verum enimvero, utut antedicta se habeant, mihi
videtur Clarissimus Vir superiorum medicorum sagacitatem
eruditionemque oscitans hallucinatus fuisse, quum crediderit
eos non animadvertisse rationem eruptionis sanguinis in di-
stantiam: eam utpote fieri pressu contractioneve cordis, san-
guinem propellentis. Contrarium, arbitror, me posse nul-
nullo

[19] Vide cogit. de instaur. med. | [20] Institut. cap. VI. §. 2. 5. 6. 7. 8.
lib. I. pag. 48. 51. 66. & 69. | 17. 18. 19.

lo negotio facere planum auctoritate Harvæi ²¹, Wallæi ²², Borelli ²³, aliorumque ²⁴. Verum ne videar contradicendi studio-

[21] Qui sæpe hujusmodi sanguinis eruptionem observavit. v. g. in Exercit. Anatom. 1. ad Riol. pag. 14. Edit. in 12. *Et si quisquam vidarit, & cogitaverit, quanta difficultate & molimine, compressionem, ligaturis apparatusque multiplici cohibetur impetuofus profiliens sanguis, e rescissa vel disrupta minima arteriola, quantis viribus, (veluti si siphone ejaculetur) omnem apparatus projicit, propellit, aut pertransit, &c.* Et exercit. 1. pag. 55. scribit singulis cordis contractionibus sanguinem ejici: *quoniam in arteriosomia, si exilem partem orificii laxaveris, sanguinem singulis pulsibus subsultu ejaculari.* Pag. 60. dicit, cor ab auricula distendi, ultro autem contrahendo pristinam formam adipisci: pari modo arterias a corde dilatari, & ultro eas rursus subsidere. pag. 114. & seq. perspicue tradit modum, ut sanguinis circumactus fiat cordis impulsu, ac ita sanguis in omnes arteriarum fibras didatur, &c. Tandem Harvæus, ut probaret arteriarum distentum, & pulsuum, fieri a solo sanguinis impulsu, in medium. pag. 121. profert rescissam arteriam, in qua nihil dictorum adverti. *Et quemadmodum, scribit, cum aqua, vi & impulsu siphonis, per fistulas plumbeas in altum cogitur, singulas compressiones instrumenti, (per multa licet stadia distent) in ipso aquæ exeuntis fluxu, singulorum istum ordinem, principium, incrementum, finem, vehementiam observare & distinguere possumus: ita ex abscissa arteria orificio.*

[22] Is in libr. de motu chyli, præter motum sanguinis continuum & celerem, admittit quoque vehementem:

& sanguinem e corde in arterias pelli, dum cor constringitur; constringi contrahive autem id ipsum, si ejus ventriculorum fibræ secundum latitudinem undique distendantur: abbreviari eas tum juxta longitudinem, & causam esse, ut cavitas ventriculorum reddatur angustior; atque adeo sanguis, inibi contentus, in arterias expellatur. Vide etiam ejus Libellum de motu sanguinis.

[23] Qui principiis Mechanicorum nixus potentiores; quam antedicti, protulit probationes. Nempe libr. 11. de motu animal. propos. xl. ix. demonstrat ventriculorum cordis restrictionem fieri non posse a vi contractionis fibrarum ejus; neque cordis cavitates stringi, quia ventriculorum longitudines decurtenantur, sed quia eorum latera ad sese accedunt. vid. propos. 1. Pergit propos. 111. probare actionem propriam musculi cordis esse restrictionem ventriculorum ejus, & compressionem, & expressionem sanguinis in eis contenti instar preli factam: minime autem a contorsione fibrarum cordis spiralem; sed ab inflatione, & earundem tensione. Vide etiam propos. lxxi. in qua demonstrat vim, quam sanguis in ventriculis cordis contentus ab ejusdem compressione patitur, æqualem esse vi, qua idem sanguis ad instar emboli impellit sanguinem intra arterias. Item propos. lxxv. ubi probat causam, sanguinem extra arterias per earum orificia expellentem, esse compressionem, & restrictionem arteriarum a vi machinæ, qua contrahuntur fibræ vasorum & viceversa. Vide supra Dissertat. xxv. §. xxxiv.

[24]

studiosus, ea propter his supersedeo. Ut autem me in viam recipiam, indicabo utilitatem, efficientiamque, quas Cl. de Moor, sanguinis pressui adscribit.

X. Motum corporis voluntarium, qui fiat, multos, ait, anxie quævisse: cum tamen is clarissime demonstrari possit. Scilicet (1) nervos, esse instrumentum motus, & tanquam chordas, quæ ab influxu spirituum animalium tenduntur, considerandos. (2) Innumeras nervorum fibrillas per musculorum carnem, seu tubulos sanguineos, esse dispersas, eandemque caudam vel tendonem constituere: (3) ablegationem spirituum versus quosvis musculos, a voluntate nostra pendere, eandemque distensione fibrillarum nervorum, qua sanguinis motus retardatur, perfici. Hisce positis musculorum actionem hoc pacto declarat. *Quandoquidem, inquit, spiritus animales ad voluntatis nostræ nutum in fibrillas nerveas musculorum, motui voluntario inservientium, præcipue circa extremitatem influunt, ubi nerveæ fibræ copiosiores, necessario tubuli arteriosi expanduntur, sanguinæ in progressu suo impeditæ: atque adeo musculus contrahitur, & partem sibi annexam trahit, qui est ipsissimus motus voluntarius*²⁵. Sin vero sanguis ordinarium circuitum impetu quodam repetit, musculum, statuit, rursus flaccescere seu detumescere²⁶. Nec etiam heic loci omittenda est aëris inspiratio, quam sanguinis, dextro cordis ventriculo expulsi, motum vel magis, vel minus, impedire: sanguine interim venæ pulmonis, versus sinistrum cordis ventriculum properante, ac eadem vi, qua arteriarum sistitur, versus cor propulso. Hunc excipi statim, exceptumque expelli in arteriam magnam; inde sanguinis pressum, musculorum expansionem, atque vires majores oriri. Imo, quanto obstaculum, sanguinis motum progre-

[14] Ut Bellini, in tractat. de sang. mission. & Piscarnii in duabus dissertat. de circuitu sang. Non modo hi, verum & Borellus propol. xxxv. xxxvi. & ccl. memorat utilitates, quas hujusmodi

sanguinis circumactus corpori infert.

[25] Cogitat de instaur. medic. lib. 1. pag. 75.

[26] *Ibidem* libr. 111. pag. 346. vide etiam libr. 1. pag. 78. & 79.

[27]

progredientem impediens, majus: quanto pressura a tergo major fuerit; tanto etiam distensionem musculorum fore majorem ²⁷. Mirum dictu, quantopere ipsi hujusmodi motus muscularis explanatio placet. Nullam, asseverat, se hujus gratia habuisse hypothesein ²⁸: cum tamen tres ante memoratae positiones, ut mihi videntur, hypothetice ponantur.

XI. Licet spiritus animales sint motus requisitum & instrumenta, quatenus in musculos, motui destinato inservientes, influendo efficiunt, ut fibrae nervorum per universon musculum disseminatae, atque versus tendinem coeuntes tendantur; existimat tamen celeberr. auctor contractiones membrorum adeo efficaces continuatasque a blando spirituum per tubulos admodum exiguos influxu derivari solum non posse, sed requiri insuper liquorem longe efficaciorum, sanguinem utpote per vasa conica efficaci pressu & repetitis percussibus per universon corpus propulsam. Aliud enim esse expandere musculum & caudam vel tendonem versus caput adducere; aliud sanguinis motum progredientem aliquatenus cohibere: illud sanguinis, hoc spirituum animalium proprium officium ac munus esse.

XII. Siquidem vero spiritus animales proxime mentem afficiunt, atque proxime a voluntatis imperio determinantur, ratum habet Cl. de Moor eos non tantum sensus, sed & motus proximum esse instrumentum. Frivolam proinde eorum sententiam esse, qui contendunt extare partem aliquam solidam, sive ea glandula pinealis, sive alia qualiscunque sit, cui nomen *Sensorii* communis imponendum sit. Etenim spiritus anima-

[27] *Ibidem* pag. 360.

[28] Vel ut libr. I. pag. 76. scribit. Nihil hic suppono, non voco in auxilium non probata, non humores contrarios, non effervescentias, non pulverem pyrium, aut vim elasticam fictitiam, non motus explosivos, vel similia. Et post paulo. Dico simpliciter, a tensione nervorum fibrillarum sanguinem arteriosum impediri

in suo progressu, hinc extendi musculos. Ite jam Willisius, Borellus, & vos caeteri, qui per ambages, e principiis, seu Chemiae, seu Mechanices, motum musculorum incredibili meditatione ac studio suscitati estis. Celeb. de Moor illum facillime percipit, eum utpote a praepotente sanguinis pressura dependere tantum.

animales solos abunde isti sentiendi officinae satisfacere, atque hos utramque facere paginam ²⁹.

XIII. Somnum, putat, oriri a valido cerebri, ejusdemque membranarum, pressu: qua de causa sensuum externorum munia, nec non motum voluntarium, ad tempus retardari. Contribuere etiam decubitus aliquid ad somnum cuiuspiam inducendum: quia sanguinis via, versus cerebrum ardua, decumbendo redditur facilis, minusque acclivis; hanc ob causam pressuram, atque adeo in somnum majorem evenire propensionem. Calorem, undiquaque exciratum, sanguinem magis dilatando, eandem pressuram intendere. Itidem, si spiritus circa cerebri basin, nervorumque exortum, parum moveantur, orificia nervulorum facile tunc ab incumbente desuper pondere, & sanguinis arteriarum pressu, comprimi: quibus deinde externorum sensuum & motuum voluntariorum cessatio consequatur, necesse esse. Enimvero, quanto dicta pressura major, tanto etiam somnum profundiores futurum. In principio somni majorem inspirationem adesse, postmodum expirationem increbrescere: tum enim particulas subactas, per minima quæque vasa, facilius trajici. Ubi vero membranae & cerebrum, ratione sanguinis minus subacti, deprimi cessent, pressum validiorem postea circuitui aucto ferre suppetias; dum interea particulae, per cerebrum separandae, laevigantur, poliuntur, attenuantur. En causam, quocirca finito somno, tanta adest mentis sensuumque omnium alacritas ³⁰.

XV. A pressu sanguinis, censet, dependere quoque intestinorum, & fibrarum motui destinatarum, motum peristalticum: nec non variorum excrementorum sejunctionem. Exempli gratia proponit renes, e quibus, cadavere exemptis, & in frusta dissectis, facili negotio, carunculas papillares

[29] Institut. cap. XIX. §. 14. 15. 17. *enim assumimus, nisi, quod e vasorum*
 [30] Cogit. de instit. med. pag. 84. 85. *constructione, & phanomenis diligenter*
 §7. 365. & 366. scribit. *Atque haec sunt, expensis clarissime sequi arbitramur. Vi-*
que de somno moderato dicenda habuimus, de etiam ejus Patholog. cerebr. cap.
perspicua, uti opinor, & verissima. Nihil VII. pag. 423;

valide premendo, urinam satis copiosam exprimi; sine pressura autem nihil proditurum. Ex hoc apparere, colligit, pressum etiam in vivente requiri, ut urina versus pelvim, & ureteres, amandetur. Quemadmodum urinæ; pariliter se habere secretiones omnis generis humorum, sive in glandulis, sive in aliis quibusvis corporis partibus, peractas. Harum omnium solam validamque sanguinis arteriarum pressuram esse unicum auctorem. Quæ cum ita sint, ratum habet doctrinam hujusmodi oportere nimis inculcari ³¹. Quid? quod in libro, in quo morbos capitis omni cogitatione pertractat, pressum sanguinis seu intensum seu imminutum potissimum morborum causam statuit, v. g. comatis vigiliis causam dicit, esse nimium sanguinis pressum, cum ejusdem particularum motu intestino rapido, & febrili vasorum distensione, per meninges & cerebrum, disperforum. Comatis somnolenti tres præcipue causas esse, repletionem, sanguinem exteriorem cerebri corticem prementem, & spirituum animalium torporem ³². Et, ut brevis sim, præter decantatum istum sanguinis pressum, mihi videtur, nihil novi ab Auctore allatum.

XV. Pergam porro Celeberrimi in arte medica *Stahl*i dogmata, quæ me hoc capite traditurum, supra §. v. pollicitus sum, persequar. Is præcipua Medicinæ tum docendæ tum discendæ fundamenta posuit in corporis humani, quatenus vivum est, historica cognitione: & in ejusdem adhuc vitalis ad res externas & adventitias habitudine. Ex horum etenim recte & prudenter instituta investigatione & comparatione, Theoriam; ex moderatione vero & restituenda rerum, quæ præter naturam sunt, ad naturalem statum directione, Praxin Medicam unice pendere ³³. Alibi duo jecit Theoriæ Medicæ fundamenta, quæ longe omnium firmissima, sensu: innotuntur autem hæc consideratione corporis, quatenus id

mixtum

[31] Ita part. III. pag. 346. & part. I. pag. 92. 96. } rebr.
 [32] Vide cap. VII. Patholog. cc- }
 [33] Opusc. chymic. phys. medic. programmate, quod exstat pag. 50.
 Cccc 2 [34]

mixtum & vivum est ³⁴. In mixtione corporis duo considerat, (1) materiam videlicet, subtilem terram, pinguedinem, & aquam, e quibus illud coagmentatum, & (2) finem, quem in hoc positum esse, ut corporis constitutio, propter movendi sentiendique actus, quos exercere oportet, sit flexilis, tenax, minimeque fragilis ³⁵. Vitam quod attinet, dicit, esse conservationem corporis, ejusdemque mixtionis ab omni corruptione, cui alias id respectu materiae obnoxium est ³⁶. Corpus humanum autem si quis secum considerat

[34] Disputat. de fundam. Theor. med. cap. 111. & Theor. medic. pag. 185. 194. & seq. disputat. de vita cap. 11.

[35] Theor. Medic. pag. 95. & seq.

[36] Ibidem pag. 76. 194. & seq. & 561. Disput. de febr. Therap. Sect. 11. scribit. *Vita formaliter nihil aliud est, nisi conservatio corporis, & singularum ejus partium, adversus corruptionem illam mixtionis suae, cui tota materiali sua constitutione absolute exposita sunt. Et in disput. de vita. cap. v. Vita est conservatio mixtionis praecipue corporis a principio, corpori inhabitante, non manifesto corporeo, per actum aiam in se incorporeum, nempe motum in genere, secretionem vero & excretionem in specie. In disput. de mechanis. mot. progr. sang. §. 17. dicit vitam, si generatim consideretur, esse conservationem mixtionis ad corruptelam maxime pronam: si speciatim esse conservationem mixtionis, valde corruptibilis seu dissolubilis, sine ullo materiali concursu, aut mixtionis ulla alteratione, in ordine ad potentiam corruptionis, sed tantum ad actum. Et paulo post magis singularem tradit descriptionem, ut: Vita est conservatio mixtionis, inter media corruptionis organa, sine ullo tamen materiali concursu,*

aut mixtionis alteratione in potentia corruptionis, a causa seu principio, quod corpori intrinsicum existit, proficiens. Vitam, philosophatur, consistere subjective in partibus, quae praeter aliis magis corruptioni obnoxiae sunt: objective vitam versari circa habitum partium summe corruptibilium. Instrumentalem vitae causam, nihil aliud esse, quam actum quendam mechanicum, quo tota illa efficacia conservativa, simpliciter & directe mechanice absolvatur; imo esse motum, quo illa heterogenea, quae ab indole corporis non solum aliena sunt, sed etiam quae periculum illi minantur, perpetuis successibus, e corpore eliminantur, ut ne corpori adversarium effectum inferre valeant. Formaliter vitam esse conservationem corporis ratione mixtionis quidem corruptibilis: citra tamen illiusmodi corruptionis actualem eventum. Finaliter necessariam esse, ut corruptioni corporis resistat, ut nutritio, &c. actus ad conservandam vitam necessarii, fiant efficienter per nudum actum mechanicum, in se formaliter incorporeum seu immaterialem, nempe motum; & quidem specialissime, amotionem perpetuam alienorum a bonis atque sinceris: quo ipso actu hac ab istis ita expurgata, in propria sui

sideraverit diligenter, apparere ex hoc, ait, id ad nihil aliud aptum, quam ut id animæ, sicuti instrumentum quoddam, inserviat. Ut autem id iussa animæ patrare possit, necesse ipsi esse habere omnis generis organa, tam solida quam fluida; præsertim vero flexibilia sint, necesse esse, ut non modo motus *crassiores*, seu vehementiores: verum etiam quoscunque sentiendi actus, perficere valeant. Flexilia vero ea esse, quia temperiem mucido pinguem nacta sunt: & hanc esse causam, quapropter corpus fragilitati & putredini obnoxium sit; ob mixturam nempe aquæ & pinguedinis, nullum durabile consortium servantium³⁷. Quandoquidem dicta organa non solum, sed etiam ipse sanguis ad corruptelam maxime proclivis sit: ideoque cuncta conservationem sui, sine qua vita degi non potest, requirere³⁸. Hanc partium conservationem in qua, ut modo memoravi, naturam vitæ posuit, fieri absolute motu: quem re vera esse rem incorpoream, corpori adjunctam, *generice* ejusdem indolis habitudinisque, qualis ipsa anima est³⁹. Quid? singulos corporis actus, generatim consideratos, nequicquam aliud, quam unum actum, seu motum, esse. Eadem ratio est, si speciatim considerentur, apparere tunc, omnes, ne sensationibus quidem demptis, esse motuum species, vel motus omnifariam directos⁴⁰.

XVI.

integritate ita perenniter, conserventur. Vide Theor. Medic. pag. 119. 125. 561. 663. item Disput. de temperam. cap. v. Et paulo ante citata Disp. de febr. Therap. dicit subjectum vitæ esse omnes & singulas partes corporis: objectum autem ejus quasi *materiale*, hanc ipsarum *corruptibilitatem*: *formale* vero hujus objecti, *corruptibilitatis* hujus *expugnacionem*, adeoque corporis adversus illam *preservationem*; instrumentum huic scopo inserviens *remotius* & *generalius* motum humorum *progressivum*; *specialissimum* vero, ultimas illas hujus motus *productiones*, secretiones & excretio-

nes rerum corruptentium & corruptarum: quarum perpetua subtractione, reliqua incorrupta & integra manere. Has descriptiones, & distinctiones in medium eo attuli, quia Celeb. Stahl putat, vitalitatem corporis plerisque e medicis esse incognitam.

[37] Theor. medic. pag. 33. 42. 43. 101. 268. Disput. de fund. theor. Med. cap. III.

[38] *Ibidem*. pag. 131. 271. 254. & 561.

[39] *Ibidem*. pag. 569.

[40] Vide. pag. 43. 119. & 561.

XVI. In numero actionum, quas vulgo vitales appellant, quia ad corporis conservationem adminiculantur, ponit duplicis generis actus vel motus: altero ea, quæ corpori adversaria sunt, removeri: altero ea, quæ quoquo pacto fuerit abacta, vel rejecta, istis partibus admoveri. Hujus generis est nutritio, quam nequicquam aliud esse, quam corpusculorum recentium, Lymphæ scilicet, in locum eorum, quæ decesserunt, applicationem, admotionem, receptionem ⁴¹: illius generis sunt secretio & excretio, quas etiam vitæ instrumenta appellat: quoniam harum ope omne, quicquid corpori quoquo modo noxiam inferre potest, non modo e partibus, quibus inhæret, sed ex universo corpore, emovetur ⁴². Licet pleraque, quæ e corpore excernuntur vel educuntur, secretionis beneficio fiant: secernuntur tamen quædam, ut Lympha, saliva, &c. quibus ad corpus, pro inserviendis variis commodis, opus est, ut intrinsecus apud se, corpus puta, maneant ⁴³. Quantum vero ad negotium secretionum & excretionum attinet, putat, id potius in materiæ movendæ proportione, quam in ulla organorum necessitate, consistere ⁴⁴. Hac ratione ductus, nauci habet opinionum commenta, quæ quibusdam Mechanicis sunt de mira incredibilique, tam secernentis vasis, quam secernendæ partis, forma, figura, constructioneque. His certiore esse effica-

[41] Vide. Theoriæ Medicæ veræ. pag. 564. 563. 474. & 484. dicit *assimilationem nutritoriam* nihil aliud esse, nisi corpusculorum, cujuslibet partis consistentiæ convenientium, e lymphæ liquamine, a reliquis diversæ indolis, semotionem (dum illa locum ubi appositio fieri debet, præterlabitur) particularum harum ad loca, in quæ imponi, ibique in posterum immanere debent, admotionem, seu per motum immisionem, atque ita collocationem: sed hoc ipsum absolute, numero simpliciter conveniente; non quan-

tum materiæ occurrit, sed quantum e-
jus de die in diem, imo de anno in an-
num, per totos ætatum circuitus, in
proportione perpetua, apponi congruit.
In primis vero negotium nutritionis in-
servire, ut partes solidæ decentem nan-
ciscantur formaturam: deinde ut san-
guis, perpetuis in dies agitationibus fa-
tiscens, restauretur, Disp. de fundam.
Theor. Med. cap. III.

[42] Disput. de febr. Therap. in Gen.
Sect. II.

[43] Theor. Medic. pag. 444.

[44] *Ibidem.* pag. 571.

efficaciam meatuum, sola magnitudine differentium, quorum alios tenuiora, alios spissiora tantum, fecernere; & id colando quasi per omnis generis vasa perfici, simplicissima utpote Mechanicæ proportionem; dum organa, secretioni destinata, id ex humoribus spissioribus, se pertranseuntibus, retinent, quod tenue, quodque cum forma sua maxime congruit⁴⁵. Ideo autem tale vitæ conservandæ ergo esse removendum, quia, propter tenuitatem agilitatemque nimiam, periculum aliquod corpori minatur. Proinde particulas acres *salino-sulphureas*, ac tenues, fecerni in renibus, ac amandari ad vesicam: ejusdemmodi moleculas item in hepate separari transmittique vesicæ bilis: nec non per poros cutis, atque inde proxime extra corpus pelli: subtiles, *aquoso-vaporesas*, *halituosas*, *spumidas*, maxime per ipsam cutem forma sudoris, udoris, halitus, vaporis se jungi; *mucido viscidas*, lentas tenuesque per intestina cum excrementis alvi, per *mucositatem* narium, oris; & paulo *inordinatius* per fauces, & ipsos pulmones screando vel tussiendo, &c. excerni⁴⁶.

XVII. Has enumeratas actiones, quomodocunque fuerint, censet, peragi præcipue partium solidarum motu, quem duplicis generis esse: alterum intrinsecus ordiri, & terminari forinsecus, quaquaversum, æqualiter, & generaliter pulsu cordis, & quadantenus respiratione: alterum a foris introrsum, quaquaversum singulariter, & inæquabiliter motu partium *tonico*, perfici: cujus ope partes modo relaxari, ut plus humorum, pulsu appulso, in ipsas penetraret; modo constringi, ut postea inordinate impulsæ, inde exprimerentur, ac retrorsum in vasa compellatur⁴⁷.

XVIII. Non modo in solidis, sed etiam in fluidis, ut sanguine, lymphæ & fero⁴⁸, esse motum quendam, quem communiter circumeuntem, progredientem, vel *progressivum*, vocant

[45] *Ibidem*. pag. 327. & 123. & Disput. de Autocr. cap. 1.

[46] *Ibidem*. pag. 124. & Disput. de Autocrat. natur. cap. 1. & disp. de fundam. Theor. med. cap. III. disp. de

temper. Phys. &c. cap. VIII.

[47] Disput. de Autocr. natur. in Procem.

[48] Disp. de temper. Physiol. Phys. cap. VIII.

vocant ⁴⁹. Præsertim vero sanguinis motum progredientem fieri duplici impulsu; altero intestino, cordis videlicet contractione: altero externo, distentu utpote partium solidarum mollium ⁵⁰; præcipue vero musculorum. Hos autem distentos esse, confici duabus rationibus, (1) e musculo transversim dissecto, cujus labia, vel fibras de se mutuo discedere illico, resilireque; quod non fieri posse, insit, nisi fibræ ejus essent extensæ: (2) ex humero, femore, &c. luxatis, ad quæ reponenda ideo valida distensione opus est, quoniam muscoli, ossè e loco excidente, non adeo secundum longitudinem expansi, ut alias solent, sed retrahendo fibras breviores facti sunt ⁵¹.

XIX. Cæterum, sanguinem, qui pulsu ad partes per arterias propellitur, statuit, non transire proxime ab arteriis capillaceis ad venas capillaceas, ratione fictæ alicujus *anastomoseos* ⁵²: sed ex arteriis exilissimis in *porosam* partium substantiam exprimi; ex hac vero rursus in venas, interveniente partium solidarum molliorum distensione, imprimi. Enimvero hujusmodi partium distentum, quem nomine motus *tonici* nuncupat, moderari sanguinis *porosas* per partes progressivi, ut is, aut copiose admittatur, aut minus; & id quidem non generaliter modo, verum etiam singulariter: dum quævis corporis particula subinde, facta ejus aut contractione, aut laxitate, plus vel minus sanguinis expellit vel admittit ⁵³, adeoque omnimodam humorum secretionem efficit; quam, secundum dictam partis distensionem, multimodis constitutam, subito aut tarde, copiose aut parce, perfici. Namque a tono partium remisso copiose sanguinem in poros exteriorum partium admitti: ab adstricto autem a-

bun-

[49] Disput. de Natur. errorib. Sect. I.
[50] Posit. de Mechanism. motus sang. §. 2.
[51] Posit. de æstu mar. microcosm. §. 1.

[52] Theor. medic. ver. pag. 296.
[53] Posit. de mechanism. mot. sang. §. 3. 5. 8. 9. de æst. maris microc. §. 1. Theor. Medic. ver. pag. 196. 575. & seq.

[54]

bundanter ad interiora reprimi ⁵⁴. Hujusmodi mollium mobiliumque corporis partium motu *tonico* menstruale foeminarum profluvium, non ex ipso utero, materia spissa, densa ac dura praedito; sed ex vasis, quae a vena *haemorrhoidali* in cervicem, atque collum uteri porriguntur, expelli. Cessare autem hocce profluvium, quia concipiendi facultas, vel intentio deficit. Concipiendi actum vero desinere, quoniam proprii corporis struendi ulterior vegeta intentio & virtus cessant ⁵⁵. Caetera tonum istiusmodi diversimode variari non modo sensibilem, ut caloris, frigoris, siccitatis, &c. ratione; verum etiam ratione pathematum animi, unde ejus nimiam laxitatem aut distensionem; & quae consequuntur, nimiam aut modicam secerndorum secretionem, & excretionem, exoriri ⁵⁶. Praeterea differentiam ponit in *tonico*, *spastico*, & *convulsivo* motu, hosque differre inter se specie. Illum esse secundum naturam, & partibus solidis, exceptis cartilagineis & ossibus, familiarem, lenem, *successivum*, & a nemine hactenus observatum: istum esse motus tonici repentinam *exacerbationem*, *contractoriam*, singularem, in quibusdam musculis exortam: hunc tandem esse motus tonici completi, nempe *contractorii* & *relaxatorii exacerbationem*, in musculis factam. Ex dictis apparet, spasmum & *convulsionem* esse praeter naturam, & motus tonici, qui naturae congruens est, excandescantias ⁵⁷.

XX. Utilitates varias, quare sanguinis circumactus fiat, in medium profert Cl. *Stablius*. Nempe (1) sanguinem hoc violento per dictas partes perenni pressu attenuari, ac in fluore contineri; quod si non debite perprimatur, eundem tunc facili negotio lentorem nancisci. (2) Hoc actu partes, nutritivae destinatas, ubi iis opus est, impelli: (3) secretaiones humorum utilium, & inutilium excretiones fieri: (4) fan-

[54] Vide pos. de aest. mar. microc. §. 2. 3. de Mechan. mot. sang. §. 10. & Theor. Med. pag. 217.	[56] Posit. de aest. maris microcosim. §. 4. & 5.
[55] Theor. medic. pag. 391. & 355.	[57] Disp. de Mechanism. mot. sang. §. 11.

fanguinem quo vehementius per partes, & majori nisu exprimatur, eo magis incalescere; in primis vero fanguinem nusquam magis, quam dum pulmones pertransit, ab actu respirandi calefieri, citra opem alicujus ætheris se istis loci ipsi admiscens: ingredi autem fanguinem pulmonum vasa, quando aërem inspiramus⁵⁸. (§) Sanguinem ob jugem istiusmodi motionem mutari, attenuari, resolvique in materiam, inutilem ac nocivam, serum dictam. Hoc serum maxima ex parte constare aqua, cui paucas, agillimas tamen, admixtas esse particulas *orgasticas*, *halitusosas*, ad fermentandum pronas, *salinas*, *mucilaginosas* & *oleaginas*⁵⁹. Sin vero dictus sanguinis circuitus præpostere, vel perperam procedat, tunc non modo secretiones & excretiones, præcipuas vitalitatis conservatrices, male se habere; verum etiam ipsum fanguinem, ob tarditatem circumactus, coagulari, deinde perfacile putrescere: & sic omnimodam corruptionem contrahere⁶⁰; Quomocunque inde aliquis effectus in corpore obortus fuerit, motum, qui ei succedit, non fieri a materiæ pervertitate; sed propter illam vel eliminandam, vel ad statum naturæ conformem redigendam⁶¹.

XXI. Tametsi plerique eorum, qui Medicinam Rationalem profitentur, spiritus pro auctoribus cunctarum motionum, quæ in corpore fiunt, habeant; videtur tamen mihi Vir clarissimus, quantum e lectione ejus scriptorum, in lucem editorum, profeci, hæere in doctrina spirituum. Quid? quod sensit, motus quolibet corporis vitales re vera ab ipsa anima administrari. Corpus vero propter animam rationalem subsistere: quia id nemini, nisi dictæ animæ solum, aliquod commodum afferre potest. Ideoque

[58] Theor. medic. pag. 407. & seq. [60] Theor. medic. ver. pag. 271.
 [59] Theor. medic. 149. 286. 288. 609. 631. 1286. Posit. de Mechanism.
 217. 284. 291. Posit. de mechanism. &c. §. 16. & seq.
 mot. &c. §. 12. 13. 14. 19. de æit. mar. [61] Ibidem pag. 208.
 microcoim. §. 1.

deoque animam rationalem non modo re ipsa tali corpori inesse; verum per istud agere, sentiendo: in istud vero agere, motus *locales* producendo. Et, quod ad animæ naturam spectat, monumentis prodidit, eam *generalissime* esse aliquid activum: generaliter, aliquid movens. & *specialissime* aliquid intelligens. Ad summam, acceptos actus vitales ratiocinandi, sentiendi (quem potius *active*, quam *passive* contingere⁶², & actum e loco movendi, animæ cogitanti & rationali corpus referat tantum, necesse esse⁶³. Eam ipsam enim omnium, quæ in corpore fiunt, reatricem esse; peragereque singula solo motu, secundum incorporeas circumstantias: nempe secundum gradum, tempus, loci directionem, organique electionem: &, ut strictim sententiam suam dicat, juxta proportionem reciprocam instrumentorum, ad obtinendum certum effectum, exquisitissime administratam⁶⁴. Tantum abest, ut corpus humanum ratione imaginarii *Mechanismi*, aut ætheris, aut gravitatis & levitatis partium, aut *fermentescentiæ* &c. continuo moveatur, ut potius intestinum quoddam principium actuosum sit, quod ad arbitrarium pleraque omnia, quæ corpori vivo usu veniunt, prudentia sua gubernet & moderetur⁶⁵.

XXII.

[62] *Ibidem* pag. 524. 533. & seq.

[63] *Ibidem* pag. 567. 153. 491. 35. 32. & disput. de Autocrat. in præf. & disput. de abort. &c. p. 18.

[64] Disputat. de fundam. Theor. medic. pag. 27. Et in Negotio otioso. pag. 125. hæc scribit. *Est autem, quod ego cum tota schola Medicorum physiologorum animæ tribuam energiam motus conservationi æque atque usui reliquo universo, corporis sui convenientes active agitandi; seu corpus suum tam vitalibus quam animalibus motibus insirvendi & exercendi.*

[65] Opusc. chym. physico-medic. pag. 61. 57. *Omnes agnoscunt*, scribit,

quod tale activum, & effectivum, gubernans, dirigens, regens, principium in corpore vivo præsto sit, tam in statu sano, quam concusso agens, vigilans, propugnans, quod complures Medici Naturam vocarunt. In hujus ditione ac potestate neutiquam esse materiam ipsam, ejusdemque efficientiam, sed illam habere potestatem solam materiam movendi, eque loco emovendi. Ita theor. med. ver. Patholog. sect. iv. membr. 111. pag. 649. Hinc D. Alberti Nob. Stahlîi: e&tor introduct. in univ. med. cap. 1. §. 1. Naturam definivit, quod sit principium reale, incorporatum, corpori mechanica dispositione prædito inexistens,

Dddd 2

XXII. Verum tamen, utut dicta fuerint, animam, statuit, se subinde ad corporis temperamentum accommodare. Temperamentum vero, censet, esse legitimam partium corporis solidarum, & fluidarum inter se mutuam proportionem; quarumque debitus motus, purgatio & conservatio per secretionem & excretionem in fluidis; & debita flexibilitas in solidis conservatur. Differentiam quatuor temperamentorum non sitam esse, putat, in diversitate mixtionis sanguinis: quippe is qua quantitate qua qualitate in singulis plerumque uniusmodi est; sed differentiam eorum consistere in hoc, asserit, ut partes solidæ respectu humorum majoribus aut minoribus poris sint refertæ; atque adeo adeptæ aut laxitatem, aut densitatem. Hinc evenire, ut in temperamento, seu sanguineo, seu pituitoso, non tanta humorum quantitas in vasis, dum partes solidæ, ut dixi, ob meatuum magnitudinem notabili portione refertæ sunt, reperiatur, quanta alias in bilioso, &c.: ubi apud partes, ob meatuum angustiam, humores in copia diverti nesciunt⁶⁶. Qualiscunque corporis conditio fuerit, animam illum typum, quem primæ ac jugiter peragendæ vitalium actionum principi, motui humorum videlicet per meatus certæ proportionis, adhibet, servare: eidemque parere consuescere in tantum, ut illum plerisque omnibus actionibus quoque adhibeat; inde huic motuum typo respondere etiam motum, seu intentionis, ac proportionis omnium actionum, typum⁶⁷. Animus Viri Doctissimi utique præsentiebat aliquos futuros, qui rationes huiusmodi, quasi vero penitus abstrusæ essent, reprehensuri, judicaturique sint istiusmodi philosophandi viam metaphysico potius, quam medico, convenire; sed adversus hos dogmatum

sens, idque motibus, tanquam incorporeo medio, rationabiliter instruens, & organica ratione conservans, præservans, & a periculis vitæ & sanitatis educens.
[66] Dissert. de temperam. physiol. phys. &c. cap. III. & theor. medic.

ver. pag. 227.

[67] Vide theor. medic. ver. pag. 308. & seq. item pag. 656. si plura, quæ ad naturam animæ spectant, desiderantur: habentur hæc dissert. de febr. pathol. in genere. §. 1.

[68]

tum suorum exagitatores excusatione utitur ⁶⁸.

XXIII. Sed satis de iis, quæ ad Physiologiam spectant, scripsi: reliquum est, ut quædam, quæ ad morborum naturam expositionemque causarum pertinent, attingam. Hominem equidem ipsis brutis animalibus crebrius ægrotare, unicuique nostrum notum, scribit Cel. Stahlus: accidere autem id non ratione mixtionis *materialis*, nedum peculiaris membraturæ, verum ratione animæ, cujus perturbaciones non solum vitales motus protinus alterare; sed etiam illorum ordinem, atque legitimum progressum, & decursum, novas ideas immutare, efficereque, ut per plura insolita periculosaque morborum genera exoriantur, quibus bestia potissime soluta & libera sunt ⁶⁹. Dictis addatis perverfos animi mores, errores, &c. in victu, &c. quos singulos esse aptos ad omnis generis corporis affectus producendos, ac ejus constitutionem omnifariam perturbandam ⁷⁰. Hoc ipsi maximam admirationem movet, quod homo, etiam si ejus corpus ratione omnimodæ materiæ, invicem mixtæ, corruptioni seu putredini promptissime obnoxium; tamen infrequentibus ac paucis morbis corripiatur ⁷¹. Et, quod insuper consideratione dignum

[68] Hujus gratia vide disput. de febr. patholog. in genere pag. 11. & 12. ubi inter alia hæc habet. „ Qui dicerunt quid sit propter finem agere, & sciunt, quod necesse sit, qui vult finem, velle media: in nostro vero negotio corporeo, non uti timetur metaphyfico, intelligant absolutam, & physicam: pro ipsâ etiam anima inquam, physicam, non metaphyficam, illius finis necessitatem; & quidem non qua finis metaphysici, sed non servationis corporis pro usu animæ. Illis non opus est responsionem hic suppeditare, & ita opere inculcare, quod in periculo œconomis humanæ capitali: & ne-

cessitate hujus generis agendi, non contra Logicam, aut Metaphysicam; sed contra *λογος* sit, libertatem agere volendi ab illo agente expectare, eo ipso, quia rationale est. Plura non modo in hac disputatione, sed passim in scriptis editis occurrunt.

[69] Vide Disp. de freq. morb. præ brutis. 27. 28. & 64.

[70] Theor. medic. ver. pag. 227.

[71] Ibidem pag. 71. 194. 222. 562. 612. Disput. de fundam. Theor. Medicin. cap. 1v. & disput. de infrequentia morb. personal. §. 1. 2. & 6. Cæterum, ut planum fiat, quid auctor hoc paradoxo significare conatur, tradam, quæ habet disp. de fundam. &c. loco citato.

Dddd 3 *Quam*

dignum est, quod rarissime corpori humano tales ægritudines obtingant, quæ ab externis, & quidem violentioribus, causis, producuntur. Etenim morbos plerosque omnes, statuit, minime respectu vitiatæ mixtionis & structuræ læsæ; sed in primis ratione motus, se vitiose habentis, oboriri ⁷². Imo motuum in corpore humano læsionem, inæqualitatem, & perversitatem magis pollere ad morbos quosvis progignendos, quam ullam humorum intemperiem. Ex quibus, ita concessis, confici, verum *generalissimumque* ægritudinis subiectum esse perturbatam ideam regiminis ipsius œconomix animalis ⁷³. Et, quantum ad ipsius morbi naturam attinet, credit, morbum esse actum, ab ipsa Natura, materiam perniciosam expugnandi gratia, susceptum: ideoque ad conservationem vitæ necessarium ⁷⁴. Distinguendum autem esse in unoquoque affectu *passivum* ab activo. Scilicet cujusmodi damnosum actionibus propter partium corporis vitium accidat: & quale insolitum respectu constitutionis, sub variis morbidis occasionibus, circa actiones varias, in primis vitales, eveniat ⁷⁵. Porro animadversione Medici dignum esse, quod in singulares ætates, temperamenta, tempora anni: imo in sexum fœmininum potius, quam in virilem, singulares morbi ingruant ⁷⁶.

XXIV.

Quamvis etiam corpus humanum, sed in diversis individuis ingenti numero læsionum, e potentia in actum deductarum, diversis temporibus & locis infestetur; quod nihilominus ille corruptiones, quibus corpus materialiter directe simplicissime expositum est, adeo in immensum rarissime ipso actu corripitur, ut ejus rei exemplum, ad incredibilem usque raritatem raro eveniat. v. g. si consideremus mille homines, quorum quilibet quinquaginta circiter annos vixerit, & tamen nemo illorum unquam vera & nuda putrefactione seu sphacelo laboraverit; verissime dicimus, quod sphacelus in quin-

quagies mille annis, non obtigerit, &c. & ita de tot myriadibus hominum, & secundum illorum intuitum, vix numeralibus myriadibus annorum. Item theoriae ver. pag. 613.

[72] Disputat. de infreq. morbor. person. §. 3. & 5.

[73] Theor. Medic. ver. 198. 601. & 602.

[74] *Ibidem*. pag. 47. 616. 619. 627. & seq.

[75] *Ibidem*. pag. 622. & seq.

[76] *Ibidem*. pag. 222. 656. 662. & 600. Disputat. de morbor. ætat. fundam.

[77]

XXIV. Morborum caussarum, Clarissimus Vir, tria genera statuit, ut *Plethoram*, *Cacoehymiam*, & *Rheumatismum*, vel motum ⁷⁷. Multitudinem sanguinis, etsi laudabilis, liberum sanguinis ejusdem progressum non modo varie alterare; verum etiam eandem ratione ponderis, & molis, cum capacitate spatii comparatam, ipsi motus actioni plurimum negotii faceffere: atque id in primis, quia abundantia sanguinis mox qualitatem lædit, dum sanguis ob liberum progressum deinceps spissescat ⁷⁸. Rheumatismum esse motum humorum ad peculiaria loca tendentem ⁷⁹. Ex hisce generalibus oriri deinde singulares morborum causas, ut restagnationes, statjones, corruptiones: & motus, ad hæc omnia partim præoccupanda partim expugnanda apti, defectum ⁸⁰. Quid? quod sensit, plures morbos ratione motus, quam ratione corruptelæ, mixtionis, & structuræ partium, hominem corripere ⁸¹. Et hæc est causa, quare complurium admodum motus specierum passim in scriptis, hætenus in lucem editis, mentionem facit ⁸². Præter dictas admittit etiam causas, a Medicis non naturales appellatas, & violentas, & similes a foris in corpus ingruentes, partium quarumlibet rû-

[77] Theor. Med. ver. 815. 973. & 673.

[78] *Ibidem*. pag. 638. 644. & 646.

[79] Vel Rheumatismum esse sanguinis congestionem, qua ille ad propria corporis loca altringitur ita, ut ibidem stagnans omnigenas sensationes molestas proferat: præsertim vero oboriri tensionem, gravitatem, *pressionem*: postmodum sub qualicunque *repressionem*, seu *contentione* motus corporis, aut fortioris contactus, sensum acutiorem talem, qualem a contusione plerumque perferimus: quin etiam materialem distensionem, mobilem calorem, quodam modo *inflammatorium*, & ardorem velut acrem. *Ibidem*. pag. 819.

[80] *Ibidem*. pag. 673.

[81] Vid. Disput. de infreq. morb. personal. §. 5.

[82] Ut Disput. de Autocratia Naturæ cap. 111. in memorat motum active *congestorium*, *eluctatorium* ad excretionem & expressionem spectantem; commemorat motus *arthriticos*, *hemicranicos*, *hypochondriacos*, *ischiadicos*, *varicosos*, *erisipelatodes*, *podagricos*. Et in Disput. de motu sang. hæmorrhoidal. cap. viii. memorat motus *cardiales*, *suffocativos*, *flatulentos*, *colicos*, *alvi adstrictorios*, ac *rigidos*. cap. ix. habet motus *spasmodicos* tam *pressorios*, completos. quam *vibratorios*, *tractorios*, *palporios*, *incompletos*.

[83]

ruptionem, & texturam lædentes ⁸³. His adde habitudines corporis, ut consuetudines, & affectus hæreditarios. Consuetudinem, dicit esse habilitatem, vel celeritatem singularem, ad varias actiones tam suscipiendas, quam decenter exercendas. Si quid huic contrarium in corpore contingat, id aptum tunc esse alicujus morbi productioni ⁸⁴. Quomocunque nunc materia aliqua, præter ordinem naturæ, in qualibet corporis parte fuerit collecta, requiri tunc ad eam in ordinem redigendam, vel foras e corpore eliminandam, motus extraordinarios vitales: genere quidem eisdem, sed ratione proportionis, gradus, ordinis, successus atque methodi, intentiores, ad materiam nocivam secretionem, & excretionem expellendam ⁸⁵. Cæterum, quoniam sanguinis multitudo omnis generis mala corpori minatur, ideo naturam moliri eam, secundum variam sexus & ætatis differentiam, per hæmorrhagiam, diversis in corpore locis, per vasorum utpote extremitates, peragendam, imminuere; cui autem peculiariter auxiliari motus *tonicos* adauctos, quibus sanguis in hunc vel illum corporis locum ita constringitur, donec tandem, facta vasorum & orificiorum extremorum distensione, in modum expressionis prorumpat ⁸⁶. Collectiones autem progigni, quando major sanguinis portio per motum *tonicum* in peculiaribus corporis loca impellitur, salvo tamen progressu Massæ sanguinis in genere: eapropter autem eas fieri, ut, quod supervacuum, quod nocivum, est, exoneretur ⁸⁷. Inflammationem esse intentum & verum calorem, naturalem vehementiam excedentem, in aliqua corporis parte, cum tumore, rubore, duritie, &c. ob sanguinis stationem, obortum ⁸⁸.

XXV. Quandoquidem vero Celeb. auctor putat, neminem fere

[83] <i>Ibidem</i> . pag. 597. & seq.	[86] <i>Ibidem</i> . pag. 681. 693. 694. & 703.
[84] Vide. pag. 452. & seq. nec non pag. 594. & 652. vide etiam Disput. de consuetud. efficac.	[87] <i>Ibidem</i> . pag. 800. & 805.
[85] <i>Ibidem</i> . pag. 646. & seq.	[88] <i>Ibidem</i> . pag. 830.

fere examuffim inflammationis rationem tradidiffe⁸⁹: eaprop-
 ter breviter, quoad fieri potest, dabo, quid de ea fenfit.
 Ab aliqua fanguinis portione, intra partium poros ftatione,
 coagulata, ftatuit, nil, nifi corruptionem ejus putridam,
 effe expectandum. Licet hac præfente fanguis coagulatus
 rurfus ita diffolvatur, ut mollior ac fluidior, quam ante
 hac erat, evadat: interea tamen eundem non adeo fluidum
 reddi, ut ita per fe iterum ex illa ftatione decedere valeat.
 Et quamvis putredinis particeps fanguis fiat adeo fluidus, ut
 reliquis humoribus apte immifceri poffit: expedit tamen id
 non fieri; quia partem finceram ex facili fimile labe inficit.
 Medici igitur effe fubvenire fanguini fubfiftenti, ne cujufque-
 modicunque corruptelam contrahat. Fieri autem id non me-
 lius poffe, quam per folitos motus vitales, i. e. fanguinis
 per partem læfam perenni progressu: moveri tunc fangui-
 nem non folum e vicinia dictæ partis, fed fubinde ex am-
 bitu corporis, reft ringendo quali, ad locum affectum; ac
 paulatim in moleculas fanguineas, etiamnunc in meatibus
 corporis fubfiftentes, penetrare. Id autem accidere vix poffe,
 quin infimul dicta pars magis ac magis expandatur, in-
 fletur, intumefcat, &, ob copiam intromiffi fanguinis,
 rubefcat. Calorem vero iftic loci increbrefcere, quia fan-
 guis, propter vegetiorem *tonica* directione appulfum, & ri-
 gidiorum partis itius diftenfionem, hæc loca tranfit: atque
 ad

[89] Vel hoc pacto doctrinam ver-
 bis extollit. Interim, cum ego non fine
 gravibus meis incommodis & fastidiis,
 abunde expertus fim, & publica experien-
 tia univerfalis hoc monfret (provoco e-
 nim ut e clafficis dogmatibus, ufquam re-
 ceptis, aut approbatis, monfretur, ubi
 hoc, quod agito, jam declaratum ha-
 beatur) quod præ incondita illa, & ad
 fcientiam simpliciter inani, mechanica
 corpufculari, vera Phyfico-Chymica ma-
 teriarum, & vera Mechanica, feu ma-

chinalis, motuum (instrumentalis etiam)
 ratio, omnem cogitationem, ne dum con-
 ceptum de his rebus diffuaferit, atque
 præcipuerit: quod me cum bona lætoris
 folertis venia facturum effe confido, fiftam
 etiam veram Phyfico-Mechanicam inflam-
 mationis rationem: tum quatenus adhuc
 iterum difcuffionem affequitur, tum fup-
 purationem producit. Ibidem. pag. 840.
 & feq. unde reliqua, quorum fupra
 mentionem feci, excerpti.

Eccc

[90]

ad eorum fibras, & ad moleculas sanguinis coagulati solidescentes, allidit, impingitque; quinimo, si modo materia subsistens non nimis densa fuerit, ab adaucto sanguinis motu, nonnullas illius particulas insimul abradi, hinc illam mole diminui. Sin vero moleculæ adeo crassæ, ut excedere e loco nesciant, contingere tum, ut interiorem suæ mixtionis dissolutionem sensim subeant. Quandoquidem autem rei mixtæ partes tenuissimæ, & ad motionem maxime proclives, ut sulphuræ, primum commoventur: fieri inde, ut, illis abactis dissipatisve, quod reliquum est, veram putredinem, non in resolutione simplici, sed in nova subtiliorique partium conjunctione positam, suscipiat. Fugatis tali modo subtilioribus, sulphureis utpote particulis, ruboris sanguinis auctoribus, usu tum venire ut id, quod superest, amisso coloris principio, album tantummodo appareat; esseque idem, quod puris nomine cognitum est. Hoc putrori insuper vix aptum, sed potius ad falsam indolem, exulcerationis auctorem; proclive. Verum enimvero sicubi talis motus progrediens, abstergens, auferens, haud ministratur, produci tunc sphacelum, vel ipsam putredinem: quam non modo sanguinem, istic loci commorantem, verum etiam portionem partis solidæ, corrumpere: imo partes huic conterminas, *fermentali* agilitate, ulterius corripere, sicque sensim sensimque mirum in modum evagari⁹⁰.

XXVI. Ad plurimorum naturam morborum cognoscendam facere, censet Cl. Auctor, a majoribus intermissam venæ portæ

[90] Vide etiam Disput. de inflammatione ver. patholog. cap. 111. Ibidem cap. 1v. tradit differentiam Gangrænæ & Sphaceli, sentiens, illam esse summum gradum inflammationis jam defecturæ, & in puram putredinem, suppuratione non impetranda, ruituræ; hunc vero esse simplicem putrefactionem sanguinis coagulati, una cum par-

te, cui is fuerit impactus. Quo magis purus & copiosus sanguis stationis istius causa fuerit, eo pejorem & acriorem putredinis foetorem futurum: & quo plus feri falsi illi intercurerit, eo tardius processuram putredinem, & in falsam, seu in canceronoma degeneraturam.

[91]

portæ considerationem : esse enim quædam in hac vena singularia , quæ in nullam aliam conveniunt. Nempe cæteras venas ex angustioribus ortas initiis fieri magis magisque deinceps majores & ampliores , & in canalem maxime capacem , venæ utpote cavæ truncum definere , ex quo postea sanguinem in dextrum cordis ventriculum effundi : e contrario venæ portæ truncum in plurimos minores , & majores , & minimos ramulos dispertitum , in hepar inque reliqua abdominis viscera ingredi perque hæc passim dispergi : nec ulla in hac valvulas , quales in cæteris venis deprehenduntur , reperiri. Quandoquidem vero intercedentibus aliquot ramis hæmorrhoidalibus venam portæ inter & cervicem vaginamque uteri communio est , inde planum fieri consensum , qui inter mensium & primarum viarum alternantia vitia , & hæmorrhoides est. Bifariam autem venam portæ amplitudinis ratione lædi ; extremitates enim ejus subinde adeo esse angustatas , ut sanguis per eos libere & copiose permeare nequeat : vel sanguinem crassiores , non prompte per hepaticos venæ portæ ramos progredientem , subsistere , atque adeo justo ampliorem dictæ venæ inducere distensionem. Quinimo ipsum sanguinem , quoniam abundanter a compluribus vasibus ad venam portæ mittitur : indidemque vero ægre propter arctissimas extremitates in jecur demittitur , ob longiorem ibidem moram coacervari , ac facile spissescere , contractumque vitium cum vena hæmorrhoidali splenica , & vase brevi communicare ⁹¹.

XXVII. Licet *Stablio* de doctrina februm quadantenus cum *Campanella* , febrem rem utilem pronuntiantem ; cumque *Helmontio* , & *Sydenhamo* , febrem tanquam opus Naturæ habentibus , conveniat : verumtamen ille perplura dubia , ab his tradita , perspicuis illustravit ⁹². Verum ad propositum. Febrem , statuit auctor , esse actum , per secretiones &

[91] Ita differt. medic. de vena portæ , porta malorum pag. 14. 11. 23. 27. | [30. 32. 46.]
 [92] *Theoriae Medicæ*, ver. pag. 209.
 Ecce 2 [92]

& excretionem materiæ nocivæ, ad conservationem corporis tendentem⁹³. Et alibi⁹⁴ scribit *febres omnes esse intensiones motuum vitalium secretoriorum & excretoriorum ab ipsa natura humana, seu anima vitaliter, morvente, ad conservationem corporis institutas, directas & ad effectum perductas*. Principem ergo febrium causam, quam efficientem vocamus, esse naturam humanam, vel animam, conservationi corporis organici intentam. Materiam, cujus gratia motus febriles suscipiuntur, esse rem aliquam corpoream, aptam ad corruptionem putridam; si non præcipuis, quibusdam saltem corporis, partibus, inferendam. Materiam ejusmodi constituere concreta salino-sulphurea, terreæ plus minus subtili substantiæ, implicata; quorum temperiem non taliter, ut mineralium, sed ut plantarum, ut animalium, comparatam, quæ notabilem aquæ portionem sibi habere intermixta: hinc, quia translatitiam mixtionem nacta, ea perfacile ab actu putrefaciendi fermentandique jugiter commota, extenuari in summam tenuitudinem adeo, ut vel halitus formam subire possint. Talem materiam, si utpote ita, ut dixi, fuerit attenuata, esse idoneam, ut per varias subtiles secretiones e corpore excernatur. Equidem superesse, ut quibusdam placet, alium modum materiam febrilem invertendi, ut effectus pristinos non amplius excrevere valeat: verum talem, exceptis paucissimis forsitan rebus, perraro sub ditionem naturæ cadere. Quippe hæc non habet solenne, ut physicis actionibus formandi aut reformandi mixtiones, (dempta illa, quam corpori, ut organo suo, impendit) vacet; sed potius illa mecha-

[93] Disput. de febr. Patholog. in gen. pag. 23. Et pag. 40. scribit. *Febris non solum & absoluta est commotio, æstrenis videlicet atque indeterminata: sed ad effectus convenientes, secretiones & excretionem deducenda. Et Theor. Medic. ver. pag. 925. Dicitur autem febris, insigniter, & satis constanter alteratus*

motus sanguinis, & hunc veluti pressis vestigiis insequentia, etiam caloris, febrilis, sensationum, augmenta: roboris autem ad voluntarium motum impotentia, seu atonia.

[94] Observat. Chymic. phys. medic. curiosar. anni M. DC. XCVII. mens. Novembr. cap. VI.

mechanico organico actui, structorum organorum motui perficiendo, invigilet. Efficitur igitur ex dictis, secretiones & excretiones, quas præcipue *Diapnoe*, mictu, vel alvi egestione contingere, media esse respectu materiæ, cujus gratia motus febrilis suscipitur. Ut autem memoratæ extraordinariæ, ac operosæ actiones deinceps fiant, opus esse circuitu sanguinis generaliter aucto intensoque, & variis directionibus *tonicis*, versus loca affecta, aut versus loca, ubi id, quod fecernendum est, colari, vel excerni, decente ac efficace proportione, oportet. Motum febrilem quidem primo propter materiæ, partibus vitalibus corruptionem penitus inferre aptæ, expulsionem: deinceps vero propter corporis conservationem, atque arcendam, quæ ipsi inde imminet, corruptionem & destructionem, suscipi. Namque quamlibet febrem tendere ad expurgationem rei alicujus, in intimam ipsius mixtionis corporeæ dissolutionem, vergentis. Ergo, peracta talis materiæ a moliente Natura expurgatione, febrem habentes, sponte naturæ, sine ullo artificiali subsidio, convalescere: quinimo febrem speciatim consideratam, nunquam non ad exitum salutarem tendere, præterquam quod ex accidente aliquo ordo ejus perturbetur. Calorem, qui plerumque in febribus adest, oriri, censet, ab augmento motus verticosi corpusculorum sanguineorum circa suum axem: præsertim vero hujusmodi verticosam motus calidi intensiorem, adscribit, rapidiori transitui, & affrictui corpusculorum sanguinis, ad solidas fibras meatuumque parietes; qua de causâ tunc illa latici *seroso*, sicut vehiculo, innatantia, verticosum istiusmodi motum velociorem nancisci: quem omnifariam variare, prout sanguis magis, vel minus celeriter progrediendo ad dictas partes alliserit. Frigus contrario, ac de calore dixi, modo, se habere: efficere autem frigus rigidam atque crassam partium *porosarum*, constrictionem; in tantum, ut vel oculis compressionem, & inanitatem vasorum, sanguini vehendo destinatorum, conspiciere cuiquam liceat. Quandoquidem febres

E e e e 3

naturæ

naturæ congruenter, per memoratas corporis secretiones, terminantur: ea de causâ hujusmodi actiones oportet medicum, non solum in ægro tolerare; sed etiam observare, gubernari, & quoquo modo juvare, ac promovere potius, quam ullo modo negligere, nedum pervertere. Id tamen ab re ægri esse, onerare ventrem, quando necessarias excretiones fieri, oportet: item abionum esse, tempore imminutionis sanguinis, a natura institutæ, eundem augere velle; quia fieri nequit, ut tum novus sanguis perfici queat⁹⁵. Et hæc est, in quantum ratione assequi potis fuerim, Cl. Stahlî Theoria febrium. Mirum dictu, quantopere hæc sibi placet, & quam ostentationem scientiæ suæ literis ultro citroque prodidit⁹⁶.

XXVIII. Commemorat quinque præcepta, ad Therapeiam spectantia, quæ, quoniam mihi tanquam medicorum leges, quibus pareant, quas observent, videntur, placet formula legum exprimere. I. Non movete, ubi nihil est movendum. II. Ubi quidem aliquid est, quod moveri debet, & tamen id ad movendum etiam nunc ineptum est, istud ad motum, & quidem generaliore, haud impellitote. III. Ubi res

mo-

[95] Hæc hausi partim e disput. de febr. Pathol. in gen. pag. 33. 40. 4. 13. 15. & seq. usque 20. 28. 34. 35. & 37. item e disput. de febr. tertian. gen. cap. iv. disp. de æstu sang. pag. 10. partim e Theor. medic. ver. pag. 209. 927. 933. & 942.

[96] Quamquam Cl. auctor passim inventa sua, quibus Theoriam Medicinæ ditavit, extulerit, ac gloriosius de se ipso prædicarit; tamen non possum non heic prescribere, quæ literis mandavit. pag. 22. disput. de febr. Pathol. in genere. „ Ego sane, scribit, „ Disputationis præses, cujus est hæc „ hypothesis, provoco confidentissime „ ad universi orbis praticos, e qua „ hypothesi ante, aut extra hancce

„ meam, bona fide, cordate, nedum „ distincte & connexe deduci poterit, „ vel solum *veri*, quod in febribus ple- „ ræque commotiones sint activæ, con- „ tra materiam corpori noxiam dire- „ ctæ: eidem examussim quadrantes: „ & quidem non ad ejus difficiliorem, „ plus moræ requirentem, imo inter- „ dum impossibilem: alterationem „ tendentes; sed ad evacuationem na- „ turarum respicientes, & si nihil ex „ accidenti impediat, pervenientes. „ Nedum ut ex alia hypothesi quacun- „ que illi parti *veri* *diserti*, quibus Me- „ chanicis aptitudinibus hi organici ef- „ fectus deducantur, vel minima lux „ affulsisset. &c. Vide etiam Theor. Medic. 197. 191. & alibi.

[97]

mobilis, motus vero languidus adest, nullum concitatote. IV. Omnia tempori, mensuræ & loco convenienter, ratione motus, agite. V. Inæqualitates motuum aliunde coartatas mitigare, refrenare, & in ordinem inque viam reducite ⁹⁷.

XXIX. Tandem, ut ad finem properem, eos verbis perfringit, qui complures subtilitates, quas vel Anatomie, vel Chemia, vel Mechanica ministrat, Medicinæ perverse immiscent: longe alia enim via, quam dictarum artium cultores statuunt, NATURAM procedere ⁹⁸. Reprehendit quoque affectatum vel nimium nostri ævi plurimorum studium auctores admodum plures citandi, & id quidem subfidio complurium lexicorum, vel auxilio librorum indicis tantum ⁹⁹. Quin etiam non magni facit studium bibliothecas antiquariorum more perreptandi, ab quo pulverulento labore, nec non ab exscribendis auctoribus, & collectione locorum communium, se ab ephebis, ait, fuisse alieniorum ¹⁰⁰.

DIS-

[97] Vide Disputat. de fundam. Theor. Medic. cap. v.

[98] Vide Theor. Medic. ver. pag. 68. 69. 70. 196. 197. 198. 199. 227. & seq. Quin etiam passim in disput. in lucem editis.

[99] *Ibidem*. pag. 238. & seq.

[100] Sed e diverso, asserit, se unice ipsis rerum *phenomenis*, per ipsam experientiam intentam observationem, deprehendendis, & quanta in ipsum caderet, penfationis *angustia*, e vera *causali* habitudine, & mutuo inter se nexu, ita æstimandis, & tandem pernoscendis, ut inde vera, firma at-

que immutabilis Theoria confurgeret, potissimum invigilasse. *Quam quidem rem*, pergit scribendo, *facillime probare possum illis ipsis meis systematicis conceptibus non solum, sed deductionibus, quas juvenis adhuc 24. annorum, non solum discursibus publicis, sed plane ad calamum dictatis, non profecto unquam e libris, sed simpliciter e liberali ingenio, & liberrimo animi conceptu, dogmatibus, & collegiis uti vocant in Jenensi Academia 1684. 85. 86. ingenuorum, & certe maximam partem egregie eruditorum juvenum non exiguo numero habui. Ibidem 102. & seq.*

[1]

DISSERTATIO XXVI.

DE

Nepenthe.

Helena, Tyndarei ex Leda, procreata filia, Menelai Lacedæmoniorum Regis conjux charissima, fœminarum quondam totius Orbis longe formosissima, Telemacho parentis Ulyssis Fortunam iniquam narratura, vino immiscebat Medicamentum magna prudentia confectum, ipsi, cum in Ægypto per quicquam temporis diverteret, a Polydamna, Thonis Ægyptii Regis uxore, datum: quod postmodum ad ebibendum Telemacho cæterisque convivis, non modo exhilarandi animum causâ porrigebat; verum etiam, ut ne contristarent se, siquando audiverint Helenam, decenne infortunium, quo vagum atque laboriosum Ulyssæm adversa Fortuna immisericorditer jaçtaverat, recensentem. Admirabilis profecto, imo captum superat, divina hujus Medicamenti virtus; quam miris laudibus Homerus, omnium fane poëtarum, quotquot vitam vixerunt, parens & princeps, prædicavit. Medicamento erat nomen Nepenthes, & virtus, ut, siquis id ipsum vino mixtum bibisset, omnes id dolores omnemque iram tolleret, atque oblivionem protinus malorum induceret omnium: & licet cujusdam pater & mater charissimi jam novissime in rationem Libitinæ venissent; vel filius fraterve coram consanguineis ferro crude-

[1] Ita *Hygin.* fab. lxxviii. Verum *Pausanias* Aitic. cap. xxxii. scribit Græcos dicere matrem Helenæ fuisse Nemefin, Ledam vero nutricem: præterea eos perhibere Helenæ patrem,

non Tyndarum, sed Jovem, fuisse; *Servius* vero in *Æneid.* Lib. ii. auctor est, de Jove & Leda natos esse Pollucem & Helenam.

[2]

deliffime trucidatus fuiffet, idque cum horrore neceffitudine conjunctiffimi quique aspexiffent; tamen iidem nequirent tota ifta die, qua facinus malum acciderit, ullam de genis profundere lachrymam². Tanta huic Pharmaco vis animum lætificandi erat. Tanta dolores ac iram cogitationefque triftes auferendi potestas, ut nihil fupra. Hanc nemo non fecum confiderans admiratur, ftupefcit. Sed dicta, quomodo fe cunque habeant, non impedimento mihi erunt, quo minus experiar, & ut fpero, aflequar Nepenthes ab Homero decantatum: proinde audientia & obfervatione veftra non indignum fore, exiftimavi, fi hoc tempore, de re tali, omnium confenfione laudata, rationibus conquifitis in utramque partem difputavero. Vos autem A. D. feligetis, quicquid vero fimillimum vobis probabitur, & condonabitis mihi, fi me fine fermonis lepore, fine latinitatis puriffimæ dictionibus, fine apta & quafi rotunda verborum conftitutione; fine tam multis aliis requifitis, quæ dicendi venustatem procreant, auditorumque aures permulcent, audiveritis balbutientem. Quidni impetrem a vobis veniam? Si qui-

[2] Licet Doctiffimus *Petitus* Librum, in quo pererudite Nepenthis naturam pertractavit, in lucem ediderit: tamen non dubitavi eandem materiam tractare; quia mihi alia, quam *Cl. Petito*, de tali medicamento opinio eft. Argumentum autem noftræ orationis tradidit *Homerus* *Odyf.* his verbis.

Ibi tum alia excogitavit Helena e Jove nata

Protinus fane in vinum mifit pharmacum unde bibebant,

Absque dolore & ira, & malorum oblivionem inducens,

Qui illud deglufierit poftquam crateri mixtum erit,

Non utique tota die profundere poterit

lachrymas e palpebris,

Neque fi ei mortui fuerint mater paterque:

Neque fi coram eo fratrem, aut charum filium

Ferro trucidarent, ipfe vero oculis videret.

Talia Jovis filia habebat pharmaca utilia

Bona, qua illi Polydamna prebuit Thonis uxor

Ægyptia, qua plurima producit fertilis terra

Pharmaca plurima quidem falubria mixta, multa lethalia.

Eadem canit Joh. Tzetæ Hiftor. Chiliad. vi. 76.

Ffff

[3]

quidem nemini vestrum latere puto, me quidem ab ephemeris usque ad hæc tempora multum laboris & operæ in Chemia, sed non in artificiosa eloquentia, consumpsisse. Nul- lum itaque meo cordi dubium est, quin me in dicendi stu- dio prorsus hospitem, si qua in parte animadvertatis erro- res errantem, seu leges dissertationis prætereuntem, excu- satum habeatis: ac menda qualiacunque mea, in dicendo pro- lata, corrigatis, inque mitiorem partem interpretemini. Haud quaquam provinciam hanc, tenuitatis quippe ingenii ego mihi probe sum conscius, suscepissem; nisi justum, ac æquum esset, morem gerere Academiæ legibus, quæ servari suum solenne flagitant. Nempe, ut is, qui in ordinem Professorum recipitur, in quem & ego ab *Amplissimis & No- bilissimis* hujus Academiæ Curatoribus benevolentissime inau- guratus, recitata Oratione, vel dissertatione publica, initie- tur. Sed quo evagor? Revocem me ad iter, quod mihi pro- positum, necesse est.

Nepenthis vocabulum, quod tantum significat, ut luctus mœrorisque expers: vel luctum mœroremque abolens³, fa- tis cognitum quidem; sed inexplorata rationis est, an id significet Medicamentum singulare, & quodnam tali nomen- clatura insignitum sit: an vero vox Nepenthis indicet mo- do quandam allegoriam? Utrumque suos habet defensores. Inter eos, qui posteriorem asserunt tuenturque sententiam, scilicet Helenæ medicamentum tanquam allegoriam accipi debere, eminent complures præclaræ eruditionis viri. In horum numero Athenæum primum habeo, qui narrat He- lenam, Jovis gnatam, oratione commercioque sapientum Ægyptiorum multa edoctam, panacem, efficax revera mœ- roris auxilium, vino injecisse, & de Ulyssæ narrare incepisse, obiterque etiam texendi consuetam aggressam fuisse operam⁴. Post illum in mentem incidit Apollonius Thyasæus, qui

Da-

[3] *Macrobius* Saturnal. libr. vii. cap. | etiam *Suidam* in voce *Νηρησις*.
 3. Latine reddidit delinimentum. Vide | [4] Vide *Deipnosoph.* libr. v.

[5]

Damidi, sectatori suo, absurdum esse, inter viros mœstos deambulare proferenti, ita alloquitur: Imo vero, inquit, hi cum maxime colloquentibus, & consolationibus indigent, si Homeri carminum meministi, qui dicit Helenam Ægyptia medicamenta in cratere miscuisse, ut animæ dolores dilueret. Quod ego, verba sunt Apollonii, nihil aliud significare puto, quam Helenam, cum sermones Ægyptios didicisset, eos mœstis hominibus narrare solitam fuisse: atque eos in cratere ponere, id est, sermones pariter & vinum ad levandam animi ægritudinem adhibere⁵. Quin etiam Plutarchus, historiæ Homeri literarum sensum redarguturus, hæc memoriæ tradidit. *Sunt, qui buglossam, scribit, vino admiscunt, aut solum rigant verbenarum adiantorumque succis imbuta aqua, quod hæc conviviis hilaritatem aliquam, & comitatem parere opinantur. Imitantes Homericam Helenam, quæ vino medicamentum injecerit: neque intelligunt fabulam illam, longo itinere ex Ægypto usque deductam, tandem in sermones decoros & elegantes desinere. Bibentibus enim narrat Helena de Ulyssæ*

*Infractum quantum toleravit mente laborem
Cum se verberibus sæde multasset acerbis, &c.*

Hoc enim fuit illud mœrorem abolens medicamentum, omnemque abolens medicamentum, omnemque amolens dolorem. Oratio videlicet præsentis rei & eventibus accommoda⁶. Verum, ut reliquis, ut Macrobio⁷, & aliis, quos adducere possem, supersedeam, videntur mihi ante memorati scriptores fuisse Homeri historiæ contortores: & verbis, clare ac distincte exaratis, citra rationem verborum translationes tribuisse.

Quan.

[5] Hæc apud Philostratum de vita Apollon. Thyaneæ. libr. VII.

[6] Ita Plutarchus Symposiac. libr. I. Quæst. I.

[7] Apud quem Eustachius. libr. VII. hoc pacto confabulatur. Nam, inquit,

si Homeri latentem prudentiam inscru-
teris aliud delinimentum illud, quod He-
lena vino miscuit, non herba fuit, non
ex India succus, sed narrandi opportu-
nitas, quæ hospitem mœroris oblitum
flexit ad gaudium.

Quandoquidem de connexione ac ferie historiarum, ab Homero conscriptarum, planissime constat, Helenam, postquam calici prius medicamentum injecisset, eidemque postmodum vinum superaffundere iussisset, tunc demum verbis mentis affidentes convivas allocutam fuisse, in modum, veluti Poëta narrare pergit. Hanc sententiam varii quoque ex antiquis scriptoribus amplexi sunt, ut Diodorus Siculus, qui, comprobans Homerum etiam in Ægyptum iter fecisse, inter alia hæc affert. Quod autem Homerus eo loci pervenerit, cum aliis argumentis, tum pharmaco, ab Helena Telemacho apud Menelaum, ad inducendam exantlatorum laborum oblivionem exhibito, Ægyptios probare. Nepenthes enim pharmacum, quod Helenam a Polymnesto, Thonis uxore, acceptum ex Thebis Ægyptiis adportasse, Poëta diligenter exploratum habuisse videtur. Nam etiam nunc efficaci hoc remedio mulieres istius loci uti, ait: quinimo apud solas Diopolitanas iræ & tristitiæ medicamentum, ut asserunt, inveniri. Thebas autem & Diospolim unam & eandem esse civitatem⁸. Quin etiam Plinius ejusdem sententiæ favet. Et Homerus, inquit, herbas certe Ægyptias a Regis uxore traditas suæ Helenæ plurimas, narrat, ac nobile illud Nepenthes, oblivionem tristitiæ veniamque afferens, & ab Helena utique omnibus mortalibus propinandum⁹. Quid? quod ipse Plutarchus, alio loco¹⁰ verba Homeri secundum literam intellexit: scribit enim Homerum, præter medicamenta, quæ extrinsecus applicantur, novisse, quæ interius ad devorandum dantur. Hujusmodi esse illud, quod Helena in cratere temperavit, quod omnem dolorem & acerbissimam animi abolendi, & oblivionem omnium malorum

[8] Bibliothec. Histor. libr. 1. cap. xxvii.

[9] Ita Histor. nat. Lib. xxv. cap. 2.

[10] Libro de Homero in fine citat. Et Anonymus, qui vitam Homeri descripsit, monumentis quoque

prodidit, Homerum novisse etiam poculenta remedia, ut cum Helena pharmacum crateri immiscet, Nepenthes adimens iram, malaque cuncta tollens.

lorum inducendi potentiam habuit. Ex hisce adductis exemplis, nec non recitata paulo ante Homeri historia, nullo negotio unus quisque concludet, id, quod ab Homero Nepenthes vocatum, fuisse re vera medicamentum quoddam: injuste autem, ac citra necessitatem, quosdam traduxisse historiam totam, vel partem ejus ad allegoriam. Quæ cum ita se habeant, superest igitur investigandum, quodnam pharmacum Nepenthis titulo insigniri possit. Incertum hoc est; quia Homerus nusquam dedit exquisitam medicamenti, tam maxime præclari, descriptionem, unde aliquis concludere posset, aut hoc, aut illud genuinum esse Nepenthes. Prisci itidem Medici, ut & herbarii consimilis vitii sunt incusandi. Memoria namque haud prodiderunt, quænam res ejusmodi Nepenthis nominatione digna sit. Hoc autem an ignorantia an negligentia factum, non facile dixerim. Contingere quippe poterat, ut ipsius Homeri scientiam fugeret Medicamenti forma: cum nihilominus Poëta ejus virtutes, quas forsitan ex relatione aliorum didicerat, accurate haberet perspectas. Nemo ideoque, velim, adeo invecundus sit, ut insimulet Poëtam mendacii: quasi ad gratiam historiæ conciliandam modo, tam incredibilem medicamenti facultatem finxisset; quoniam id posteri oblivione propemodum contriverint, & non memoriæ mandarint, cuinam rei peculiariter istiusmodi laudes, ac dotes admirabiles, quas elegans Poëta cecinit, attribuendæ sint. Verum enimvero, licet ipsum Nepenthes in lucem veritatis proferre non ausim, atque adeo illud vobis nudum digito monstrare: tamen non illicitum nobis esse, arbitror, a posteriori, ut ajunt, argumentari, asseverareque, huic vel illi, a me jamjam, recensendæ, rei, competere Nepenthis vocabulum. Fuerunt, qui credebant, vinum esse verum Helenæ Nepenthes, cujus sententiæ patronus existit Plinius ¹¹. Quin gravemini audire auctoris multo eruditissimi verba, nullus dubito. Vinum, ait, curas
vigo-

[11] Histor. nat. libr. xxxiii. cap. 7.

vigoremque animi impedit, ad procinctum tendentibus : somno vero ac securitatibus jamdudum hoc fuit, quod Homérica illa Helena ante cibum ministravit. Sic quoque proverbium cessit, Sapientiam vino obumbrari. Galenus itidem, Medicorum lumen excellentissimum, auctor est ¹², vini potum omnem & tristitiam, & tædium levare. Liceat mea facere, quæ canit Naso ¹³,

*Vina parant animos, faciuntque coloribus aptos.
Cura fugit, multo diluiturque mero.
Tunc veniunt risus, tunc pauper cornua sumit,
Tunc dolor & curæ, rugaque frontis abit.
Tunc aperit mentes ævo rarissime nostro
Simplicitas artes excutiente Deo.*

Et quod Lyricus Poëta de ebrietate habet. ¹⁴

*Quid non Ebrietas designat? operata recludit,
Spes jubet esse ratas, in prælia trudit inermem.
Sollicitis animis onus eximit, addocet artes,
Fœcundi calices quem non fecere disertum?
Contracta quem non in paupertate solutum?*

Vinum profecto, cæterosque potus inebriantes, admirandæ virtutis esse in permutandis hominum moribus, plurimis sane exemplis possem, si temporis angustiis non excluderer, probare. Permittite, quæso, A. H. vestram gratiam aucupari, ut modo unicam, non illepidam tamen, vobis ex Athenæo ¹⁵ historiam, dicta quantacunque mea confirmantem, enarrem. Juvenes quidam Agrigentini, postquam non modicum meri in se ingurgitassent, usque adeo temulenti, & mente alienati erant, ut in triremi se navigare crederent, hor-

[12] Libr. quod anim. mor. corp. temper. seq. cap. 111.
[13] Libr. 1. de arte amand.

[14] Epistolar. lib. 1. Epist. v.
[15] Deipnosoph. libr. 11.

horrenda tempestate mari jactata. Tantaque mentis alienatione laborabant, ut omnia domus vasa, & stragula, foras egerent, velut in mare, navis, quam tempestas mala affligeret, ut ipsis videbatur, exonerandæ causa, jussuque gubernatoris. Congregatis ad id spectaculum multis, ut projectam supellectilem diriperent, ne illorum quidem concursu tanta juvenum cessavit insania. Postridie vero profectis ad illas ædes prætoribus; tam attonitum illorum stuporem cernentibus, unus ex iis, qui major natu cæteris videbatur. Ego, inquit, viri tritones, metu consternatus sub infimo navis tabulato, quam maxime licuit, abditus jacui. Perenni mentis alienationi cum iudices ignovissent, objurgatos ac monitos, ne postea se vino ingurgitarent, dimiserunt. Illi vero se gratiam habituros professi, dixere, si portum attingerent, a tempestatis periculo liberati: ac ipsis, scilicet iudicibus, quia servassent se, & tam opportune auspiciatoque sibi apparuissent, in publico cum marinis diis statuas dicaturos. Admiranda hercule! horum juvenum mentis alienatio, quam, ut a vino fuerit corpori importata, vix mentis acumine explorare possumus. Sed quoribus hæc recito? quoribus, nimirum ut planum fiat, vinum quidem animum exhilarandi, mentisque alienationem inducendi, habere potentiam: verum inde concludatis, nolim, me putare id ipsum Ægyptium esse Nepenthes. Nam judicate quaeso, nonne ex contextu verborum Homeri liquet, illud aliquid diversum a vino fuisse. Siquidem Poëta expresse ac distincte memorat, Helenam poculo prius pharmacum immisisse; postea autem curasse, ut eodem poculo vinum infunderetur. Igitur, quoniam vinum istud hilaritatis medicamentum non est, circumspiciendum mihi est, ut aliam alibi rem, quæ laudatissimis Nepenthis viribus dotata sit, reperire possim. Plinius dicti sui immemor, vinum utpote verum esse Nepenthes, alio loco ¹⁶ memoriae prodidit Helenium, quod e lachry-

mis

[16] Histor. nat. libr. XXI. cap. XXI.]

[17]

mis Helenæ dicitur natum, & ideo in Helena insula laudatissimum, esse famosum istud toties memoratum medicamen. Ælianus etiam auctor est ¹⁷, Polydamnam Ægypti Regis uxorem docuisse Helenam vires alicujuspiam plantæ, qua se ab ictibus venenatorum animalium præservaret. Hanc deinde posteros per excellentiam vocasse Helenium. Cæterum Plinii distinctum est Dioscoridis Helenio. Etenim Helenium Dioscoridis, & Galeni ¹⁸ id ipsum est, quod etiam nunc in pharmacopoliis, nomine Enulæ campanæ, in usu est: at vero Plinii ¹⁹ frutex est, humi se spargens, dodrantalibus ramis, folio similis serpillo, radice candida & dulci. Præterea putant, scribendo pergit ²⁰, usu ejus quandam gratiam, veneremque conciliari. Attribuunt hilaritatis effectum eisdem potio in vino, eumque, quem habuerit Nepenthes illud prædicatum ab Homero, quod tristitia omnis aboleatur. Verum enimvero, quia recentioribus, Rei herbariæ callentibus, vix ulla planta, vel frutex, qui ejusmodi forma, vel tam egregiis viribus, ut Plinius tradidit refertus sit, cognitus est; his de causis missum Helenium faciam: indicabo autem numne radix Oenotheros, vel Oenopia istud, quod anxie quæritur, doloris remedium sit. Inter veteres industrius rerum naturalium investigator Theophrastus literis prodidit ²¹ radicem Oenotheram datam e vino mitiores mores, atque hilariores efficere homines. Habere autem Oenotheram, ait, folium quidem amigdalo simile, latiori tamen: florem rubrum, ut rosam, loca adamare montosa. Id vero absurdum videri non debere, quod homines hilares reddat: fieri enim quandam quasi refectionem ex viribus, quas radix ista vinosa possidet. Plinius, ille inexplebilis cujusque artis & scientiæ, ut ita dicam, heluo, parilia ferme, ut Theophrastus

[17] Libr. ix. cap. xxi. de animalib.	cap. x. mentionem facit.
[18] Ille Helenium. libr. i. cap. xxvii. hic vero de simplicib. medic. cap. xcviij. describit.	[20] <i>Ibidem.</i> cap. xxi.
[19] Cujus Histor. nat. libr. xxi.	[21] Histor. plantar. libr. ix. cap. xxi.

phrastus, profert ²². Oenotheram sive Onurim enim, scribit, hilaritatem asserre in vino, amigdalaceo folio, flore rosafacco, fruticosa longa radice: & cum siccata est, vinum olente. Galenus radice Oenotheræ non mentionem facit, sed Oenopie, quæ mihi videtur esse eadem Oenothera. Habete, quæ de hac Oenopia ²³ profert. Radicem quoque Oenopiam, scribit, id vel magis præstare ajunt, nempe ut potius, quam vinum tristitiam omnem demat: eandemque esse hospitis Ægyptiæ medicamentum, de quo dicit Poëta.

*Infudit vino medicamentum unde bibebat,
Luctum iramque fugans, oblivificumque malorum
Cunctorum*

At enim, quid multa hujus radice de virtutibus profero? quandoquidem illam non, nisi nomine, noscimus: quam velim, ut secula Barbara nos non illius cognitione privassent! Forfitan contingeret, ut, si recentiores Botanici eam distincte nosset, Medici hujus ævi præclarum effectum ab ejus usurpatione sibi aliisque polliceri possent. Hanc itaque, quoniam quid sit, res dubia & controversa est, missam facio. Verum, ut me paulatim ad notiora, quam hætenus protuli, recipiam, ipse disserendi ordo postulat. Sunt qui credunt, *Daturam*, quæ species solani Indici vel stramonie est, Helenæ decantatum esse pharmacum. Enimvero varii auctores adsignant eidem facultatem inducendi ad tempus omnium rerum oblivionem: enarrantque præter hæc Lusitanorum in India Orientali uxores, si quando mœchaturæ, marito prius certam *Daturæ* portionem in portione quadam ad ebibendum porrigere. Qua epota maritum, cautis Marseiæ instar, fieri rigidum, attonitum, stupidum, omniumque rerum hoc tempore peractarum plane nescium; quan-

[22] Histor. natur. libr. xxvi. cap. xi. | [23] Libr. quod anim. mor. &c. cap. 114

quantumvis plurimum oculis apertis omnia aspicere praesentibus videatur: imo subinde distorqueat os cachinno. Interim autem, marito talia perpetente, moechum cum moecha illicitam furtivamque Venerem celebrandi opportunitatem tuto & sine metu observare²⁴. Quod si mente capti pedes aqua laventur vel humectentur, cum paulatim mentis errorem deponere. Verum, utut dicta historia se habeat, tantum abest, ut credam, *Daturam* esse Homericum *Nepenthes*, ut eam potius habeam pro abominando pharmaco. Non opus est, ut id pluribus verbis vobis probem; siquidem rationis meae veritatem facili negotio vos vestra mente capturos, non ambigo, si pensaculatus vobiscum reputaveritis, *Telemachum*, caeterosque convivae mensae *Menelai* accumbentes, sensuum haud quaquam fuisse orbos. Quod si sic? opera me *Hercule* *Helena* fuisset abusa, sibi id negotium dans, ut recenseret ipsis tam longam, de *Ulyssæ*, incredibiles errores variamque in itinere fortunam perpesso, historiam: aliam ergo nostrae orationi aptam rem pandamus, necesse est. Medicorum nonnulli arbitrantur *Opium*, aut medicamentum saltem, in quod aliquantulum *Opium* ingreditur, eandem, pariter ac de *Nepenthe* audivistis, habere virtutes. Fit autem *Opium* ex papavere, e nigro vult *Plinius*²⁵: ex errati-

co

[24] Vide *Petiti* de *Nepenthe* part. 2. cap. XII. Item *Linscotens* Itiner. p. 1. cap. xxx. *Mandellio* *Morgenländische* *Reysebeschreibung*. libr. 1. cap. VII. *Christoph. Acoſta* Hist. nat. cap. XI. scribit. *Il mal uso dell' inamorate si e dar di questi semenza fin, mezza dramma infusa nel vino, o in quello, di che piu si diletta, & quel che la prende, resta alienato per grande spatio di tempo ridendo, o piangendo, o dormendo con varii effetti, & molto volte parlando, & rispondendo il povero, che l'ha presa di maniera, che par' alle volte, ch' egli sia nel suo giudicio, essendone in vero furri, & non conoscendo la persona, con*

la qual parla, nè ricordando sene passata l'alienatione. Tradit insuper dictus auctor hujus *Daturæ* esse tres species: primæ autem speciei semen maxime in usu esse. Effigies hujus plantæ, quam *Acoſta* exhibet, convenit cum *Itummatu* *Hort. Malab.* tom. 2. tab. 28. & a recentioribus Botanicis, ut ab *Hermanno* *H. Acad. Lugd.* vocatur *stramonium* seu *datura* pomo spinoso. rotundo, longo flore, & a *Plucknetio* *Almag.* p. 358. *stramonium* vel *datura*, fructu spinoso, rotundo, flore candido.

[25] *Histor. natur.* libr. XX. cap. XVIII.

[26]

co Galenus ²⁶. Modus vero confectionis eodem redit. Nempe papaver, quando incipit capita quodammodo matura proferre, turgescereque succo, matutinis horis cultello vel ungue inciditur: aliqui medietatem scapi sub capite: aliqui id ipsum caput forma asterisci præcidunt. Inde liquor lacteus manat, in conchis Solis calori, ut paulatim indurescat, exponunt. Succum densatum, inque pastillos depositum, in loco umbratico siccant. Bonitatis signa sunt, si grave & densum, si gustu amarum, si odoratu foporiferum, si absque ullo negotio aqua diluitur, si candidum, neque asperum, neque grumosum: si inter colandum non, ut cera, coit ²⁷. Verum enim hujus generis opium apud nos corvo albo rarius invenitur: verum loco ejus ex Oriente apportatur succus densus, niger, quem veterum Meconium esse non sine ratione crediderim: atque id ipso genuino opio ignavius esse. Præparatur Meconium vel e capitum & foliorum papaveris aqua facta decoctione: vel e contritis invicem foliis & ampullis viridescens papaveris succus ex primitur; uterlibet deinde mediocri calore densatur ²⁸. Meconium, narrat Bontius ²⁹, Indos vocare *Pouff*: &, quandoquidem ii, quibus est angusta res domi, hoc utantur potissimum, ditiores

[26] De simpl. medicam. cap. excvii. & de Meconio vide etiam lib. ii. de Dinamid.

[27] Et in sole diffunditur: si lucernis admotum, non atra flamma lucescit: denique si extinctum odoris vim conservat. Hæc Dioscorides libr. iv. cap. ix. *Kampferus* Amœnit. exotic. fascic. iiii. observ. xv. literis prodidit in Perside collectionem Opii ineunte æstate institui, capita papaveris, ubi fere maturaverint, decussatim extrinsecus faciando. Cultrum, qui huic negotio inservit, quintuplici acie esse instructum, quem una sectione quinque vulnera longa paralella infligere. Ex vul-

nuculis succum manantem postridie scalpulo abstergi, & in vasculum abdomini præligatum colligi. Posthæc alteram capitum faciem eodem modo vulnerari, ad succum pariter indidem elicendum. Primæ collectionis lacrymam longe præstare virtute cerebrum demulcendi isti, quæ altera vice colligitur: illam primo albicare, postea ex luteo pallere, & tandem, cum magis ac magis a sole induruerit, fuscam evadere: hanc vero ex rufo nigricantem esse.

[28] Hunc modum tradit *Galenus* loco paulo ante allegato.

[29] Animadv. in Garciam ab Orta. cap. iv.

tiores idcirco illos sarcasmo *Poussi*: contra pauperes, divites *affionios* appellitare; quia hi *affion*, vel, *ambion*, quod idem, ac si Latini dixeritis Opium sincerum, usurpent frequentissime. Cui diuturnitate temporis Ægyptii adeo afcunt, velut Prosper Alpinus auctor est³⁰, ut ejus vel trium drachmarum pondus aliqui devorare audent. Ab assumpto autem *ambion* locorum Orientalium incolae, praeterea narrare pergit, duarum horarum spatio hilarescere, fierique promptiores ad munera obeunda; maxime vero ad bellum, & ad Venerem³¹. Atqui ego mecum modo memoratum reputans, in ista sum sententia, quod sincerum opium, quod e papaveris fauciati stillantibus lachrymis fit, ubi justo pondere assumptum, congruat de qualitate cum pharmaco Helenæ: privatim vero, si eidem nonnihil rei, vim soporiferam ejus corrigentis, adjunctum fuerit. Nolim istud, quod seplasiæ opii nomine venit, quodque veterum meconium est, hac nominatione dignum esse. Nam id illo, e lachrymis originem ducente, vilius est virtute; ac potius soporem, quam lætitiā affert. Interea tamen non inficias ibo, aliquantum convenire utrumque inter se. Si quidem Experientia docuit, complures etiam meconium, & id quidem magna quantitate, devorare: praesertim eos, qui hoc frequenter ac assidue usi sunt, citra ullam somni invasionem, vigiles hilaresque ab ejus usione fieri. Verumtamen, quoniam nobis inolevit natura, ut potioribus exemplis probationem rei incertæ confirmemus: manifestum est, opium, quod apud nostrates in usu sæpissime est, homines potissime somniculosos: atque inquietos, efficere tranquillos; per raro contra hilares, ac vigiles. Igitur priori, ut sententiam paulo ante prolatam repetam, laudes Nepenthis, reor, esse adscribendas. Namque, ut ex relatione auctorum, Orientis memorabilia narrantium, comperi, homines istic locorum

[30] Libr. IV. cap. I. de Medic. Æ- [31] Hujus gratia vide etiam. Jul. Scalig. de subtil. exercit. CLXV. §. I.

[32]

rum longa annorum serie solitos fuisse sincerum opium, singulis subinde diebus, usurpare, non ad morbos, non ad dolores profligandos solum; sed ad magnanimitatem, ad hilaritatem, procreandam quoque³². Præter hæc, quoniam non assuetis exigua primum particula offertur, persuasum mihi habeo, id de virtute convenire cum Nepenthe Homericæ. Etenim vero quadantenus simile est, Helenam non magnam medicamenti molem, non pulverem plantæ cujuspiam vino immiscuisse: ingratum alioquin, fastidiosumque id ipsum, ad bibendum fuisset convivis; sed tantulum medicamenti, tam admirabilem incredibilemque Telemacho effectum inducentis, granum sumpsisse, & cum vino temperatum ad epotandum dedisse. Quale jam putetis magis aptum, quam papaveris lachrymas a Sole induratas; quarum paucula grana illarum insuetis sufficiunt ad tam mirum effectum ciendum: vel, si non purum putum opium fuerit, existimo id medicamentum quoddam compositum fuisse; cujus tamen præcipuum, quod tam præclari effectus auctor, opium fuit: cætera autem huic fuisse addita vim soporiferam corrigendi gratia. Sed, ut nascitur, non sine spinis rosa, non sine scoris aurum, non sine palca granum; sic etiam nostrum assertum suam habet spinam, scoriâ, palcam; quæ eximi, exuri, excuti:

[32] Voyez les Voyages du Thevenot part. III. livr. II. chap. x. & Kæmpferum loco paulo ante citato, ubi etiam tradit varias Persarum rationes ex opio seu pilulas, seu pastillos, seu electuaria conficiendi additione variorum aromatum, vel croci & ambrae. Inter omnis generis ex opio compositiones excellere, quam inventori *Hajdem begi* referunt acceptam: hanc enim animum capientis miro perfundere gaudio & voluptate, magicis ideis cerebrum demulcendo. Addit auctor Pharmacopœæ Persicæ pag. 367. *Novi hominem gravem ex nostratibus, qui bolom medico hujus*

electuarii ad experimentum hausso, continuo per duas horas ad risus impetus cogebatur, involuntarie loquebatur, loco directi incessus, cursum moliebatur retrogradum, identidem vero hinc inde transseuntia spectra conspiciebat, & sciomachiam, aliosque satyricos effectus in se sentiebat, circa noxam virumque dispendium. Et Persæ crebro utuntur portione *Kokuar*, e cortice papaveris facta, ad animum exhilarandum, quam tamen, quoniam corpus debilitat, stupidumque efficit, Rex *Abbas* prohibuit, teste *Piedro della Valle* itiner. part. IV. cap. XI.

Gggg 3

[33]

cuti : & suum adversarium , qui confutari debet. Is autem fortasse mihi objiciet , si opium fuisset celeberrimum Helenæ Nepenthes , veteres procul dubio ejus mentionem fecissent : quippe ejus naturam satis perspectam habebant. Posthæc ab ejus usu homines plerumque dormiturire : nequaquam itaque aptos ad tam diurnam rerum gestarum narrationis auditionem : & denique saporis id nauseosi esse , ut possit cuiquam delicato offerri ; concludere ergo se non sine ratione , putabit , opium non fuisse laudatissimum Helenæ medicamentum. Equidem nodum hunc quodammodo intritum , verum non Gordium , autumo , ut opus sit vel Oedipo , qui objectionem dissolvat ; vel Alexandro , qui perplexos illius nexus dissecet. Perpendite enim. A. H. , ut primum objectum dissolvam , contingere non modo in Medicina ; verum etiam in cæteris omnis generis opificiis , ut hoc ævo res variæ admodum sint in usu : & tamen non omnes Medici , vel artifices promiscue ejusmodi , quamquam communes & vulgares sint , conficere calleant ; aut ad minimum , quibus ex rebus componantur , cognitæ habeant. Exempli causâ. Nitrum veterum unus quisque medicorum fere tunc temporis noverat : hodie vero vix decimus quisque hîscere audeat , sibi id perspectum esse aliquatenus. Quin etiam purpura , ex certa concharum specie desumpta , olim erat notissima : at hoc tempore eadem ignotissima est. Quid dicam de vitri rubicundi conflatura , elapso novissime seculo , per totam propemodum Europam cognita , de qua hoc tempore ne vestigium quidem superest , qua ratione videlicet ista cuticula rubicunda vitro vulgari liquando superinducenda sit. Plura , quorum Panciorolus in peculiari de rebus perditis libro , mentionem facit , ne in rebus notis & pervulgatis multus & insolens sim , sciens prudensque præteribo & missa faciam. Sed hoc ostendere debeo , quemadmodum olim , ita etiam hoc tempore esse unum artificem , qui rem singularem a se inventam , solus aliis , qui ea indigent , impertiat. Quidni & idem olim usu veniebat ? Medicamentum , quod Poëta *κατ' ἐξοχήν* Nepenthes , i. e. delinimentum
ani-

animorum vocavit, fortassis toti Ægypto ratione virtutis cognitum erat: interim tamen sola Polydamna ejus confectioem sciebat. Hæc Regina istud fortean præparatum modo, cum subditis, qui eo indigerent, cumque hospitibus, muneris hospitalis loco, communicabat. Quin etiam eadem Polydamna compositionem tam celeberrimi medicamenti impartiebat suis, communicabatque cum proximis, ut ne gens humana tam laudatissimo privaretur remedio. Hoc factum fuisse constat ex ante citato Diodori Siculi loco, ubi memorat suo ævo, scilicet tempore Augusti, mulieres Diespolitidas etiam usurpassè tam præclarum doloris remedium. Præter hæc, quid Turcarum aliarumque Orientis gentium usitatissima *Maslach* & *Afferal* indicant aliud? quam apud ipsos etiam nunc divertere Homericum Nepenthes. De *Afferal* non gravemini audire eruditissimi Scaligeri sententiam. De Turcarum *Afferal*, scribit, hoc compertum habemus, prælium inituros ex eo vorare aliquantum, ex quo alacres ac periculorum evadunt contemptores³³. De *Maslach* autem Quacelbenus scribit³⁴, quod Mahomedani ob legem vino abstinentes, diversi generis compositiones, quas inter communissima est, quæ vulgo *Maslach* dicitur, excogitarint: quibus non dissimilem, ut alii vini potu, ebrietatis mentisque alienationem sibi inducere consueverint: atqui nec istam tantum, verum immanem aliquando insaniam; quam nunc ad ponendam animi mæstitiam, nunc ad fugiendum suborientem in rebus difficilibus pavorem, conducere opinentur³⁵.

Utri-

[33] J. Cæs. Scalig. exercit. cl. iv. Porro narrat inter Turcas esse aliquos, *Dervisi* appellatos: hos in conventibus annuis post ceremonias, & epulum esitare asferal: quod facere, ut lætitia atque gaudio exultent.

[34] In Epistola ad Matthiolum: & est prima libr. 111. Epistolar.

[35] Eadem fere habet *Thurnbeiferus* Hist. Plant. libr. 1. cap. xxix. pag.

116. de cervaria nigra, quam ab incolis Syriæ *Masz* appellati, ex ea primum succum, postea gummi parati, quod *Maszlach* dicit. Sed pag. 120. docet hanc a *Calepho Characteri* traditam *Maszlachi* confectioem. E semine cervariæ nigre maturo & tuso, ut pharmacopœorum moris est, oleum exprimitur: e radicibus recentibus itidem succus exprimitur: herba vero & flores aquæ de-

Utrilibet autem compositioni nonnihil opii adjungi, atque id tam stupendæ virtutis, auctorem esse, pauci sunt, qui addubitant. Literis quidem Sinapius aliorum opiniones prodidit: materiam scilicet ipsius *Afferal* esse folia plantæ, cannabi forma quodammodo similis: cujus quoque semen fere cannabino non dissimile; præterquam quod minus, nec tam candidum, sit. Ex ejus foliis, in pulverem redactis, aqua interveniente, fieri pastillos; quibus postea homines vesci solere ad conciliandam sibi ebrietatem, ac dulcem quandam mentis peregrinationem: semen vero cum foliis Indos devorare, ut in *Venerem* procliviores essent. Quantum vero ad *Maslach* attinet: idem auctor scribit, id ex planta aliqua, quam Herbarii nostri cervariam appellant, confici¹⁶. Sed, quin

coquantur, quorum decocto, ubi refrigerit, solet materia lenta supernare: cujus sumunt portiones tres, succi e radice duas, & olei unam: hæc mixta vasi amplo indita in sole exponunt, ut denseantur, & tandem instar gummi durefcant. *Atque hoc perhibetur esse gummi Maslach*, (subjungit Thurnhellerus, cujus usus apud Turcas est frequens; sed notitia ortus & modus, quo paratur, exceptis sacerdotibus, paucis admodum perspicitur.) Ergo incerta sunt, quæ auctor de hoc gummi literis prodidit, præterquam quod ipsum sacerdos aliquis modum docuisset.

[36] Vide ejus tractat. de remed. dolor. cap. iv. §. 9. & cap. v. §. 8. Præter dicta memorat *Prosp. Alpin.* libr. 4. cap. 11. *Ægyptiis* esse electuarium, ex proximis Indiis allatum, *Bernavi* vocatum; quo eos uti ad visiones concitandas. Capere etiam *Affis*, quod nihil aliud esse, quam pulverem, ex cannabis foliis paratum, quem cum aqua dulci mistum eos in massam redigere: hinc ejus capere quinque bolos, vel & plures, magnitudine castanæ:

a quibus tunc fieri, quasi ebrii ac amentes, imo in ecstasi, essent: & sic eos desideratis istiusmodi visionibus mire oblectare se. *Bosa* idem, & plus, quam *Affis*, præstare dicunt. Hanc e farina lolii, & semine cannabis & aqua, invicem in massam subactis componi. *Bernavi* electuarium, in proximæ Indiæ locis parari: ejus compositionem *Ægyptios* ignorare. Si quis ejus unciam assumpserit, eum tum primo incipere hilarescere, garrere multa, amatoria canere, ridere multum, aliaque lata deliramenta prodere. Verum elapsa circiter hora, eum fieri iracundum, atrocem, effrenemque, in quo statu eum parumper perisilire, postea vero eum occipere adeo tristari, tantoque & timore angri, ut necesse ipsi sit continuo plorare, lamentari. Fessum denique tot delirationibus somnum corripere, sicque pristinam sanitatem recuperare. Et *Kampferus* amcenit. exotic. fascic. 111. pag. 650. scribit, apud Indos jam in usu esse electuarium Magicum, ad cujus compositionem capiunt semen *Daturæ*, succum

quin error hic subsit, nullus dubito. Nam planta hujusmodi, quod plurimi experti sunt, effœtas, respectu genuini opii,

haccum papaveris, *afuum* dictum, polinem cannabis *Tijers* aliaque ex phytologia venenata, pro vario affectu, quem pharmacopœus concitare desiderat, additis aromatibus, quæ ferociam corrigant, & vitales spiritus manducantis roborent. pag. 652. narrat se cum aliis sociis a *Benjano* convivio exceptum fuisse, & inter epulandum eleſtuarii inebriantis bolum a *Benjano*, singulis convivis, excepto *Verdunckio*, datum devorasse. Quid sit, narrando pergit D. Kæmpferus, *persusi & repleti sumus, quotquot Nepenthe lactati, gaudio quodam inexplicabili, quali me n inquam in vita affectum memini. Nec aliud toxico illo delibutis licuit, quam amplexus miscere, loqui parcissime, arridere alloquentibus, & cahinnis se invicem laceſſere. Soluti sub noctem convivio, ubi equos conscenderamus, virtus pharmaci, quasi mutata scena, alia cerebris nostris creavit phantasmata. Haud enim aliter nobis visi fuimus, quam cum Pegasi volatu per nubes & irides ferri, lucida elegantissimorum colorum specie undiquaque observante oculis nostris. Appulsi domum & cœna, qua nos expectaverat, accumbere iusti, quicquid quisque ante se invenit, capimus appetitu lupino, & ciborum qualiumcumque sapore ita oblectamur, ut cum Diis ipsis cœnare nobis videremur. Postridie, gravado, qualiter solet post crapulam, nulla cerebrum infestavit, sed discussis somno vaporibus, in statum suum restituta est ratio & optime habuimus, & memores fuimus rerum pridie gestarum. En medicamentum, quod de virtute convenit maxime cum Nepenthe Homerit. Quantum vero attinet plantam, quam Indi *Bangi*, Arabes *Axis*, Persæ &*

Decanini Bangue, & Turcæ *Asarath* vocant, est ea species cannabis. In hort. Malab. tom. x. pag. 119. & seq. duæ species describuntur, quarum altera quinque folia & florifera *Kalengi canjara*, altera trifolia sine floribus femina gerens *Tjerucansjara* dicitur. Christoph. Acoſta della Hist. &c. cap. LXX. posteriorem descripsit, & tradit caules hujus non adeo cavos esse, ut cannabis; & semen non adeo album & multo minus, quam cannabis esse. La gente Indiana, scribit, *mangi a di questa semenza, & delle foglie per ajutarla nell'atto Venereo, & per accrescer l'appetito di mangiare. Fasse di questo Bangue una compositione, la quale è molto ordinaria tra quelli genti, per diversi effetti; perchè alcuni la prende per iscordarsi i suoi travagli, & dormire senza pensiero; altri per dilettarsi dormendo in varietà di sogni & illusioni; altri per esser ebbri, & gratiosi parafiti; altri per l'effetto delle donne. Preparano il Bangue a questo modo; prendono della semenza & foglie del Bangue, fatto in polvere quel che vogliono; & gli pongono *Areca verda*, ch'è nocella Indiana, & dell' opio piu o meno secondo il lor volere, & lo prendono con zucchero: & se si vogliono dilettare in varietà di sogni, aggiungono a questa compositione camfora della buona, garofoli, noce moscata & macis. Et per allegrare & far star di buona voglia, & principalmente per far li ben potenti con donne, aggiungono ambra & muschio & con zucchero fanno il lor ellettuario. Kæmpferus compertum habebat Bangue, quod e femine ex India in Persidem misso & lato crevit veram cannabin fuisse &c, non a nostrate diversam. Nec habuisse*

H h h

e juf

habet vires : Ideoque nullum mihi dubium est , quin potissima istarum regionum pars hominum confectiois *Maflach*, juxta & *Afferal* ignara sit : & ii, qui eam callent , in eam inquirentibus , vel de dictis se interrogantibus , verba dederint tantum. Secreta enim apud ipsos , quantumvis usu notissima , dictorum confectio est ; & pauci sunt , sicuti hoc ex relatione aliorum didici , qui probam vendant mercem. Cæterum opii præcellentissimas quasque virtutes Medici & antiqui admirati sunt , & recentiores. Hinc inde tam plures inveniuntur compositiones , in quas id , tanquam præcipuum constituens , considerandum venit. Quas præclaras dotes haberent ? Quæ egregia facinora præstarent , tam longa seculorum serie notissima Theriaca atque Mithridatium ? Quid Athanasia ? Quid Philonium ? & sexcenta alia ? Intrinsecus , forinsecus , quoquo pacto velitis , opium ex omnibus medicamentis Princeps est. Et , si vobiscum fermocinari posset , vos sine dubio ita alloqueretur. Ego opium ex divina mihi concessa potestate mira , mira inquam ac præclara , intellectu prope humano non assequenda , perficio facinora. Anxii & tristes pariter ut hilarescant , auctor sum. Inquietos ac vigiles pacatos efficio , ut placidissime obdormiscant : atque curo , ut membra cura , labore , vigiliisque fessa , requiete dulcissima fruiscantur. Oblivionem ad tempus induco rerum , quæ vos affligerunt , ut posthac sitis idonei ad extricandum vos hisce afflictionibus. Reliqua , ut vobis ne habeat gloriosum , silentio præteribo. Tamen id vos verbulo admonuisse fas ac æquum duxi. Nimirum , ut opportuno tempore auxilium de me petatis : neque hoc assatum ,

sed

ejusmodi efficientiam , qualem eam , quam fert India , aut quæ colitur in *Komarah* , aut *Luristana* , aut quibusdam aliis Persiæ regionibus. Persuadissimum itaque habet *Banguæ* acceptam virtutem debere cælo diversitateque soli. Semen *Sjadonehs* pollen flosculorum *Tsjers* , & folia *Bang* vocari , atque ex his varias compositiones fieri. Et *Kampsi-*

rus & auctor pharmacop. Persiæ con-
jectant *Banguæ* esse Theombrotion Plinii ,
quam plantam libr. xxv. cap. xvi. scribit ,
xxx. schœnis a Choaspe nasci , pavonis
picturis similem , odore eximio.
Hanc autem a Regibus Persarum comedi
aut bibi contra omnia corporum in-
commoda instabilitatemque mentis :
eamdem semnon a potentia majestate
appellari.

[37]

sed parce a me expectetis : cæteroquin inexorabilis Atropos stamen vitæ vestræ, quod tamen maximo mihi dolori esset futurum, secabit; ita, ut non possitis, quin soporem dormiatis lethalem. Quæ cum ita se habeant, A. D. neminem vestrum esse opinor, qui non persuasum sibi habeat planissime, opium solum convenire cum Nepenthe de potentia, atque vi admirandos affectus perpetrandi. Opio soli, inquam, competunt fere omnes, quas Poëta venustissimo carmine exaggeravit, virtutes. Verum tamen duo adhuc levioris momenti restant adversariorum objectus refutandi : nempe opio proprium esse, ut somnum conciliet: quod si ita se habeat, oblivisci tunc quidem eo utentes rerum tristium, concedunt, sed urgent, eos tum evadi ineptos ad auscultandum alterius dicta; concludunt ideo Nepenthes non ipsum opium, multo minus ejus particeps fuisse. Verum hi responsum sibi habeant, opium sincerum, a Meconio, quod Medicinæ rudes vulgo opium nominant, magnis distinctum esse intervallis. Genuinum quidem, non diffiteor, usurpanti somnum inducere: sed non tam citum nec tam profundum, quemadmodum Meconium solenne habet; verum is somnus invadit hominem aliquot horas post opii assumptionem. Deinde & climatum cœli est ratio habenda: Asclepiadæ enim artis filii compertum jam pridem habent opium, quod non modo id ipsum, verum etiam cuncta ex hoc parata facilius, & minori pondere data, crassum aërem incolentes, quam contra, somnulosos efficiant homines; atque alias, sibi proprias, edere operationes soleant. Et, quoniam in plaga Orientali inhabitantes, subtiliori omnium humorum, vel spirituum, dotati sunt temperatura; non admirationem meretur. quare non tam facile id ipsum opium apud illos, quam apud nostrates, crassiorem auram incolentes, funesta exhibeat exempla. Tandem, ut ultimam objectionem leviter attingam, opii sapor in amaritudinem vergens, non adeo ingratus est, ut assumentibus fastidium ingens excitet: plerorumque quippe adulatorum hominum natura appetit res amaras potius,

H h h h 2

quam

quam dulces : vel alius generis sapore præditas. Quid? quod granum unum atque alterum infuetis, vini sufficienti portioni immixtum, non usque adeo gustus sensum est pote offendere, ut semel ebibi non possit : vel, si in pastillos efformatum, velut *Mastich*, ut non citra nauseam unus atque alter masticari, vel integer devorari possit. Sed oportet, ut vela contraham. Sentio enim me in altum æquor abduci, ac vereor, ne jam longius, quam animo proposueram provectus sim. Linguæ itaque cursum inhibeam, optimum est, meque recipiam in portum : siquidem susceptum definitumque iter confeci. Indicavi namque laudatissimum Homericæ Helenæ, quantovis tum animi tum corporis dolores auferens, remedium. Utinam Medici conveniente tempore debitum pondus ægrotis exhibendi modum callerent ! Liberaretur sane gens humana pluribus ærumnis, quibus calamitose subinde & omni modo excruciat, O Pharmacum pretiosissimum, omnique laude dignissimum ! ab omnibus, qui acerbissimo animi sensu & dolore conficiuntur, omnino expectandum. Agite igitur Æsculapii filii, commilitones optatissimi, omni ope omnique opera connitamur atque elaboremus, ut tam præclari remedii cognitionem teneamus.

Et te, studiosa juvenus, etiam atque etiam adhortamur, ut non vitam silentio, sicuti pecora, transigatis : neque sitis similes istis adolescentibus, de quibus Marcus Seneca³⁷ querimoniam olim habuit. Torpent ecce, queritur, ingenia desidiosæ juventutis, nec in ullius honestæ rei labore vigiletur. Somnus languorque, ac somno & languore turpior, malarum rerum industria, invasit animos. Cantandi saltandique nunc obscena studia effœminatos tenent : & capillum frangere, & ad muliebres blanditias vocem extenuare, & immundissimis se excolere munditiis, nostrorum adolescentum specimen est. Non sic de vobis, faxis studiosa juven-
ta,

[37] *Controversiar.* libr. I. in præf.

[38]

ra, ut vel parentes, vel amici, vel præceptores querantur. Non modo hi, sed & ipsa patria, admonet vos curantiæ, diligentiaque in literarum studia; nec non vestrum implorat auxilium, ut ipsi tandem aliquando ex usu sis. Neminem vestrum præterire, autumo, quod encomium, Tullius Oratorum lumen, literarum studiis tribuit. Quod si non hic, ait, ³⁸ tantus fructus ostenderetur: & si ex his studiis delectatio sola peteretur: tamen, ut opinor, hanc animi remissionem, humanissimam ac liberalissimam judicaretis. Nam ceteræ neque temporum sunt, neque ætatum omnium, neque locorum. Sed hæc studia adolescentiam alunt, senectutem oblectant, secundas res ornant: adversis perfugium ac solatium præbent, delectant domi, non impediunt foris, pernoctant nobiscum, peregrinantur, rusticantur. Ergo igitur, Juvenes doctissimi, ut vos vestra industria scientiam, & gloriam consequamini, omnem movete lapidem. Imitemini melligeras apes, quæ primo diluculo ex apiario abeunt, excedunt, evadunt, erumpunt, mella de floribus carpunt, colligunt: & quicquid attulere, disponunt, ac per favos digerunt ³⁹. Ita etiam vos Juvenes doctissimi, quicquid eruditionis primo vestræ juventutis diluculo collegeritis ac recondideritis, hoc deinde senectute confecti non modo in Patria; verum etiam ubique gentium ad gratiam fruimini. Pergrite itaque, ut facitis adolescentes, atque in id studium, in quo estis, incumbite, ut & vobis honori, & amicis utilitati, & Reip. emolumento esse possitis.

Vobis denique, Patres Nobilissimi & Amplissimi, Academiæ hujus curatoribus atque nutritoribus benevolentissimis, quas referam gratias, quod me peregrinum, quamquam vestro favore juxta & benevolentia indignum, honorificentissime tamen tractastis: ac mihi primum Provinciam mandastis Chemiam publice profitendi. Eadem conditio est mea, ut quondam
Æschi-

[38] Oration. xxvi. pro Archia
poëta.

[39] Ita *Seneca* fere in Epistol. lxxxiv.

Æschinis. Is erat pauper auditor Socratis. Et cum Socrati multa multi pro suis quisque facultatibus offerrent. Ille nihil, inquit, dignum te, quod dare tibi possum, invenio: & hoc modo pauperem me esse sentio. Itaque dono tibi, quod unum habeo, me ipsum. Hoc munus rogo qualecunque est, boni consulas, cogitesque alios cum multum tibi darent, plus sibi reliquisse⁴⁰. Et ego, Patres Amplissimi, præter me nihil habeo. Ego me Vobis offero, ego Vos demississime atque subjectissime rogo, ut hoc qualecunque munus accipere non dedignemini. Quantum ad me spectat, operam dabo jugiter, ut Vos non pœniteat tale munus accepisse.

Et vestram fidem Clarissimi cunctarum Disciplinarum Professores, Academiae hujus multæ celeberrimæ lumina, amici exoptatissimi, obtestor: ut, quemadmodum novenos propemodum annos vestram omnium fere expertus sum benevolentiam & favorem, me his insuper perfrui, concedatis. Quod ad me pertinet, indefessio studio ad promerendam consortionem vestram adnitar. Enimvero hac mihi nihil acceptius est, & hoc in universo nihil carius.

Faxit cæterum Deus. O. M. ut fausta omnia Belgio foederato eveniant, propulsetur hostis finibus nostris quam longissime. Redeat Pax artium altrix, atque diu diuque in hisce terrarum oris diversetur, ut harum incolæ ætatem in tranquillitate degant diutissime.

[40] Hæc *Seneca* libr. 1. de benefic. cap. viii.

F I N I S.



I N.

I N D E X I.

Auctorum, quorum sectam atque institutionem persecuti, vel quorum auctoritate ad probandum ea, quae in hoc volumine attulimus, usi sumus.

A.

A *Bhen Guesit.* 302. ad 304.
Abul Pharajus 327. 331.
Acofta Christoph. 602. 609.
Actuarius. 98. 209. usque ad 294.
Agineta 76. 84. 116. 118. seq. 199. 285. 324.
Alianus a 4. ad 6. 8. 14. 20. 600.
Aetius 10. 55. 76. 84. 116. seq. 156. 166. 192. 230. 241. usque 244. 281. 285. 324. ad 326.
Alberti 179.
Alchindus 300. ad 302.
Alpinus 145. 327. 604. 608.
Alsharavius 304. seq.
Andry 45. 129. 558. usque ad 563.
Annius Viterbiensis 91.
Anonymus vitæ Homeri auctor 596.
Aniillus 113. usque 115.
Apollodorus 6. 22.
Apona 316.
Apulejus 31. 320.
Archigenes 241. seq.
Aræteus 47. 69. 234. seq.

Aristoteles 22. 28. 30. 42. ad 44. 53. 56. 62. 86. 125. ad 127. 185. 195. 325.
Arrianus 4.
Asclepiades 217. usque ad 231.
Athenæus 3. 14. 46. 124. 196. 202. 394. 598.
Avenzoar. 299.
Averrhois 308.
Avicenna 29. seq. 50. 53. 59. 86. 97. 296. usque ad 299.
Aufonius 25.

B.

Baccius 115. 122.
Baglivus 47. 76. 505. 510. seq. 513. ad 515. 518. 532. seq. 542. 560. usque 563.
Ballonius 104.
Bartholinus 64. 95.
Basilii Valentinus 34.
Bellinus 509. seq. 512. 516. seq. 520. seq. 524. 528. 531. seq. 563. 568.
Bergerus 63. 525.
Bethem 109.
Bibliotheca novissima 330. 364.
Bitiscus 366.
Boemius 334. usque ad 362.

Boer-

INDEX I. AUCTORUM.

- Boerhave* 64. 510. seq. 517. 523. ad 525. 528. ad 531. 533. 537. seq. 542. ad 544. 551.
Bobnius 63.
Bontekoe 63.
Bontius 603.
Borellus 104. 508. 516. seq. 520. seq. 523. 525. 528. 531. 538. 546. 567.
Borrichius 364.
Boyle 64.
Bristotus 192. & deinceps.
Broekhusius 504. seq.
Bruno 156.
- C.
- Callimachus* 3.
Campanella, a 432. ad 450.
Cardanus 108.
Careri 76.
Carrichterius 109.
Cartesius 46.
Cassiodorus 19.
Cassius 502.
Cato 80. 92.
Cellarius 106.
Celsus 2. 7. 19. 21. 24. ad 26. 39. 55. 57. 59. 68. 73. 115. seq. 119. ad 122. 127. 133. 136. 141. seq. 144. seq. 148. 155. seq. 161. 146. seq. 177. 181. 201. 204. 209. 211. 213. 217. 220. 222. 224. 226. usque ad 231. 501.
Censorinus 44. 321.
Chalcidius 127.
Chrysippus 209. seq.
Cicero 2. 5. 13. 28. 30. usque 33. 36. 41. 86. 90. 95. 102. seq. 144. 217. 243. 365. 396. 501. 558. 613.
Clemens Alexandrinus 320.
Clemens Romanus 91.
Cleopatra 155. 157.
Clericus 126. 145. 194.
Cleyerus 335. usque ad 363.
Coelius Aurelianus 33. 38. 47. 59. 61. 68. 73. 116. 242. seq. 150. 153. ad 156. 158. usque ad 162. 184. 201. 203. ad 205. 213. seq. 218. 220. 222 usque 227. 229 seq. 240. 267.
Confucius 33. 334.
Conringius 136. 365.
Constantinus Afer 311. usque ad 315.
Corpus juris 15. 17. 501.
Couplet 334.
Craanen 504.
Crollius 94. 405. usque 410.
Cyrtius 14.
Cyprianus. Ernst-Salomon 432.
Cyrillus 6.
- D.
- Dapper*. 330.
- Da.*

Daviffonius 404.
Del Rio 91.
Diocles 298. ad 201.
Diodorus Siculus 4. 7. 14. 125.
 320. 324. *seq.* 364. 596.
Diogenes Laërtius 19. 21. 27.
 33. 38. 42. *seq.* 48. 66. 90.
 126. *seq.* 163. *seq.* 169. 209.
seq. 232. 320.
Dion Cassius 16. 73. 121. 122.
Dionysius Aëgeus 244. ad 246.
Dioscorides 150. 157. 201. 214.
 600. 603.
Donatus 4.
Du Val 432.

E.

Elluchafes 308.
Epiphanius 33. 455.
Erasistratus 210. *usque ad* 217.
Erasius 29. 365.
Eratosthenes 7.
Etmullerus 95. 549.
Eunapius 282.
Eusebius 30. 31. 33. 91. 103.
 108.

F.

Fagon 129.
Fernelius 29. 87. 317.
Firmicus 96. ad 98. 105. ad
 107. 321. *seq.*
Flud a Fluctibus 454. *usque ad*

476.
Frindius 519. 534. 549. *seq.*
 554. 556.
Fuchsius 29.

G.

Gafferellus 106.
Galenus 6. *seq.* 9. *seq.* 13. 17.
 22. ad 24. 26. *seq.* 30. ad
 33. 37. ad 39. 42. ad 44.
 46. 48. *seq.* 51. 53. 55. 57.
 ad 59. 62. *seq.* 66. *usque* 69.
 84. ad 86. 93. 97. 104. *seq.*
 109. 112. ad 114. 116. *seq.*
 119. ad 124. 128. 135. *usque*
 ad 143. 145. *usque* 152.
 154. 156. *seq.* 160. *seq.* 164.
 168. 171. 176. 182. *seq.* 186.
 ad 190. 192. *seq.* 198. 200.
 ad 216. 218. 220. 222. 224.
 227. 232. ad 234. 240. *et*
deinceps ad 243. 246. *usque*
 276. 323. ad 325. 501. 598.
 601. 603.
Gariopontus 315.
Gellius 41. 62. 199. 211. 322.
Gesnerus 279.
Glissonius 74.
Gravesande 545.
Gaülielminus 533.

H.

Haly Abbas 300.

Iiii Har-

618 INDEX I. AUCTORUM.

- Harvæus* 44. 567.
Harwig 94.
Hartsoeker 46. 100.
Helmontius 46. seq. 63. 95. 413.
 usque 432.
Heraclitus 7. 47.
à Herbelot 5. 26. 90. seq.
 165. 194.
Hermannus 602.
Hermes 108.
Herodotus 11. ad 13. 125. 323.
 seq. 326.
Herophilus 203. ad 205.
Hesychius 31. 196.
Hippocrates 21. seq. 36. 38. 41.
 ad 43. 48. 52. 54. 56. 62.
 66. 103. seq. 111. 126. 131.
 163. usque ad 181. 196. 219.
 501.
Hofmannus Frid F. 39. 48. 67.
 seq. 71. 505. 509. 511. 516.
 523. 525. seq. 529. 533. seq.
 536. ad 538. 540. seq. 552.
Hoffmannus Joh. Jacobus 500.
Homerus 4. seq. 30. 593.
Horatianus 43. 199. seq. 310.
Horatius 60. 598.
Hortus Malabaricus 328. 602.
 609.
Horus Apollo 320. usque ad
 323.
Hottingerus 90.
Hugenius 100. 545.
Hyde 30. 90. 364.
Hyginus 3. seq. 7. 13. 592.
- I.
- Jamblichus* 10. 20. 32.
Johnstonius 103.
Josephus Fl. 108.
Pouberius 115. 122.
Isaacus Israëlita 309.
Isidorus 15. 20. seq. 115.
Isocrates 323.
Iustinus 91.
- K.
- Kempferus* 334. 603. 605. 608.
 seq.
Kircherus 475.
- L.
- Lactantius* 5. 6. 47.
Langius 110. 121.
Leeuwenhoek 45.
Leonides 240.
Linschoten 602.
Loubere 107. 331. 365.
Lubinus 163.
Lucianus 95. 99. 112. seq. 115.
Lucretius 33.
- M.
- Macrobius* 41. 62. 199. 322.
 594. seq.
Majorow 239.
Manardus 110.
Mandelslo 602.

Mapo

224. seq. 230. 321 324. 596.
 seq. 599. seq. 601. seq. 609.
Plinius Junior 121.
Plinius suppositus 311.
Plucknetus 602.
Plutarchus 4. ad 6. 11. 14.
 21. 23. 29. ad 33. 37. 43.
 46. ad 48. 59. 61. 73. 76.
 79. 91. 182. 186. 200. 213.
 221. 279. 320. 324. 327.
 396. 454. 595. & deinceps.
Polybius 198.
Porphyrius 20.
Praxagoras 202. seq.
Priscianus Theod. 155. 157.
Ptolemæus 100. 104. seq. 108.

Q

Quacelbenus 607.
Quintus Serenus 8. 310.

R.

a Rejes 120.
Reyberus 500.
Rhafis 295. 314.
ren Rbyne 333.
Riolanus 126.
Rocheport 122. 221.
Rogertsius 450. usque ad 454.
Rolfincius 108.
Ruellius 8.
Ruffus 203.

S.

Sanctorius 539.
Scaliger Jul. Cæs. 604. 607.
Scapula 123. 156.
Scheunemannus 410. usque 412.
Schroderus 110.
Scribonius Largus 77. seq. 226.
 228.
Seneca 12. 30. 75. 121. 321.
 612. usque ad 614.
Sennertus 49. 74. 87. 191. 319.
 365.
Serapio 309.
Servius 6. seq. 13. 30. seq. 592.
Severinus 398. usque 404.
Sextus Empiricus 7. 23. 29. 31.
 ad 33. 61. 96. 103. 136.
 146. 153. 218.
Sinapius 608.
Sloane 64.
Soranus 166. 198. 281. seq.
Stabius a 571. ad 591.
Steno 516.
Stobæus 30. ad 32. 38. 66. 200.
 219.
Strabo 8. usque ad 11. 20. seq.
Sturmius 535.
Suetonius 15.
Suidas 4. 90. 166. 594.
Sylvius del boe 482. usque 487.
Syncellus 91. 320. 325. 364.

T.

Tacitus 16.

Tacke-

<i>Tackenius</i> 477. ad 480.	<i>della Valle</i> 605.
<i>Taisnierius</i> 104. 108.	<i>Vallesius</i> 84. seq.
<i>Tertullianus</i> 127.	<i>Vegetius</i> 155.
<i>Theodorus</i> 311.	<i>Viruvius</i> 29. ad 31. 121.
<i>Theophilus</i> 277. seq.	
<i>Theophrastus</i> 62. 89. 196. 280. 396. 504. 600.	W.
<i>Thevenot</i> 605.	<i>Waldschmidius</i> 23. 504.
<i>Thomsonius</i> 528. 530. seq. 533. 540. 544. 550. 553. seq. 556.	<i>Wallenius</i> 567.
<i>Thonerus</i> 103.	<i>Welfchius</i> 76. 104.
<i>Thucydides</i> 73.	<i>Willisius</i> 488. usque ad 499.
<i>Thurnbeiser</i> 607.	<i>Wirdigius</i> 236. ad 238.
<i>Timeus Locrus</i> 32.	X.
<i>Tomasinus</i> 9.	
<i>Trallianus Alex.</i> 93. 157. 286. seq.	<i>Xenophon</i> 4. 13. 103.
<i>Tzetzes</i> 5. 6. 13. 593.	Z.
V.	
<i>Valentinus</i> 23.	<i>Zabel</i> 109.



INDEX II.

RERUM MEMORABILIUM

A.

A *Baddon* dæmonum malevolentissimus 462.
 Abscessus variū quare exoriantur 309.
 Abditarum rerum investigatio nume medico necessaria 144.
Abbenuefit placita 302.
 Absinthio quotenis morbis *Paracelsus* medicinam attulerit 396.
 Abstinentiæ duo genera 228.
 Acari 562.
 Accidens vel symptoma quid 150.
 Accidentium signa quod 304.
Achilles Medicinæ peritus 4.
 — pestis causam Solem statuit 5.
 Acidi & *alkali* efficientia 478.
 Acidis spiribus intelligentiam quandam tribuit *Tackenius* 478.
 Acido est quedam anima 478.
 Acidum ad varias partes admissum qualesnam morbos efficiat 481.
 — constat ex anima & spiritu 479.
 — cum aqua constituit fermentum rerum vitale 477.
 — extra ventriculum est noxium, & quæ mala corpori inferat 419.
 — facit ad ciborum digestionem 418.
 — non gignitur in corpore, sed in glandulis ab aliis rebus separa-

tur 486.
 Acidum & *Alkali* sibi mutuo appetunt 479.
 — & viscidum morborum causa 482.
 — hypochondriacorum quænam emendent 481.
 — sanguini arteriarum inest 486.
 Acrimonix vocabulum varias res significat 132.
 Acor ubi potissimum in homine 375.
Acron peltem arcuit rogo incenso 166.
 Actio quid 252. 58. 254.
 Actiones naturales quæ 57.
Aluarii placita 290. & *deinceps*.
 Actus & motus omnis unde proveniant 470.
 — fermentandi, effervescenti, putrefaciendi &c. auctor quis 503.
Adamicorum natura. 369.
 non *Adamici*, qui à Paracelso dicantur. 369.
 Adolescentum Romanorum mores pravi 612.
 Adstrictio quid ad mentem Methodicorum 148.
 Adstringentibus utebantur methodici in principio morbi 159.
Aginete de scriptis iudicium 285.
 Aer cujus generis res produxit 368.
 — & aqua elementa primigenia 413.
 — num adminiculo pulmonum sanguis

- sanguini permisceatur. 524.
 Aërem quo modo Ægyptii veteres purgarunt 324.
 Aëris cum sanguine mixtio necessaria ad vitam 525.
 — potestas in corpus humanum 173.
 Aër sentit, ægrotat &c. 236.
 Æger quare non convalescat, octo rationes 409.
 Ægrotationis subjectum verum quod 582.
 Ægroti salutem quæ portendant 2.
 Ægrotos quædam nationes in plateis deponebant 11.
 Ægyptii Astronomiæ studiosi 103.
 — in Chirurgia inclyti 326.
 — herbas olim ad siderum constellationes colligebant 109.
 — medici ineptum de febris ratiocinium 326.
 — morbi eventum prædicturi astrorum situm contemplabantur 103.
 — plerarumque artium inventionem & perfectionem sibi tribuebant 319.
 — quomodo abhinc sexcentos annos febrem curabant 326.
 — veteres videntur partium hominis interiorum cognitionem habuisse 115.
 — quomodo a morbis præca-verint 324.
 Ægyptiorum de hominis concretione opinio 321.
 — de principiis rerum opinio 320.
 — medicina 319.
 — recentium de morbi causa opinio 227.
 — reges corpora mortuorum infecarunt 125.
 Ægyptiorum sacerdotes quibusnam rebus abstinebant 322.
 — quo pacto medicinam faciebant 323.
 Æsculapii discipuli 5.
 — de libro iudicium 194.
 — in templis tabulæ curationes ægrotorum continentes suspendebantur 8.
 — mythologia *ibid.*
 — parentes 6.
 — tres 5.
 Æsculapio templa apud varias gentes dicata 8.
 Æsculapium colebant veterinarii *ibid.*
 Æsculapius Chirurgiæ inventor 2.
 — febris correptus obiit 7.
 — fulmine percussus 5.
 — in Medicina celeberrimus 6.
 Æstus maris mira efficientia in *Brazilia* 98.
 Æther quo pacto in sanguine moveatur 539.
 Ætherem proprium res quælibet habet 504.
 Æthiopes quare celerius senescant 220.
 Ætii de libris iudicium 285.
 Affectionum animi fons 210.
 — sedes 47.
 Affectus capitis & arthritici vix inter se differunt 445.
 — omnimoda significatio 254.
 — omnis generis ab animæ brutæ flamma dependent 489.
 — origines 254.
 — vocabulo late utitur *Galenus* 256.
 Affectuum corporis præter naturam

- ram quot 254. 256.
 Affici & pati differentia 254.
Affion vel *ambion* quid? 604.
Affionii appellantur divites a pauperibus Indis, quando cum illis cavillantur ac jocantur 604.
 Agitatio celeris cum armatura, exercitii species 114.
Alcibindi placita 300.
Alcmæon num Anatomes inventor 127.
 Alexandria olim schola medicorum celeberrima 10.
Alexandri M. munificentia erga *Aristotelem* 124.
 Alimenta ejusdem bonitatis tellus quotannis non fert 469.
 — halitus forma per corpus distribuuntur 235.
 Alimentum est vapor 375.
 — quando ægro offerendum 228.
 Alimonii proprium 376.
 Alimonium cujusmodi sit? 375.
Alkali microcosmi differt ab *alkali macrocosmi* 487.
Alkali mutat acidum in falsum 479.
 — quid *Tackenio* 477.
Ali Ebno V'Abbas medicus clarus apud Persas 331.
 Allegoriam affectant *Chinenses* 352.
Al Maleci liber de Medicina apud Persas 331.
 Aloen quare noxiam ad lethargum judicavit *Soranus* 160.
 Alopecia quid significet 314.
Alsharavii placita 304.
Al Tamini medici Ægyptii laus 326.
 Alteratio quid 252.
 Alvi excretiones continuæ unde sint 270.
 — excretionis debitum tempus 278.
Ἀνοξιτισμός 113.
 Amarities ubi in homine 375.
Ambrem Ægyptiorum liber sacer de medicina 320.
 Ambulationum variae species 114.
 Amentia causa 351.
 — quinque species secundum opinionem *Chinensium* 351.
 Amor *heroes* quid? 380.
Amphionis efficientia 604.
 Amuleta ad peculiarem astrorum constellationem fiunt 109.
 Amuletis multum fudit *Trallianus* 287.
 — tribuit *Paracelsus* 380.
 Amuletum contra Podagram 288.
Ἀνύδωσις 211.
Analepsia quæ 315.
Analepticus circulus 158.
Analogismus quid 143.
 Anatarca causa 287.
Anastomatica quæ 267.
Anastomoseos ratione sanguis non transit ab arteriis ad venas 576.
Anastomosis qui contingat 267.
 Anatome num Clinico adeo necessaria, ut quidam putant 131.
 — pars princeps vel fundamentum Medicinæ 134.
 — per manus parentum liberis tradebatur 124.
 ex Anatome quænam medicus discere debeat 249.
 Anatome quænam ostendat 131. 132.
 de Anatome quinam primo scripserunt 124. *seq.*
 Anatome studium laboriosum 133.
 — ut ad mentem *Fagonis* instituenda 129.
 Anatomem quare aspernabantur *empirici* 140.

Ana-

- Anatomen quare *Cbineses* negligant 334.
 Anatomes vocabuli significatio 123. *seq.*
 ————— utilitas 128.
Anatomicorum supervacua diligentiam reprehendit *Galenus* 248.
 Anatomicus in quo differat a lanio vel coquo 130.
 D. *Andry* sententia de generatione & numero insectorum in corpore humano 558. & *deinceps.*
 ————— placita 558.
 Angeli homines *Chemiam* docuerunt 364.
 Angina ut incantamento tollenda 92.
 Anginæ causa 234.
 Angores in febribus unde oriuntur 566.
 Anima ad concupiscendum utitur spiritu naturali 291.
 ————— bestiarum e semine genitali 488.
 ————— ex quibus constat 488.
 ————— brutorum animalium est *igneæ* 489.
 ————— gubernat motus corporis vitales 578.
 ————— mundi quid 458.
 ————— quid 290. 434.
 ————— quo modo patitur 290.
 ————— quo pacto in corpus agat 291.
 ————— rationalis ad arbitrium omnia in corpore moderatur 579.
 ————— est auctor omnium actionum corporis 579.
 ————— habet potentiam movendi materiam 579.
 ————— imaginatione vehementer excitata naturam exuperat 407.
 Anima rationalis interdum se ad corporis temperamenti constitutionem accommodat 580.
 ————— qui per corpus & in corpore agat 579.
 ————— quid sit 579.
 ————— typum, quem motui humorum adhibet, servat, eidemque parere consuevit 580.
 ————— sentiens morborum sedes 246.
 Animæ bestiarum efficientia & munia 488.
 ————— natura 488.
 ————— brutæ quid proprium velinatum 489.
 ————— duæ in homine 488.
 ————— facultates quot 252.
 ————— unde sint? 219.
 ————— functiones sequuntur temperamentum 252.
 ————— munia 173.
 ————— perceptio qui fiat 490.
 ————— principatus ubi 242.
 ————— rationalis sedes 488. 466. 46.
 ————— perturbationes quid valeant 581.
 ————— regnum quid 220.
 ————— sentientis hospitium 422. 426.
 Animalia bruta herbas salutares ostenderunt 79.
 ————— quo pacto auferantur 211.
 Animalibus triplicis generis est compositio 249.
 Animalis } ab altera sit distincta }
 quælibet } particula } propriam edat actionem } 248.
 Animalium vivorum in confectio-
 quænam animadvertenda 130.
 Animantium corpora ex quibus con-
 cre.

- creverint ? 146. 408.
 Animi defectio unde 197.
 Anni, ætatis, locorumque considerationem supervacua censebant methodici 150.
 — quolibet tempore quibus rebus principatus deferatur 345.
 — tempestatas cur quotannis non sibi similes sint 101.
 — tempora ex quot diebus constent secundum *Chinensium* doctrinam 345.
 — faciunt ad hominis affectus 174.
 Anuli ex Jaspide usus 325.
 Annulus contra colicam 287.
 Annum in quinque partes partuntur *Chinenses* 345.
 Annus Lunaris quot dies habeat secundum *Chinenses* *ibid.*
 Anonymi vermes 562.
 Ἀντισπασίς 191.
 Ἀπαιδευτοὶ qui 198.
 Apis Medicinæ inventor 4. 6.
 Apollo Medicinæ inventor 3.
 Apoplexia a quo oriatur 289.
 — ut ad mentem *Paracelsi* vocanda 385.
 Apoplexiæ causa 314. 431. 382.
 — & fulguris comparatio 392.
Apone de scriptis iudicium 316.
 Appetentiæ ciborum causa 220.
 Appetitus caninus abs quo oriatur 289.
 — edendi bibendique ubi resideat 245.
Apuleji de Medicina iudicium 311.
 ex Aqua cujusmodi res prodierint ? 369.
 Aqua intercus abs quo oriatur 287. 213.
 ab *Aquapendente* inventa anatomica 128.
 Aqua primum creata 369.
 — principium rerum 30.
 — qualisnam apta generationi rerum 414.
 — quas res producat 368.
 — terra nobilior 413.
 — universale rerum naturalium subiectum 456.
 Aquæ ad nutrimentum utilitas 250.
 — qualitates 477.
 de Arabum doctrina iudicium 295.
Archæi magna potestas 415. 418.
 — munia 376.
Archæus in singulis morbis turbatur 425.
 — ubi commoretur 415.
 Archangelorum quatuor amor erga hominem 461.
 Archiatrorum comitis autoritas & munia 18.
 Archidæmonum quatuor vis nocendi hominem 461.
Archigenis pertinacia 233.
Aresmanus malus genius apud veteres Persas 90.
 — ex quo natus *ibid.*
Aræti placita 254.
 Argentum vivum non agit & molitur aliquid gravitatis ratione 556.
 — quid polleat in corpore humano *ibid.*
Aristoteles Medicinæ peritus 196.
Aristotelis de purgantium efficientia opinio 86.
 — opinio de respirationis negotio 186.
 — morborum causis 195.
Arlatum tempus quod 394.
 Armenii usus 325.
 Arteria aorta abs quo producatur 250.
 de

- de Arteria opinio *Philareti* 236.
 Arteriarum continent spiritum 202.
 — ex quibus sint compositæ 212.
 — in nervos definiunt 202.
 — in quibus affectibus sint secandæ 294.
 — quænam ocys spiritu adimpleantur 211.
 — quales sint 528.
 — spiritus receptacula 216.
 Arteriarum affectiones quæ 202.
 — amplitudinum variarum cum notis musicis comparatio 475.
 — calidum innatum vel humidum *radic.* continentium longitudo 332.
 — principium 245.
 — pulmonis constructio maxime a reliquis differt 566.
 — maximus numerus ex opinione *Brachmanum* 329.
 — motus unde fit 314.
 — spiritus qualis sit 202.
 — structura 566.
 — tunica interior quare glabra & levis *ibid.*
 — tunicarum densitas & crassities quem usum habeant *ibid.*
 Arterias naturaliter spiritum duntaxat habere sentiebat *Erasistratus* 216.
 ex Arteriis quo modo alia vasa oriantur 529.
 Arsenicum ubi in homine separetur 381.
 Articulorum in morbo quænam pars patiatur 224.
 — motus duplex 520.
 Artuum commotio abs quibus fiat 253.
 — laxitas quo pacto contingat 253.
Ajarath qualis planta 509.
- Ascarides* 562.
Ascites quid 68.
Ascitis causa 287.
Asclepiadæi scrupulosiores erant sanguinis missionis observatores 161.
Asclepiadem Galenus reprehendit 273.
 — reprehendit *Plinius* 230.
Asclepiades in dandis medicamentis inconstans 77.
 — in Medicina facienda curiosus 225.
 — quam viam tenuerit in curatione ægrorum 224.
Asclepiadis de anima opinio 219.
 — dogmata & hypotheses 218.
 — opinio de causa respirationis 186.
 — ortus, progressus & obitus 217.
Asiaci quare effæminati 174.
 de *Asserai* & *Maslach* opinio *Sinapii* 608.
Asserai Turcarum vis efficiendi 607.
Assimilatio nutritoria quid 574.
Assis quid 608.
Asthma unde proveniat 235.
Astra agunt in elementa 96.
 — efficiunt ut anni singuli non eodem modo se habeant 101.
 — in curatione morborum observanda 108.
 — multum pollent in homine 273.
 — non necessitant, sed inclinant 103.
 — non singularem sed generalem influxum in tellurem mittunt 101. *seq.* 110.
 — quam longe quædam a tellure distent 99. *seq.*
 — quid possint in homine 378.
 Kkkk 2 Astra

- Astra quo pacto agant in corpore humano 96.
 — varia inferunt corpori varia affecta 402.
 — unde sint 368.
 Astrologi proferunt causas obscuras 98. 106.
 Astrologia medico necessaria 103. 104.
 — quid 95.
 Astrologiam medico commendat *Flud* 464.
 — plerique medici recentiores aspernantur 110.
 — quinam primum tradiderint 95.
 Astrologorum calculus incertus 102.
 — demonstrationes quales 96.
 — hypothesi cur incertæ 106.
 — prædictiones vanæ 102.
 Astronomi in exquirenda astrorum magnitudine & distitio curiosi 99.
 de Astronomia antiquissimi scriptores 108.
 Astronomia medico necessaria 104.
 Astronomiam Hippocrates, Dioscles &c. magni faciebant *ibid.*
 Astrum quid secundum Crollium 407.
Athenaus Attalus princeps pneumaticorum 232.
 Athletica sanitas quæ 253.
Athot vetustissimus Ægyptiorum Rex de Anatomie scripsit 125.
 Atomi sunt spiritus 236.
 Atomorum duo genera 147.
Atonia quid 516. 536. 267.
 Attenuandi vis rerum quo modo investiganda 556.
 de Attrahendi facultate variæ sententiæ 60.
 Attractionem negavit *Asclepiades* 221.
 — quidam recentiores admittunt 62.
 — vel vim magneticam ponit *Newtonius* 508.
 Attrahendi vim negavit *Erasistratus* 212.
 Auctores varii in Re Herbaria olim inclyti 94.
 Auditus gravitas unde fit 242.
Avenzoar placita 299.
Averrhois placita 308.
Avicenna dogmata 296. *seq.*
Aurelianus Cæsar medicos Græcos in Persiam misit 331.
Auriculares vermes 561.
 Aurium sonitus causa 242.
 Auster ubi in homine oriatur 373.
 Aultri effecta 196.
Autopsia quæ 138.
Axis planta quænam sit 609.
- B.
- B** *Abylonii*, incredibile est, quot millia annorum Astrologiæ operam impenderint 95.
Baglivi inconstantia 518.
 Balbitis quid indicet 314.
 Balneæ pensiles 121.
 Balnei partes *ibid.*
 Balnearum usus apud veteres 122.
 Balsami differentia 399.
 — efficacia *ibid.*
 Balsamum quid *Severino* *ibid.*
Banque compositio ad jucunda somnia, vel ad Venerem &c. 609.
 — quod in Perside e semine ex India allato crescit, non adeo efficax, quam Indum 609.
Bartholini inventa anatomica 129.
Ba;

- Basilii Valentini* de principiis rerum sententia 34.
Bernavi admirabilis efficacia 608.
 — electuarium *ibid.*
 Bestiis est duplex notio 490.
 Betæ rubræ radix esa urinam colorat 64.
 de *Betonica* liber suppositus 311.
 Bile, saliva succoque *pancreatico* inter se mixtis oritur aliusmodi liquor salii ammoniaci non dispar 485.
 Bilis atra cur rationem depravet 447.
 — ex quo fiat 251.
 — atræ efficientia 251.
 — cuiusnam sit indolis 485.
 — efficiantia 484.
 — flava quæ mala corpori inducat 280.
 — qualesnam morbos producat 195.
 — quantum intra horam in intestina effluat 555.
 — vesica qualesnam res suscipiat 277. 250. 293.
 Blandimenta varia pro ægrotis excogitavit *Asclepiades* 224.
Blas brutorum augurii fundamentum 417.
 — homini duplex 416.
 — quid *Helmontio* 416.
 Boreas ubi in homine 373.
Bos ex quibus conficiatur 608.
 Brachmanes jactant de Medicinæ autoribus vetustissimis 328.
 — medicinæ periti 328.
 — rem herbariam carmine descriptam tenent *ibid.*
 Brachmanum de inventione Chemiæ opinio 364.
 — in disputando modestia 328.
Brasiliæ incolarum natura 221.
- Brassicæ vires e *Catone* 80.
 Brevitatis vitæ causa 345.
 Britanni quare serius senescant 221.
 Bubuli species vermium 562.
 Buglossum vino admixtum creditur hilaritatem homini inducere 595.
 Bulimi causa 223. 289.
Bur quid 413.
- C.
- C**acent qui non, sed modo mentant 376.
Cacochymia quid 261. *seq.* 544.
Cacochymiam inficiantur recentiores *Ægyptii* 327.
Cacodæmones quales affectus animi & corporis inferant 462.
Cagastricum quid 372.
Cagastrum quid & origo & vis 382.
 Calculi causæ 268.
 — curatio quo pacto instituentur 389.
 — generatio unde 179.
 — materia duplex 389.
 — vesicæ remedium 325.
 Calculus qui fiat 268.
 — renum qui progignatur 287. 243.
 — vesicæ quomodo concrescat 287.
 — ut in corpore generetur 427.
 Calidi innati origo & progressus 332.
 — natura & efficientia 169.
 — primigenii sedes 335.
 — primitivi spiritus 336.
 — sedes ubinam in corpore humano 169.
 — species quatuor 169.
 Calidum innatum Hippocratis quid? 399.
 — per quæ membra singulis.

- gulis horis quotidie circumferatur 344.
Calor ab exercitationibus aductus ad quæ proficit 275.
 — corporis unde oriatur 534.
 — febrilis ubi accendatur 264.
 — in copia vel in robore quid secundum *Campanellam* 437.
 — in febribus unde fit 589.
 — innatus qui conservetur 251.
 — naturalis ubi in corpore exoriatur 565.
 — quare non sentiat in *bellica* 284.
 — quot modis corpori inferatur 260.
Caloris efficientia 196.
 — & frigoris proprietates 433.
 — primigenii malignitas quid mali corpori inferat 346.
 — primitivi viæ quot 347.
Campanella a *Du Val* acerbe perstringitur 432.
 — inter Pneumaticos referendus 450.
Campanelle placita 432.
Cancer combustus quare ad rabiem valeat 274.
Canis rabidi morsus quid importet corpori 237.
 — — venenum quare noxium 314.
Cannabis Indicæ *Bangue* dictæ vires 509.
Cantharidum effectus singularis 274.
Cantus causa 348.
Capitis dolor quo modo a purgatione oboriatur 307.
 — doloris causa 288.
 — dolorum causæ variæ 308.
 — — remedium. 241.
 — — morborum origo 514.
Captum nostrum plura superant; quamvis mechanice in corpore humano peragantur 511.
Carbunculi species 392.
Carbunculus quando Romæ innovuit 74.
Cardiaca quid 214.
 — — unde oboriatur 223.
Cardiaci vermes 561.
 in Cardiacis quænam pars affecta 184.
Carnem ovillam & suillam aversabantur Ægyptii 323.
Caro quales dolores producat 241.
 — quare flaccescat 350.
Carus unde fiat 244.
Cassii placita 502.
Catachresin *Paracelsus* affectat 387.
 393.
Catalepsia quid 315.
Catarrhi causa 237.
Catarrhus quo modo fiat 446.
 — — unde 154.
Catafarca quid 68.
Cavillatio in eos, qui res per se notas definiunt 137.
Causa morbi quæ 254. 256. 258.
 — morborum proxima plurimum latet 182.
 — — continens quomodo investiganda 131.
 — — mortis ab antecedente morborum distinguenda 132.
 — — quid 298. 38.
Causæ { externæ } qui exoriantur 261
 morborum { internæ } tur 261
 — morborum quot 258.
Causam morborum proximam Anatomæ non ostendit 131.
Causarum abditarum notitiam spernebant Methodici 148. 150.
 — — differentie 39.
 — — evidentium indagacionem non

- non magni faciebant Methodici 150.
Causarum genera 298.
 — primarum investigatio quando supervacua 550.
Causas evidentes investigabant Empirici 142. *seq.*
 ————— quoque Methodici 149.
 — morborum generales profecerunt anatomici 132.
 — multorum effectuum profusus ignoramus 550.
Causonis causa 316.
Celsi placita 231.
Centrifuga vis quæ 545.
Centripeta vis, quæ ita dicatur *ibid.*
Cepas cur Ægyptii aspernarentur 324.
 in Cephalæa exercitationes quænam instituendæ 115.
Cephalalgia causa 286.
Ceraunius lapis ex quibus fiat 389.
Cerebri officium 292. 297.
 — ope & auxilio partes membranaceæ gubernantur 513.
 — pars anterior, posterior vel media læsa quid mali importet 244.
Cerebrum abs quo generetur 250.
 — & cor partes inutiles statuit *Philotimus* 55.
 — & humores prout Luna aut augentur aut minuuntur 97.
Certamen umbratile 112.
Cerviciæ duplex tartarus 386.
Chamæmeli florum usus 325.
Chamus Magiam *Misraimo* tradidit 91.
 — parenti virilia fascinavit *ibid.*
Chaos quid 457.
Charmis frigida lavari Romanis per suavit 123.
Character cujuslibet sectæ 151. *seq.*
 per Characteres norunt soli veri Magi morbis mederi 409.
Chemia ars vetustissima 364.
 — quando in Medicinam suscepta 365.
 — quare per diu abjecta latuerit 365.
Chemiæ inventionem nonnulli demonibus adscribunt 364.
Chinenses in corporis cujusmodiunque constitutione exponenda affectant tropos 346.
Chinensium de medicis alii aliis morbis medentur 334.
 — Medicina 332.
Chiron Medicinæ inventor 4.
Chironis discipuli *ibid.*
Chirurgi qui 24.
Chirurgia pars Medicinæ vetustissima 2.
 in Chirurgia qui olim inclaruerunt 2. 3.
Chirurgiæ primi auctores 2.
Cholera quid 223.
 in Cholera cur extremæ partes convellantur &c. 502.
Cholera facultas 260.
Chordapsi causa 243.
Chryssipi mos Medicinam docendi 209.
 — placita 210.
Chryssippus garrulus disputator 209.
Chyli ab alvi excrementis secretio ubi fiat 483. *seq.*
Chylo potentia infant, quæ corporis ad sustentationem necessaria 479.
Chylosis quo modo fiat 450.
Chylum venæ meseraicæ fugunt 293.
Chylus qualesnam corporis partes perfluere debeat, antequam perfectus

- feſus ſanguis evadere poſſit 34.
 Chylus quando in ſanguinem con-
 vertatur 250.
 — quid 483. 293.
 — quo modo ſecundum Me-
 chanicos in ſanguinem mutetur
 524.
 — ubi in ſanguinem mutetur
 293. 298.
 Chymofis quo modo fiat 451.
 Cibi concoctionem negavit Aſcle-
 piades 220.
 — quare cito egerantur 203.
 — ut in ventriculo mitigentur 292.
 — 297. 520.
 Ciborum concoctionis cauſſa medico
 ad ſciendum non neceſſaria 144.
 — digeſtio poteſt quoque in o-
 re fieri 376.
 — digeſtio quo pacto fiat ſe-
 cundum *Pitcaru.*, *Boerhavium*,
Borellum, *Hofmannum* 520. 523.
 — mitigatio ut fiat 220.
 de Ciborum mitigatione ſententia
Eraſiſtrati 211.
 Cibos digerendi facultas in quibus
 ſita 418.
 Cibus & potus individui medicina
 naturalis 436.
 — paucus aut uberius quibusnam
 ex uſu fit 162.
 — quid 298.
 — quid faciat 303.
 — quo pacto in chylum mutetur
 483.
 — *ſalticus* quis? 158.
 Circuitus ſanguinis a Chinenſibus ef-
 ficti exemplar 343.
 Circulares in gyrum curſus quapro-
 pter vertiginem inducant 502.
 Circulos vitales in corpore humano
 fingunt *Chinenſes* 345.
 Claudi &c. cur a parentibus gignan-
 tur 374.
 Clyſteres ad tetanum utiles 227.
Cnidii medici morbos ſecundum
 genera enumerabant 176.
 Coagulationis cauſſa 389.
 — heros quis 386. 389.
 Coctiones quinque vitiatæ quales
 morbos inferant 453.
 Coctionis actiones ut omnifariam
 depraventur 293.
 Coeliacæ paſſionis cauſſa 243.
 Cogitationum idearumque fons 422.
 Cognitio qui autopſia comparetur
 139.
 Colici doloris ſpecies variæ 288.
 Colicus dolor quando Romæ inno-
 tuit 74.
 — unde generetur 289.
 Collectiones quomodo progignan-
 tur 584.
 Colorum variorum origo ſecundum
Flud 459.
 Coma & coma vigil a quibus orian-
 tur 289.
 Comatis cauſſa 244.
 Comatis ſomnolenti & vigilis cauſ-
 ſa 571.
 Communitates ad Chirurgiam ſpe-
 ctantes 148.
 — morborum quot 148.
 — quælibet quid indicent
 148.
Complexio vide temperamentum.
 Compoſitio e *Bangæ* vel cannabi
Indica 609.
 Compoſitiones medicamentorum ut
 inventæ 80.
 Compoſitionis morbi unde ſint 263.
 Comprehenſio quid 138. 143.
 Compreſſionis corporum utilitas 160.
 Conceptio quomodo fit 44.

Cogn.

- Conceptus hominis quapropter de-
 finat 577.
 Conchyliâ pariter ac Luna augentur
 97.
 Concoctio alimentorum ubi fiat
 235.
 de Concoctione ciborum variæ opi-
 niones 59.
 Concoctiones generales quatuor 292.
 Confectionis species quot 124.
 Congelationis causa 389.
 Confensiorum ad opinionem *Cibi-
 nensium* 337.
Constantini dogmata 311.
 Constellationes astrorum singulares
 faciunt singulares tempestates an-
 ni 101.
 Consuetudinem ægri medicus debet
 observare 284.
 Consuetudo & dissuetudo in cura-
 tione agrorum sunt advertendæ
 215.
 ————— quid 584.
 Contentionum causæ quæ 138. 143.
 Contractio & distractio ex corpo-
 rum actionibus præcipuæ 509.
 ————— duplex in corpore 514.
 ————— quæ 509.
 Contractione & dilatatione Deum
 agere 474.
 Contractionis & dilatationis poten-
 tia 542.
 ————— utilitas
 in corpore humano 509.
 in Contrarium trahere quid 192.
 Controversiam verborum dissuadet
Hippocrates 167.
 Convulsio hypochondriacorum &
 hysteriæ unde fiat 545.
 ————— quid 280.
 ————— & quo pacto con-
 tingat 545.
- Convulsio quo modo exoriatur 498.
 ————— unde oriatur 293.
 in Convulsione quænam pars læda-
 tur 244.
 Convulsiones non omnes a capite
 oriuntur 498.
 Convulsiones origines 280.
 Convulsionum continuarum vel al-
 ternantium causa 498.
 ————— genera quot 294.
Convulsivus motus qualis sit 577.
 Cor abs quibus procreetur 250.
 — ad quinquagesimum annum ac-
 crescit, postea rursus sensim de-
 crescit 321.
 —, cerebrum, arteriæ &c. non
 agunt 435.
 — cuiusnam generis partes corpo-
 ris efficiat 337.
 —, dum dilatetur, aërem attrahit
 314.
 — in partibus carnosiss dominatur
 513.
 — movens causa est retrusa atque
 abdita in tenebris 528.
 — nervorum principium 202.
 — odorum dominus 347.
 — quibus rebus respondeat, dele-
 ctetur, & quas oderit 338.
 — quomodo morbosum fiat 349.
 — sanguinem pressu contractione-
 ve propellere norunt *Harvæus*,
Wallæus, *Borellus*, &c. 566.
 — sanguinis dominus 350.
 — totius corporis pars princeps
 321.
 Corâ ab aggregatione spirituum
 affecti natura 350.
 — de contractione dilatatione-
 que opinio *Philareti* 236.
 — in ventriculo sinistro sedet
 mens 173.

- Cordis motio unde fit 314.
 — motus est sanguinis circuli
 principium & perpetuum quod-
 dam mobile 526.
 — officium 249. 240. 297.
 — potentiam quo pacto *Borel-
 lus* enodavit 527.
 — præcellentia 292.
 — pulsus sanguis in extremas
 truditur arterias 528.
 — sinui sinistro inest fermen-
 tum vitale &c. 420.
 — vis & potentia explicatio
 est res ardua & difficilis 526.
 Corpora composita quomodo dif-
 rumpantur 507.
 — duplici transmutationi sunt
 obnoxia 263.
 — ex elementis concreta quid
 sint 371.
 — ex quibus concreverint 369.
 51.
 — nostra quare a Luna immu-
 tentur 98.
 — nova quando generantur 510.
 — quævis ex quibus orientur
 169.
 — quo modo intereant ? 371.
 — ut solidiora efficienda 160.
 de Corpore purgando præceptum
 287.
 Corpori humano nullum est prin-
 cipium 172.
 Corporis actiones ad Mechanicorum
 principia referendæ 511.
 — actus & sensationes sunt
 motuum species 573.
 — ægritudo unde fit 333.
 — calor unde 211.
 — conditio quomodo omni-
 fariam depravetur 581.
 — constitutio bona in quibus
 fita 283.
 Corporis constitutio qualis esse de-
 beat 572. *seq.*
 — cujusquemodocunque status
 causa 203.
 — ex partibus, quænam tra-
 hendi vim habeant ? 178. 173.
 — extrema quare in febris ac-
 cessione frigeant 502.
 — functiones quare nequeant
 geometricè clare explicari 520.
 — humani ad *Chinensium* o-
 pinionem divisio 335.
 — partes quot 130.
 — varia sub
 cujusnam sideris conditione ca-
 dant 105.
 — partium motores
 duo 513.
 — structura maxime
 est *hydraulica* 511.
 — valetudo quibus re-
 bus sustentetur 173.
 — incolumitas in quibus sita
 170. 333. 335.
 — initia quænam secundum
Erasistratum 210.
 — in mixtione quænam con-
 sideranda 572.
 — in superficie cujusmodi do-
 lores exoriantur 241.
 — membrorum principum con-
 sensus cum aliis hujus universi re-
 bus 337.
 — motio tam bene quam ma-
 le se habens, quo pacto a *Wil-
 lio* exponatur 496.
 — origo ex quibus fit 296.
 — partes calidæ aut frigidæ
 quæ 313.
 — intemperatæ quæ *ibid.*
 — principes quæ 292. 296.
 — qui factæ tectæque ab
 omni periculo conserventur 573.
 Cor:

- Corporis partes temperatæ quæ 313.
 — partium divisio ad mentem
Chinensium 336.
 — regiones metaphorice exponunt *Chinenses* 335.
 — regionum cum pulsu conspiratio *ibid.*
 — substantia qui alteretur 263.
 — vitalitas cuius sit maxime tribuenda 511.
 Corporum cohesio in quibus posita 510.
 — constitutio interior nititur septem mutationibus 410.
 — contactus & cohesio in quo differant 510.
 — generatio qui fiat 170.
 — interitus qui fiat *ibid.*
 — mutabilitas in quibus consistat 507.
 — simplicium affectiones quot 506.
 Corpus duplici materia regitur 211.
 — ratione consumitur 261.
 — hominis minorem mundum esse quæ ostendant 337.
 — physicum ex quibus constet 406.
 — quale saluberrimum 479.
 — humanum ad quid aptum 572.
 — duplici nutrimento indiget 479.
 — est machina 511.
 — est motuum Chemicorum - mechanicorum complexus 511.
 — quare putredini obnoxium sit 573.
 — quid sit 563.
 — nullum perit 170.
- Corpus propter animam existit 578.
 — quodnam vivens 512.
 — quo modo per fluxionem immutetur 263.
 — quot modis vitiositatem adipiscatur 259.
 Corruptionis corporis causæ quot 261.
 — putridæ causæ 585.
Cretica dies quid *Paracelso* 394.
Cricilasia quid 114.
Crinas Massiliensis ad siderum motus ex ephemeride mathematica cibos dari præcepit 109.
 Crinones 561.
Criseos vocabulo quinam abutantur 271.
Crisis bona quæ 443.
 — } causâ } 272.
 — } definitio } 270. 471.
 — est computabilis, & quo pacto rationem ejus inire oporteat 272.
 — mala, imperfecta & perfecta quæ 271.
 — quid secundum *Campanellam* 443.
 — quid *Paracelso* 394.
 — salutaris signa 443.
 — variæ species 394.
Critici dies quem ordinem servent 272.
Crollii placita 404.
 Cruoris & sanguinis differentia 420.
 Cucurbitæ *staltica* quæ 158.
Cucurbitarii num sint vermes 563.
 Cucurbitulæ quando sint utiles 294.
 Curatio *magnetica* vel *sympathetica* quomodo instituat 94.
 Curationes revalescentium olim in templis asservabantur 9. 78.
 Curtus multæ species 112.

- Custodes duo ab *Helmontio* ficti 423.
 — quare mucum conficiant 424.
Cuticularium vermium species 561
- D.
- D**æmones quatuor mali aërem incolentes quid mali homini e quatuor mundi plagis inferant 463.
Datura non est *Nepenthes* *Homerici* 602.
Daturæ vis mentem alienandi 601. *seq.*
 Debilitati morbo ut reficiendi 158
 Decani quot 322.
 — singuli singulis corporis partibus præstant 322.
 — utramvis hominis valetudinem efficiunt *ibid.*
 Decano suam cuique herbam tribuebant *Ægyptii* *ibid.*
 Decanos *Ægyptii* veteres invocabant, ut medicatio ex sententia succederet *ibid.*
 Definire morbum quidam methodici declinarunt 154.
 Definitiones flocci fecerunt *Empirici* 137.
 Definitionis utilitas 558.
 Deliria infanorum unde oriantur 503.
 Delirii causa 351.
 — ex vigiliis curatio 241.
 — sagittarius quid *Helmontio* 430.
 Delirium in febribus unde fiat *ibid.*
 — ut producat 469. 173.
Democriti opinio de respiratione 186.
 — scripta 126.
Democritus Anatomes studiosus *ibid.*
Denarius *Scheunemanni* 411.
- Dentarii* vermes 561.
 Derivatio qui fiat 191.
Derses quid? 371.
 Descriptio quæ secundum *Empiricos* 137.
 Deus prospexit hominis valetudini 394.
 — sine angelis nihil molitur 470.
 Diabetes quæ 69.
 — unde fiat 290.
 Diaboli certi metallorum operationibus præstant 364.
Diadema 212.
 de Diætâ recentiorum *Ægyptiorum* sententia 327.
 Diætæ inventor *Hippocrates* 180.
 Diætetici qui 24.
Diapedesis quo pacto exoriatur 267.
Diaphoreticum præcipitatum *Paracelsi* februm remedium 430.
Diapnoe quid secundum veteres 219.
 Diarrhoea quid 223.
Diatriason 161.
 Dies vigesimus quare sit *criticus* 272.
 Digestio ciborum fermentationi assimilatur 483.
 — quid 376.
 — ventriculi vitiosa unde 178.
 Digestionis vitiatæ causa 213.
 Digestionum ciborum in ore & ventriculo factarum differentia 376.
 — in corpore auctor quis 376.
 — sex genera 418.
- a Digni indicis fricti colore judicant *Chinenses* de morbis infantum 363.
 Digitum annularem *Ægyptiorum* sacerdotes illinebant 322.
 Digitus sinistra tertius quare annulo decoretur 322.

Dimeæ

Dimeæ qui 368.
Diocles primus de Anatomie scripsit
 124.
Dioclis placita 199.
Dionysii Aegæi quæstiones variæ 245.
 Disciplina quæ ad mentem Empiri-
 corum 140.
 Discordia medicorum unde 143.
 Distractio quænam 509.
 Dogmaticæ sectæ auctor 25.
Dogmatici de quibusdam disenti-
 rent a reliquis sectis 164.
 Dogmaticis de quibus conveniebat
 cum Methodicis 151.
 Dogmaticorum præcipua fundamen-
 ta 25. 164.
 Dolor infixus quid significet 241.
 — punctiorius quas partes incidet
 241.
 — quid 429.
 — stimulans quid indicet 241.
 — unde sit 226.
 Dolores abs quibus rebus corpori
 inferantur 403.
 — acerbissimi capitis, dentium
 &c. a quibus oriuntur 294.
 Doloribus quare media nocte po-
 tius ægri torqueantur 219.
 Dracunculus qualifnam morbus 76.
Dramæ unde sunt? 368.
Drimiphygia quæ 156.
Ducleob differt a lapide 389.
 — quid? 427.
 Dulcor ubi resideat in homine 375.
Durdales qui 368.
 Durities corporum duplex 388.
 Duumviratus constat ex intellectu
 proprio 422.
 — quid Helmontio *ibid.*
 — universo corpori im-
 perat *ibid.*

E.

EBrietas, quas animi affectiones
 aliis atque aliis hominibus in-
 ducatur 598.
 Ebriorum desipientia unde 174.
 Ebrius quapropter alius alio citius
 fiat 547.
 Effectuum in corpore obortorum
 causæ secundum *Aselepiadem* 273.
Effervescentia copori inimica unde
 oriatur, & quid mali inferat 485.
 — quædam in corde *ibid.*
Ελλεος quid secundum *Dioclem* 200.
Εκπληριστιν 113.
Ελευθεριστιν 112.
Elasticum corpus quod 509.
Elater vel *elastica* vis quæ *ibid.*
 Electuarium magicum Indorum 608.
 de *Elluchasis* scriptis iudicium 309.
 Elementa animalium proxima 247.
 — corporum propinquiora 247.
 — quæ 413. 218.
 — gravia & levia quæ 296.
 — hominis 232.
 — quadruplicat *Paracelsus*
 368.
 —, quæ conspiciuntur, sunt
 receptacula sincerorum elemen-
 torum 367.
 — quid 398.
 — quo modo morbos creent
 secundum *Chinenses* 346.
 — quo pacto conserventur
 398.
 — quo pacto producantur
 336.
 — rerum duo 506.
 — simplicissima demonstra-
 ri non possunt 247.
 — sunt loca incorporea 398.
 — sunt mixta 368.
 LIII 3 Ele-

- Elementi & principii differentia 247.
 29. — materia quid 456.
 Elementis quaternis cur homo indi-
 geat ? 375.
 Elementorum certum numerum non
 habet *Hippocrates* 168.
 — de numero variae o-
 piniones 30. *seq.*
 — incolæ varii 407. 369.
 — numerus secundum
Chinenses 336.
 — ortus *ibid.*
 — prima materia quæ ?
 367.
 — temperationem qui-
 nam negabant 147.
 Elementum est spiritus 367.
 — idem quod principium
 28.
 — quare ægre investiga-
 tur 247.
 — quid 27. 247. 312. 459.
 367.
 — quodvis peculiarem pro-
 prietatem habet 247.
 — quadruplex 398.
 — tres alius ge-
 neris res continet 367.
 Elephantiasis Romæ morbus novus
 73.
Empedoclis opinio de respiratione
 185.
Empirica an *Dogmatica* vetustior
 136.
Empirica quæ 135.
 — quare obolevit 137.
Empiricæ fundamenta quatuor 151.
 — sectæ auctor 26. 135.
Empirici causas evidentes investi-
 gabant 142. *seq.*
 — de quibus dissentirent a
Methodicis & Dogmaticis 149.
 — in facienda medicina inclu-
 ruerunt 140.
 — in quo } *Dogmaticis*
 consentiebant } *Methodicis* } 151.
 cum }
 — nominatio non est convi-
 cium 144.
 — veteres clarissimi 136.
 — vilipendebant *Anatomen*
 140.
Empiricis & Dogmaticis non con-
 veniebat de *μικράσι* 139.
Empiricorum præcipua fundamenta
 25.
 — cur deperdita 136.
Empiricorum quid 294.
Emunctoria quæ secundum *Para-*
celsum 379.
Encephisma quid 157.
Encephali vermes 561.
Enchymatismus quid 157.
Encolpismus quid *ibid.*
Ens quid secundum *Paracelsum* 380.
 — spiritale quid 380
Entia quales morbos producant 380.
Entis genera quinque 380.
Enur quid ? 371.
Epatici vermes 561.
Epigemenia quid 257.
Epilepsia quid 316.
 — ut ad opinionem *Paracelsi*
 appellanda 385.
Epilepsiæ causa 289. 314. *seq.*
 — descriptio *Flud* 467.
 — generatio 445.
 — secundum *Methodicos* de-
 finitio 154.
 — species 316. 392.
Epilogismi utilitas 143.
Epilogismus quid 143.
Epipasma 157.

Epi-

- Episynthetica* secta 240.
Erasistrati non magni faciebant
causarum physicarum indagatio-
nem 213.
Erasistrati de contractione cordis
arteriarumque opinio 211.
———— placita 210.
Erasistratus rerum rationes affecta-
bat 214.
Erucae crudæ esu convaluit rusticus
284.
Eruptiones materiæ morbide in cu-
tem quid indicant 443.
Erysipelas unde sit 266.
Essentia quid *Paracelso* 381.
Efuritio qui contingat 211.
Eucrasia quid 253.
Evestri & *Traramis* differentia 372.
———— potentia incredibilis 371. *seq.*
Evestrorum multitudo 372.
Evestrum quid 371.
Evexia quid 253.
Europæi quare præ Asiatis iracun-
diores &c. 174.
Eurus ubi in homine primas teneat
373.
Excrementa animalium quare inter
se diversa 418.
———— ventris cujusmodi sint
220.
Excretio alvi aut ocyor aut tardior
unde sit 278.
———— copiosa quando salutaris 271.
Excretiones corporis quo pondere
quotidie exornantur 539.
Excretionum corporis calculo ma-
thematico investigatio est res ob-
scura 540.
Exercitatio immodica quem affe-
ctum corpori inferat 275.
———— in quibus consistat 247.
Exercitationes corporis olim magni
fiebant 111.
Exercitationes qui in curatione ce-
phalæe instituendæ 115.
———— ubi locorum insti-
tuebantur *ibid.*
Exercitationi quamdiu insistendum
116.
Exercitationis imperfectæ signum
117.
Exercitationum finis 116.
———— genera quot? 112.
———— utilitas 111. 274. 115.
Exercitia robusta quæ 114.
———— vehementiora quæ 113.
Exercitiorum, quæ celeritate fiebant,
species 112.
Exhalatio insensilis per cutem excre-
tionum maxima 539.
Experientia quo pacto comparanda
483.
———— quotenis modis compa-
ratur 139.
Experientiæ descriptio generalis 137.
———— singularis 138.
———— utilitas 134.
Extensionem quinam musculi effi-
ciant 253.
- F.
- F**abri duo incorporei 433.
Facultas *αἰματωποιτικὴ* ubi a-
gat 277.
———— concupiscendi ubi 252.
———— excernendi quæ molitur 256.
———— irascendi ubi 252.
———— naturalis maxime facit ad e-
ventum morbi prædicendum 283.
———— quid secundum *Hippocratem*
168.
———— trahendi tam deorsum quam
sursum agit 278.
Facultatem animalem & vitalem ne-
ga-

- gavit *Asclepiades* 220.
 Facultates animales quot 267.
 — medicamentorum quo modo investigandæ 395.
 — — — — — ut a *Campanella* exponantur 448. *seq.*
 — naturales quot 252. 297.
 — quatuor animalia moderantia 204.
 — quid significent 283.
 Facultatis vocabuli descriptio 56. 57.
 Facultatium corporis quot 283.
 — naturalium utilitas 313.
 — numerus 57.
Fagonis præcepta de instituenda Anatome 129. *seq.*
Fallopium inventum anatomicum 129.
 Fames & sitis numne sint morbi 436.
 — quo pacto fiat *ibid.*
 Famis definitio *Paracelsi* 376.
 Favus quid? & ejus causa 288.
 in Febre quomodo vires ægri convellendæ 228.
 de Febre efficiente causa Mechanicorum opinio 546.
 Febres e tartaro 392.
 — *hecticæ* unde fiant 316.
 — interdum componuntur 308.
 — quænam magis vel minus periculosæ 440.
 — — — — — sua sponte solvantur 552.
 — — — — — quare intermittant 499.
 — — — — — quo modo a se distinguantur 430.
 — — — — — unde oriuntur 178. 200. 251.
 Febricitantes quo modo sua sponte revalescant 589.
 Febricitantium diæta ut instituenda 228.
 Febricula quid 223.
 Febrilem ad materiam expellendam duo remedia 589.
 Febrilis motus quapropter a natura suscipiatur 589.
 Febris accessio quare brevior fiat 441.
 — — — — — longior fiat 442.
 — — — — — *acmaistica*, *anabatica*, *epacmaistica*, *homotonos*, *paracmaistica*, quæ 265.
 — — — — — ad tempus remissio qui fiat 442.
 — — — — — *amphimeriæ* causa 309.
 — — — — — ardens quo pacto exoriatur 468 285.
 — — — — — ardentis causa 290.
 — — — — — aut ocysus aut tardius rediens quid indicet 442.
 — — — — — continuæ causa 299.
 — — — — — definitio ad mentem *Flud* 468.
 — — — — — *Campanella* 437.
 — — — — — *Paracelsi* 392.
 — — — — — secundum *Erastistratum* 213.
 — — — — — diariæ causæ variæ 296. 299.
 — — — — — ortus 287.
 — — — — — *ephemeræ* causæ 265.
 — — — — — finis primarius 438.
 — — — — — *hecticæ* expositio *Campanella* 440.
 — — — — — — — — — — — ortus 287.
 — — — — — — — — — — — sedes 284.
 — — — — — — — — — — — intermittens origo 290.
 — — — — — — — — — — — malignæ causæ secundum *Chinenses* 348.
 — — — — — — — — — — — materia 287.
 — — — — — — — — — — — materiam cujusmodi esse oporteat ut excerni possit 588.
 — — — — — — — — — — — non morbus, sed remedium est 437.
 — — — — — — — — — — — putridæ origo 287.
 — — — — — — — — — — — qualibet ad quæ tendat 589.
 — — — — — — — — — — — qualis affectus 264.
 — — — — — — — — — — — quando intermittat 442.
 Febris

- humano 491.
 Fermentum acidum & vitale sple-
 ni inest 418.
 ————— duplex 414.
 ————— hominis diversum est a
 brutorum fermento 418.
 ————— peculiare quaelibet vi-
 scera habent 492.
 ————— partium genitalium quid
 molitur 494.
 ————— quid 414.
 ————— feminine quid *ibid.*
 ————— stomachi quomodo dif-
 ferat a cæteris acidis 419.
 Ferrum ab acido solutum, num rei
alkalicæ simile evaserit 557.
 Fervor quid 251.
 Fibra ex quibus oriatur 543. 513.
 Fibrarum genera duo 512.
 ————— robor & agilitas cui ad-
 scribenda 515.
 Fidei vel imaginationis magna vis
 406.
 Figurarum varia genera in corpore
 167.
 Firmamentum quid *Paracelso* 368.
 ————— quid secundum *Crol-
 lium* 405.
 Flamma vitalis, quæ sanguini in-
 est, cujusmodi sit 493.
 Flammula qualis morbus, & ejus
 species 392.
 Flatus ex quibus generentur 278.
 ————— in ventriculo generatio 284
 ————— quid 173. 314.
 Flatuum species quot in homine 416.
 Flerus causa 348.
 Flexionem artuum qui muscoli fa-
 ciant 253.
 Florum colores faciunt ad indagan-
 dam remediorum vim 395.
Flud a Fluctibus doctrina 454.
 Fluida depravata citius, quam folli-
 da male se habentia, revalescunt
 551.
 Fluidi universæ molis proprietates
 531.
 Fluidorum motus quo modo in
 corpore fiat 530.
 ————— naturam quis mente ca-
 pere possit *ibid.*
 ————— secretionem & motum ex
 quibus pendeant 532.
 ————— vitiatæ qualitates variæ,
 & quid mali quaelibet corpori in-
 ferat 543.
 Fluidum constituentes moleculæ cu-
 jusmodi sint 531.
 ————— corporis universum pluri-
 fariam depravari potest 543.
 ————— quid 506.
 Flumina, fontes &c. secundum quie-
 tem visa quid significant 174.
 Fluxus quid secundum Methodico-
 rum sententiam 148.
 ————— unde orientur 178.
 Fœmina viro tanquam matrix ad-
 juncta 373.
 Fœminæ quare sanguine abundant
 547.
 ————— singularibus morbis potius,
 quam viri obnoxii sunt 582.
 Fœminarum purgationes cur statâ
 tempora servant 548.
 ————— menstruales
 qua de causa potissimum exo-
 riantur 547.
 Fœminis non semen, sed materia
 generationis, est 233.
 ————— quantum sanguinis indes
 accrescat 548.
 Fœtidarum rerum vis 306.
 Fœtum mortuum quando convenit
 educere 109.

Follis

- Follis pugillatorius 113.
 Forma dirigit rerum efficientiam 306.
 Fossilium spiritus cujusmodi sint 237.
 Fragrantium rerum vis 306.
 Fricationum } differentiarum 119.
 } genera 118. *seq.*
 Frictio } apotherepeutica }
 } preparatoria } 117. *seq.*
 Frictionis commoda 230.
 ——— & unktionis differentia 121.
 Frictus quotenis modis perficiebatur 120.
 Frigidi potentia 169.
 ——— sedes in corpore humano *ibid.*
 Frigoris in febris vis & effectus 589.
 Frigus in febris quo modo fiat 581.
 ——— quo pacto in corpore oboritur 260.
Frind Chemicorum ratiocinia reprehendit; ipse tamen iis usus est ad medicamentorum facultatem exponendam 519.
 Fulguris efficientia 392.
 Functiones naturales, quo modo clare exponi possunt 564.
 Functionum naturalium auctor quis 291.
 ——— ——— ——— symptomata 258.
 Furor quid 205.
 Futura per coelestia corpora non sunt inquirenda 103.
- G.
- G** *Aleni* de scriptis *Hippocratis* querela 168.
 ——— erga Deum pietas 246.
Galenus gloriatur de Anatomie 128. *Galenus* unum Deum profitebatur 246.
 Gangraena quid 586.
 Gargarismo quando uti liceat 109.
Garioponti placita 315.
Gas quid *Helmontio* 415.
 ——— varia genera 416.
 Gemitus causa 348.
 Generatio rei in quo sita 400.
 ad Generationem quaequam requirantur 233.
 Genitale semen ex quibus componatur 494.
 Genitales corporis partes turgent fermento *ibid.*
 Genitalis feminis fermenti efficacitas *ibid.*
 Genitura animalium scatet vermibus 44.
 ——— ex quo producat 233. 172.
 Geometria ad Medicinam necessaria 500.
 Geometriae & arithmeticae usus in Medicina 501.
Geromica quid 268.
 Gestatio quot modis instituenda 230.
 Gestationis utilitas 230.
 Gestationum genera 115.
 Gigantes ex quibus oriuntur 368.
 Glandula pinealis sensuum officina 504.
 ad Glandulas *adenas* amandatur materia supervacua 266.
 Glandulae ex quibus componantur 529.
 Glaucedinis causa 245.
 Globo tormenti majoris quantum temporis spatium impendendum est, antequam ad Lunam &c. astra pervenire possit 100.
 Gluten quid & ejus vis 390.
- M m m m 2 Gno-

Gnomi unde sint 368.
 Gravitatis efficacia 507.
Guinea &c. incolæ quare non sint
longævi 221.
 Gymnasium quid 115.
 Gymnastæ munia 117.
 Gymnasticam quis primo Medici-
 næ junxit 111.

H.

Hæmatosis ubi fiat 451.
 de Hæmorrhagia curanda va-
 riæ sententiæ 71.
 Hæmorrhagia qui incantatione fi-
 stenda 92.
Halteres qui 114.
 Halterum jactus quo pacto institui-
 tur 115.
 de *Haly Abbatis* doctrina judicium
 300.
Helcophagi vermes 561.
Helena parentes 592.
 — *Polydamna* Ægyptiorum re-
 gis uxor dedit *Nepenthes* 592.
Helenium Dioscoridis & Plinii non
 est eadem planta 600.
 — numne sit *Homeri* *Nepenthes*
ibid.
 — Plinii est *Herbariis* etiam
 nunc ignotum *ibid.*
Helleborum dare olim res pericu-
 losa 22.
Helmontii de doctrina judicium 412.
 — opinio de principiis cor-
 porum 35.
Helmontius acriter a *Patino* per-
 stringitur 412.
Hemicrania sphaelodes 241.
Hemitritæum unde oriatur 243.
Hepar chylum in sanguinem mutat
 250.

— cum quibus consentiat & quæ
 diligit & oderit 338.
 — male se habens quo modo ad
 mentem *Chinensium* curandum
 352.
 — præ aliis calore infuso abun-
 dat 292.
 — quales partes in corpore pro-
 ducit 337.
 — sanguinis officina 351.
Hepatis ab aggregatione spirituum
 affecti natura 349.
 — dolentis signa 242.
 — munia 297.
Heraclides Tarent morem empirico-
 rum non servavit 142.
Heraclitus reprehendit Medicorum
 inscitiam 163.
Herbæ sacræ Ægyptiorum 322.
Herbas multi ad variam siderum
 constellationem colligebant 109.
Hermetis de Medicina scripta 320.
Herodicum cur *Hippocrates* culpa-
 vit 111.
Herodicus Gymnasticam Medicinæ
 junxit *ibid.*
Herophili de contractione cordis
 arteriarumque sententia 211.
 — disciplina 203.
 — & *Erasistrati* crudelitas
 127.
 — sententia de respiratione
 185.
Herophilus in describendo pulsu cu-
 riosus 204.
 — in feminis generatione er-
 ravit *ibid.*
 — non primus cadaver ho-
 minis consecuit 127.
Herpes ex quo exoriatur 290.
Heterorhythmus quid 209.
Hippocratem Græci honorificentissi-
 me

- me appellabant 166.
Hippocrates Astronomiam magni faciebat 104.
 — Clinices auctor 9.
 — commendat exercitationes corporis 111.
 — exteros primum Medicinam docuit 165.
 — fertur exscripsisse curationes, quæ in Coo reservabantur 19.
 — inconstans in determinanda morborum causa 176.
 — in humorum explicatione non constitit sibi 54.
 — in Medicina celeberrimus erat 165.
 — Medicinam a Philosophia separavit 21. 165.
 — non certum principiorum numerum habet 42.
 — num cadaver hominis infecuit 126.
 — reperit victus rationem 180.
 — reprehendit antecessorum decreta 165.
 — sine rationalis sectæ conditor 164. *seq.*
Hippocratis de morborum curatione præcepta 180.
 — de scriptis iudicium 168.
 — opinio de concretionem hominis 41.
 — scripta supposita 194.
Hirbel quid, species, sedes 381.
Hirudines quando utiles 294.
Historia quæ secundum *Empiricos* 138.
Hoanti vetustissimus *Chinensium* Imperator scripsit de Medicina 334.
Homerus de Nephenthe admirabilia prædicat 592.
Homo ad mundi similitudinem formatus 98. 321.
 — cœlum imitari potest 406.
 — cur doleat 259.
 — cur ultra centesimum annum non potest vivere 321.
 — est vapor coagulatus 375.
 — & cœlum & terra inter se consentiunt 373.
 — ex quibus concrevit 41. 433. 230.
 — ex quo ortus sit 372. 460.
 — habet duplex corpus 405. 406.
 — habet etiam corpus inconspicuum 374.
 — num ex uno principio ortus 171.
 — paucis morbis corripitur 581.
 — quare crebrius, quam bruta animalia, ægrotet 581.
 — quare inter creaturas præstantissimus 405.
 — quare minor mundus dicitur 372.
 — sanus quis 253.
 — ubi concipiatur 329.
 in *Homine analogice* sunt, quæ in macrocosmo 372.
Hominem quænam lædant 170.
Homines quare forma inter se dissimiles 374.
Homini corpus est divinum 248.
 — corpus duplex 374.
Hominis cadaveris confectio quando facta 124.
 — cum mundo similitudo 401.
 — in utero formatio est res abdita 373.
 — initium duplex ponunt *Astrologi* 102.
 M m m m 3 Ho.

- Hominis materia ex quibus extracta 406.
 — mortui partes revertuntur ad ea, ex quibus ortum duxere 171.
 — parentes qui 406.
 — pravitatis auctor Saturnus 378.
 — spiritus quid 237.
 — — — — — sidereus quid alliceat 405.
 Hominum mores diversi unde 174.
 Homunculus *Paracelsi* 379.
Horatiani. Octavii placita 310.
 Horoscoporum herbæ quot 323.
Hummatu planta 602.
 Humidi princeps locus in homine 375.
 — — — — — *radic.* malignitas quid mali corpori importet 346.
 — — — — — origo & per corpus distributio 332.
 — — — — — sedes 335.
 — — — — — spiritus 336.
 — — — — — viâ 341. & quot 347.
 Humidum quo modo in corpore progignatur 260.
 — — — — — *radicale* ex quibus con- crevit 478.
 — — — — — per quænam mem- bra quotidie singulis horis circum- agatur 344.
 — — — — — quotuplex sit 332.
 Humor acidus quifiam in corpore 251.
 — — — — — corporis falsus ineptus 196.
 — — — — — quilibet corporis quando ma- xime generetur 53.
 — — — — — vitreus quis 251.
 — — — — — ubi primus elaboretur 298.
 Humores corporis certis anni tem- pestatibus adaugefcunt 281.
 Humores corporis dempto sanguine excrementa sunt 249.
 — — — — — principes qui 259.
 — — — — — quo modo morbos producant 260.
 — — — — — purgantia immu- tant 160.
 — — — — — quo locorum in ju- nioribus & senibus impetum fa- ciant 133.
 — — — — — pravi ex quibus concre- scant 261.
 — — — — — qualemcunque corporis conditionem efficiant 202.
 — — — — — quaterni stato anni tempo- re augentur 177.
 — — — — — tenues quamobrem a cor- pore fecernantur 575.
 — — — — — undenam qualitates suas contrahant 260.
 ex Humoribus quinam putrescendo magis incalceat 264.
 Humoris melancholici descriptio *Flud* 466.
 Humorum aliquid cibo & potui in- est 177.
 — — — — — corporis facultates 251.
 — — — — — corporum usus 435.
 — — — — — corruptionem vel pleni- tudinem non morbi causam esse censabant Methodici 152.
 — — — — — fluentium medela 192.
 — — — — — generationis investigatio- nem sprevit Erasistratus 211.
 ab — — — — — influxu quatuor affectus oriuntur 266.
 — — — — — principum sedes 281.
 — — — — — quaternorum efficientia 177.
 quorum- } generationi } loca dica-
 libet } secretioni } ta 177.
 Hu-

Humorum secretio partium solidarum motu perficitur 575.
 — secretiones qui fiant 64.
 220. — secretionis diversitas abs quibus proficitur 529.
 — species quot secundum *Praxagoram* 202. 281.
Hydraegyni efficientia 556.
Hydraulicorum cum animalium organis comparationes 535.
Hydrocephalus unde fit 240.
Hydropem ut descripsit *Heraclytus* 165.
 in *Hydrophobia* quæ pars afficiatur 184.
Hydrophobia unde oriatur 314.
 — quid 238.
 — Romæ quando innouit 73.
Hydrophobiæ remedium *ibid.*
 — secundum methodicos definitio 154.
Hydrophobici quare aquam averfentur 238.
Hydrophobicis quare submersio fatalis *ibid.*
Hydrops quo modo progignatur 178. 222.
Hydropis causa 393.
 — species 68.
Hyle quid 457.
Hypochondriaca affectio 200.
 — unde oriatur 545.
 — qualis affectus 289.
Hyoicyamus qui incantamento effociendus 93.

I.

I *Achenus* apud *Aegyptios* in Medicina celeberrimus erat 166.
 — pestilentiam rogis hinc inde incensis depellere primum ostendit 166.
Iactus exercitationis species 114.
Jason Medicinam calluit 5.
Jatroliptices auctor 26. 118.
Jatrolepticorum munus 121.
Icteri causa 235.
Icterus unde fiat 290.
Idea imaginationis est duplex 423.
Ideæ Archæum reddunt ad omnia aptum 423.
 — quid 465.
 — sunt spiritus 237.
Idearum Archæi præsentiam probat *Helmontius* 423.
 — tria genera 423.
Idestrum quid 390.
Jecoris affectionum causa 284.
 in *Jecoris splenisve* inflammatione qualisnam vena fit incidenda 192.
Jecur colorum auctor 347.
 — quo pacto morbum regium producat 235.
 — unde fiat 250.
Ignis, aqua quæ 478.
 — carbones vel filii quid 315.
 — duplex 477.
 ex *Ignis* elemento quæ orta 369.
Ignis & aquæ proprium 477.
 — vitalis a quibus sustentetur 485.
 — vitalis unde exurgat, & cujusmodi idem sit 485.
Iliadi periodi tres 394.
Iliadum morbos omnes efficit 382. 391.
Iliadum

- Iliadum* omnis generis rebus refer-
tum 391.
—— quotuplex 371.
Iliastrum quid, & origo & vis 382.
Imaginatio hominis est magnes 406.
Impetigo unde oriatur 284.
Imitatione quo modo experientia
comparetur 139.
Immortalitatem inducens medica-
mentum qui anquirant 364.
Incantatores qui dicuntur 20.
de Incantationibus testimonium Ga-
leni 288.
Incantationis ratio videtur certa car-
minis modulatio fuisse 20.
Incomprehensibile diffensionis est
caussa 143.
Incubi, & succubi ex quo generen-
tur 379. 446.
Incubus quid 244.
Indicatio generalis 269.
—— quæ 270.
Indicatione invenire quid 270.
Indicationis genera 269.
Indorum Medici negligunt sangui-
nis missionem 330.
—— peculiari morborum
curandorum classi dant operam
ibid.
—— Medicina 329.
Infantibus spiritum esse negat *Para-
celsus* 377.
Infantium morbos investigandi mo-
dus *Chinensium* 362.
Inflammata pars quare intumescat &
incalescat 585.
Inflammatio quid 584.
—— quomodo fiat 214. 585.
Inflammationes unde gignantur 154.
793.
Inflammationis causæ 284.
—— rationem *Stablius* pu-
tat neminem, præter se, aper-
tissime & planissime explicasse 585.
Inflammationum differentie & causæ
266.
Infantia quomodo producat 242.
Infantiam quo pacto Methodici de-
finiverint 154.
Infesta varia, ubi adoluerint, trans-
formantur 559.
—— unde sint 379.
Infectorum definitio 558.
—— genera quot 559.
—— generatio non est fortui-
ta 560.
—— ovula cur non cuncta in
corpore animali excludantur 559.
—— quæ modo apud homi-
nes divertunt, semina, numme
insimul cum homine creata fue-
rint 560.
—— semina ubique præsentem
calore & alimento excludi pot-
sunt *ibid.*
—— variorum generatio secun-
dum *Helmontium* 416.
Infomnia indicant humorum natu-
ram 270.
—— quæ 174.
Instrumenta duo, quibus res inve-
nitur 246.
Intelligendi facultas ubi sit 245.
Intemperies quid 255.
—— quot 296.
—— sanitatis & morbi quo mo-
do inter se differant 255.
—— simplices & compositæ 50.
—— sine & cum materia quæ
296.
Interior membrorum quid *Paracel-
sus* 376.
Intestina corporis quot 336.
Intestinorum motus peristalticus &
in

quo pendeat 570.
 Intestinorum levitas unde 203.
 in Jecinore varia fit chyli immutatio 298.
 Jecinoris morbi indicium 77.
Isaaci Israelitæ placita 309.
Isis Medicinæ inventrix 4. 320.
 Judicium quot modis potest falli 447.

K.

K *Alengi Cansjava* planta 609.
Kokuar potio habet vim animum exhilarandi 605.
 Κόπος qualis corporis affectus 275.
 Κόρυκα instituta exercitatio 113.
Kyphi compositio 324.
 — usus apud veteres Ægyptios 324.
 Κάλδικος 201.

L.

L Ac quare Ægyptii averfarentur 324.
 Lachrymæ qua de causa oboriantur 348.
 Lapides in renibus qui generentur 290.
 Lapidis Judaici usus 325.
Laryngotomiam quis invenit 225.
 Lassitudo quid 275.
 Lassitudinis proprium 275.
 Lassitudinum causæ & species 275. seq. 280.
 — genera 117.
 — tria 280.
 Latex quid *Helmontio* 424.
 Laticiscretio abs quibus dependeat 532.
 Laticis utilitas 424.
 Lavationis frigidæ utilitas 122.
Leffas quid 371. 413.

Leges *hydraulicæ microcosmi* singulares 536.
 — quædam mechanices 534.
 Lemures unde existant 368.
 Leporis marini efficientia 274.
 Lepos & festivitas orationis ab *Apollonio* putantur pro *Nepenthe* Homeri 595.
 Lepra, Epilepsia, pestis & febris ardens, morbi ad certam mundi plagam 466.
 Lepræ definitio secundum *Flud* 466.
 Leporam efficientis humoris sedes 284.
 ad Leporam varios morbos refert *Flud* 466.
Leptomeres quid 220.
 Lethargi causa 245. 222.
 — secundum Methodicos definitio 153.
 — sedes 261.
 Lethargus quid 205. 240.
 — unde oriatur 289.
 Leucophlegmatia quæ 63.
 Lichenæ quando Romæ primum innotuerunt 73.
 Lienis cum variis rebus consensus & dissensus 339.
 — munia 212.
 Lienteriæ causa 200.
 Ligationes num in hæmorrhagia instituenta 72.
 Limbus quid *Paracelso* 372.
 Lippitudinis remedium superstitiosum 93.
 Lippitudo quare morbus compositus 256.
 Liquor copiosus vel gravis impedit ciborum digestionem 522.
 Liquor nutritius qualis fit 496.
 Liquores non omnes a cibo secreti sunt inutiles 574.
 N n n n Liquores

- Liquores varii quare variis in corporis locis fecernantur 531.
 Liquorum corporis secretio quo modo fiat 532.
 Literarum studii laus 613.
 Loca } generationi (humorum dica-
 } secretioni Sta 177.
 Localia adjutoria quæ 158.
 Locorum terræ dissimilitudo dissimiles hominum procreaciones habet 103.
 Locus differentiam morbi facit 176.
 Longævus ut aliquis evadat causa 345.
 Loquacitatis causa 348.
Lorind unde sit 368.
 Loto frigida cur in lethargo incongrua 161.
 Lotium ubi generetur 277.
 Lucis efficientia 455.
 Luctatio quo modo in gymnasio peragebatur 115.
 Ludorum gymnicorum genera *ibid.*
 Lues venerea morbus novus 74.
 Luna cum planetis aliis sociata alios morbos procreat 107.
 — dierum faustorum & infavorum prænumcia 273.
 — eventus morborum prænumcia 323.
 — in variis orbis signiferi locis varios morbos efficit 108.
 — omnimodis corpora hominum in *Brafilia* afficit 98.
 — quando bonos quando graves dies producat 323.
 — — causa fit ut pluat 96.
 — quanto temporis intervallo circulum suum perficiat 272.
 — quare terram gubernet 97.
 — quid sit 369.
 — vitæ humanæ præcipuadominatrix 97.
 Lunæ luminum varietas tum crescentis tum senescentis ab Astrologo observanda 167.
 — phases in morbis acutis observandæ 444.
 — singuli corporis humores obediunt 441.
 — stationes diversæ quid efficiant 273.
 Lux & tenebræ duo principia mundi 454.
 — — — — inter se maxime contrariæ 455.
 Luxatio qualis morbus 256.
 Luxum ut *Cato* excantavit 92.
 Lympha est subacida 485.
 — ubi & ex quibus fiat 486.
 — unde producat *ibid.*
 Lymphæ usus duplex *ibid.*
- M.
- M** *Achaon* clarus in medicina 5. 7.
 Machinatione quadam omnia in mundo moventur 505.
Macri de scriptis iudicium 315.
Macrobiorum territorium ubi 221.
 Magi genus sapientum 90. 91.
 — quinam vulgo dicuntur 91.
 Magiæ species 92.
 Magnetis efficientiam quo modo exposuerit *Asclepiades* 221.
Majow hypotheses 239.
 Mammæ sanguinem in lac convertunt 298.
 Mancipiorum qualiscunque valetudo ut cognoscenda 314.
Marcellini de scriptis iudicium 310.
 Marcor quid 271.
 Marcoris causa 350.
Mastach efficacitas 607.
 — quid? & ejus confectio *ibid.*
Mas2

Matz qualis planta <i>ibid.</i>	Medendi via in quibus sit posita 552.
Mater dura in potentia cordi excellit 514.	Medicam artem ad discendum brevem statuit <i>Theffalus</i> 146.
Materia corporis supervacanea quo loci deferatur 266.	Medicamen quodnam inurile 395.
— prima, secunda, tertia, quarta quæ 457.	Medicamenta agunt ratione odoris 431.
— quæ 304.	— — tractu 181.
— quoruplex 506.	— — — — — habent vires <i>specificas</i> 274.
— subtilis est rerum domina 504.	— — — — — in quiete visa 9. 79.
— — — — — quid in sanguine valeat <i>ibid.</i>	— — — — — in quot classes a Brachminibus distributa sit 328.
— — — — — si corporis poros penetrare haud valet quid tum eveniat 503.	— — — — — quæ strictè vocanda 304.
Materiae natura 506.	— — — — — quo modo agant 259.
— — — — — subtilissimæ efficacitas admiranda 503.	448.
Materiam ætheream inficiatur <i>Pitcarinus</i> 508.	— — — — — quot modis componenda 301.
Mathema quid 500.	— — — — — singulares humores evacuantia statuit Hippocrates 181.
Mathematicæ scientiæ quæ <i>ibid.</i>	— — — — — usu probata in fanis asservabantur 10. 78.
ex Mathematicis qui male audiant 501.	Medicamenti proprium 431.
Matris, filii, hostis & hospitis vocabulis utuntur <i>Chinenses</i> ad explicandam membrorum proprietatem 340.	Medicamentorum facultates ad calculum vocantur 84.
Meatus corporis forinsecus ad interiora tendentes 504.	— — — — — quot 86.
Mechanica quid 500.	de Medicamentorum facultatibus & compositione judicium 301.
de Mechanicorum in Medicina ratiocinio judicium 65.	— — — — — facultatibus sententia <i>Dioclis</i> 201.
Mechanicus quis 500.	Medicamentorum facultatum graduum declaratio 301.
Meconii efficacia 604.	— — — — — genera quot 303.
Meconio & opio de quibusdam proprietatibus convenit <i>ibid.</i>	— — — — — inventio 78.
Meconium qui fiat 603.	— — — — — vires <i>specificas</i> cavillabantur aliqui de veteribus 274.
Medendi methodus <i>Chinensium</i> 352.	— — — — — vires ut veteres indagabant 82. 87.
— — — — — ratio ad mentem <i>Erasistrati</i> 215.	Medicamentum aliquando non est dandum 408.
— — — — — rationes generales 537.	— — — — — contra spasmus quando

- quando adhibendum 109.
 Medicamentum naturæ instrumentum 306.
 ————— quid 298.
 ————— ad mentem
Hippocratis 180.
 ————— quid efficiat 303.
 ————— quodnam salubrius 306.
 ————— quo modo agat 431.
 ————— per Chemiam tractandum 409.
 ————— symmetrum quod 83.
 ————— temperatum quinque modis de æqualitate potest decedere 300.
 ————— quodnam *ibid.*
 Medici Ægyptiorum secundum leges scriptas Medicinam faciebant 325.
 ————— Chineses quo pacto infantium morbos inquirent 362.
 ————— Chinesis officium erga ægrotos 361.
 ————— clari apud veteres Græcos & Romanos 13.
 ————— descriptio inepta 317.
 ————— dogmatici multa a Philosophis sumperunt 198.
 ————— imperiti qui 163.
 ————— sunt dæmones 382.
 ————— naturales, *specifici*, *characterales*, spirituales & fideles qui 394.
 ————— officium 302. 407. 132.
 ————— in febrium curatione 539.
 ————— primi non omnes morbos curabant 12.
 ————— quando cœperint rationales nominari 27.
 Medici quare cœperint primum philosophari 19.
 ————— servi videntur apud Romanos non universa corporis vitia curasse 16.
 ————— vetustissimi Anatomes fuerunt rudes 131.
 ————— vocabulum olim generatim usurpatum 17.
 Medicina apud plerosque Asiaticos abjecta jacet 331.
 in Medicina de singulis philosophari res ardua 505.
 Medicina duplex 408.
 ————— fueritne olim studium servis proprium 12.
 ————— jam pridem extitit 166.
 ————— mechanice explicanda 506.
 ————— non indiget fortuna 167.
 ————— olim latebat in certis familiis 165.
 ————— olim pars philosophiæ habebatur 19.
 ————— Philosophiæ est conjungenda 41.
 ————— quæ 541.
 in Medicina quænam potissimum observanda 167.
 Medicina quare nequeat brevi addisci 163.
 ————— non in numero artium liberalium collocetur 15.
 ————— quid 1. 166. 409.
 ————— vera in quibus continetur 408.
 ————— unde orta 138. 140. 142.
 Medicinæ definitio 145.
 ————— divisio 279.
 ————— finis 302.
 ————— fundamenta 94.
 ————— in quibus posita 571.

Me-

Medicinæ in varias partes partitio 23.	<i>Melampus</i> quæ invenit 13.
_____ inventor quis ad mentem	Melancholia unde 154.
<i>Chinensium</i> 334.	Melancholiæ causæ 289.
_____ inventores 3.	_____ causæ variæ 286.
_____ origo unde 4.	_____ hypochondriacæ descriptio <i>Flud</i> 466.
_____ partes quot 134. 312.	Melancholici humoris facultas 260.
_____ ratio quare instabilis 309.	_____ judicium ut casu possit de- pravari 447.
_____ studioso quæ discere sua- det <i>Paracelsus</i> 373.	Melancholicorum desipientia unde 174.
_____ Theoria & Praxis e qui- bus pendeant 571.	<i>Melissi</i> de origine hominis senten- tia 171.
_____ variæ definitiones 22.	<i>Melissi</i> opinionem refutat <i>Hippo- crates</i> 171.
_____ veterum simplicitas 1.	<i>Melissus</i> unum rerum principium statuebat 42.
Medicinam quando oportet non ad- hibere 109.	<i>Melofinia</i> quæ 368.
_____ veterum oportet admirari 166.	Membra corporis præcipua quot & quæ 336.
sine Medicis quidem, sed non sine Medicina, quædam gentes vix- runt 11.	_____ cur justo leviora aut aspe- riora evadant 262.
Medicorum octo classes apud Indos 329.	Membranæ cujusmodi dolores in- ferant 241.
_____ unicuique classi singulare Numen præest 330.	_____ unde concrecant 172.
Medicos <i>J. Cesar</i> civitate donavit 15.	Membrarum affectuum sedes ubi 514.
Medicum quænam scire deceant 167. 175. 302. 133.	_____ proprium 515.
_____ rationalem quæ deceant 269.	_____ origo & usus in corpore <i>ibid.</i>
Medicus quænam indagare debeat 550.	Membrum quodvis decem modis fit morbofum 349.
_____ quando munus suum exe- quatur 269.	Memoria quo pacto oriatur 490.
_____ quo modo possit in arte ce- leber fieri 408. 175.	<i>Menececratis</i> arrogantia 14.
_____ subvenit interioribus affecti- bus rebus externis 408.	<i>Meningis</i> duræ magna efficacia 513.
_____ unde nascatur 407.	_____ <i>elaterem</i> quæ res promo- veat 514.
_____ ut venam tangere debeat 361.	<i>Meningum</i> utrarumque utilitas ad vitam transigendam <i>ibid.</i>
Medullæ spinalis origo 250.	<i>Meninx</i> dura <i>oscillationem</i> cum fi- bris carnis communicat 515.
	Mens, antequam corpori fuit con- iuncta, scientiæ plena erat 406.
	Nnnn 3 Mens

- Mens quibus rebus nutriatur 173.
 Menſe quolibet ſpiritus corporis
 variant naturam 345.
 Menſes mulierum quas ob cauſas
 ſupprimantur 550.
 — non ex ipſo utero effluunt
 577.
 de Menſtrui cauſa ſecundum D.
Frind hypotheſin iudicium 549
 Menſtrum muliebri femine mixtum
 379.
 — mulierum eſt venenum 379.
 — quare intermittat 577.
 Mentem corpoream ſtatuit *Hippo-*
crates 173.
 Mentis alacritatis a fomno cauſa 570.
 — alienatio unde fit 226.
 — de natura *Hippocratis* ſen-
 tentia 173.
 — hoſpitiſm 422.
 — humanæ ſedes 173.
 Mercurii proprium 370.
 Mercurii quot ſpecies in homine 370.
 — vis cuiam rei tribuenda ſit
 555.
 Mercurius aſcendens quales morbos
 excitet 383.
 — deſtillatus quid mali inferat
 corpori 383.
 — ex quibus gignatur 370.
 — multiplex, & quot modis
 in corpore ſeruetur 383.
 — pneumoſus, cremoſus, ſub-
 limatus, præcipitatus quid 411.
 & quos morbos inferat 412.
 — præcipitatus quales morbos
 faciat 384.
 — quid 383.
 — reſolutus ubi in corpore ex-
 cernatur 381.
 — ſublimate quos morbos creet
 384.
 Mercurius, ſulphur, & ſal homini
 inſunt 375.
 Meſenterii conſtitutionis conſidera-
 tio multum facit ad morborum
 curationem 552.
 Meſues junioris placita 308.
 — ſenioris dogmata 305.
 Meſoſperis 138.
 Metaphora utuntur *Chinenses* ad na-
 turam membrorum exponendam
 340.
Metanopoiſis quid 156.
Metasyncriſeos vocabuli ſignificatio
 156.
Metasyncritica curatio 156.
 — quæ 156.
Metasyncreticus circulus 158.
Metempsychosis quid 238.
 Meteora morbida ex ventis cardi-
 nalibus quid mali efficiant 463.
 — morbida divina 465.
 in Methodica quinam inclaueret 146.
 Methodica quid 145.
 Methodicæ ſectæ auctor 26. 145.
 Methodici inſiciabantur elemento-
 rum temperationem 147.
 — in quibusdam conſentiebant
 cum ſcepticis 153.
 — in quo conſentirent dogma-
 ticis 157.
 — non ſcrupuloſi ſanguinis miſ-
 ſionis obſervatores 161.
 — quædam verba promiſcue u-
 ſurpabant 153.
 Methodicorum fundamenta præci-
 pua 25.
 de Methodicorum placitis *Celſi* ju-
 dicio 156.
 Methodicorum præcepta morbos
 curandi 155.
 Methodicus cum ſceptico convenie-
 bat 152.

Metho-

- Methodus in quibus consistat 247.
Michaelis magni officium 462.
Minous Medicinæ peritus 5.
Mithra inter bonum & malum geni-
 um medius 90.
 Mixtio quando primum fiat 401.
 — rerum in quibus posita sit 400.
 Mixtionis subiecta 401.
 — tres species *ibid.*
 — vocabulo non unam significa-
 tionem tribuit *Flud* 459.
Mnemonicæ quæ 135.
 Mobilitas corporis vitiosa 258.
 Molecula primigenia non potest in
 plures partes dividi 506.
 Moleculæ primigeniæ materiæ cu-
 jusnam sint qualitatis 506.
Monopagia quid 315.
Monopagiæ causa 315.
 Morbi ab influxu astrorum exoriantur
 96.
 — acuti quinam secundum Hip-
 pocratem 177.
 — a plenitudine quo modo orian-
 tur 261.
 — causa ad mentem *Chinensium*
 346.
 — causa ad mentem *Hippocra-
 tis* 170.
 — — proxima 541.
 — causæ ad mentem *Asclepiadis*
 222.
 — compositi exemplum 256.
 — cur vesperi vehementiores ha-
 beant accessiones 223.
 — definitio secundum *Hofman-
 num* 541.
 — definitionem methodici duce-
 bant supervacua 154.
 — definitiones secundum *Flud*
 462.
 — — variæ 667. 69. 177.
- Morbi de eventu signum bonum
 283.
 — diurni Solis motum sequun-
 tur 444.
 — e chalcantio 391.
 — e mercurio 391.
 — & symptomatis differentia 257.
 — eventus ex quibus prælagiri
 debeat 270.
 — ex alumine vel plumoso vel
 scissili 391.
 — ex arsenico qui 391.
 — ex glacie *ibid.*
 — e Nitro *ibid.*
 — e sale acuto *ibid.*
 — — communi *ibid.*
 — e sulphure *ibid.*
 — e *virio* albo *ibid.*
 — ex tribus principiis fiunt 178.
 — ignoti remedium quo pacto
 inveniendum 142.
 — in quibus consistant 383.
 — in numero qui ? 263.
 — natura in quibus posita 140.
 141.
 — notio quo pacto acquirenda
 175.
 — novi numne subinde exoriantur
 73.
 — novi quo pacto in Italiam
 venerint 75.
 — num omnes ab acido & visci-
 do oriantur 482.
 — omnes in quibus consistant 541.
 — omnes qua ratione curantur
 quidam per consensum 552.
 — origo secundum *Platonem* 195.
 — plerique ratione motus male se
 habentis oboriuntur 582.
 — principium ut tollendum 324.
 — proprium 256. 257.
 — qui facile curentur 352.

Morbi

- Morbi lethales aut difficiles ad curandum 352.
 — quidam per consensum 185.
 — quo modo cito finiantur 271.
 — quot 425.
 — ratione formæ qui inferantur 262.
 — Saturnini, Martiales &c. 402.
 — solutio quæ ita vocanda 271.
 — *tariarei* quare ita dicantur 385.
 — morbi tres principes ad mentem *Brachmanum* 329.
 — trifariam ad salutem aut ad mortem tendunt 270.
 Morbis cunctis idem modus 176.
 — nova nomina imposuit *Paracelsus* 384.
 — ut medendum ad mentem Methodicorum 155.
 Morbo cuique sua est medicina 408.
 de Morbo sententia *Erasistrati* 212.
 Morbo sua cuique est anima 480.
 Morborum acutorum origo 280.
 — auctor Saturnus 378.
 — caussa proxima est obscura 132, 182.
 — caussæ formales 436.
 — — quatuor 466.
 — — proximæ 436.
 — — tres 583.
 — causam communem & supremam inficiabatur *Erasistratus* 214.
 — classes duæ 541.
 — communia quæ 148.
 — curatio universalis 403.
 — — fit per leges mechanicas 552.
 de Morborum curatione præcepta *Hippocratis* 180.
 — curatione quo modo *Chinenses* philosophantur 352.
 Morborum curationem in quibus ponant *Chinenses* 353.
 — differentia ratione loci evenit 176, 481.
 — differentia 67.
 — diversitas Diætæ pravæ tribuenda 179.
 — exteriorum dolor unde 390.
 — genera ad mentem *Paracelsi* 382.
 — genera duo secundum *Baглиum* 542.
 — — tria ——— *Boerhaviium* *ibid.*
 — — duo ad mentem *Helmontii* 426.
 — — quot 255, 408.
 — — secundum Methodicorum opinionem 147.
 — — hæreditariorum caussa 387.
 — — in curatione quænam Medicus observare debeat 284, 551.
 — — longorum ad curationem quænam Medici partes & officium 552.
 — — modus unus 481.
 — — multorum origo 75.
 — — numerus secundum *Brachmanes* 329.
 — — numerus secundum *Hippocratem* 176.
 — — origines & caussæ paucæ 552.
 — — origo ad mentem *Crollii* 408.
 — — *Dioclis* 199.
 — — secundum *Hippocratem* 176, *seq.*
 — — unde fit 324.
 — — præfides secundum *Indorum* opinionem 330.
 — — sedes primæ 436.
 — — species ad mentem *Boerhaviium* 544.
 Mor-

- Morborum tempora quot 150. 270.
 ——— variorum causæ 382.
 Morbos quovis anni tempore futu-
 ros prædicere 175
 Morbum expellit Natura i. e. *Mu-*
mia vel balsamum interius 408.
 Morbus ad conservationem vitæ
 nonnunquam necessarius 582.
 ——— compositus quis 256.
 ——— est flagellum 381.
 ——— est purgatorium 382.
 ——— nullus sine veneno 381. 392.
 ——— primus ex quo nascatur 391.
 ——— qui a morte distinguatur 426.
 Morbus quid 461. 254. 258. 298.
 541. 542. 436. 541.
 ——— quid secundum Helmontium
 425.
 ——— ——— *Hippocratem*
 175.
 ——— quinque modis fit secundum
Chinenses 349.
 ——— simplex quis 256.
 ——— ubi locorum subsistat 347.
 ——— uniusmodi ex aère 179.
 De *Moor* placita 563.
 Mores hominum unde sint 252.
 Mors propter senectutem 436.
 ——— quare contingat naturaliter 268.
 ——— repentina qui plerumque contin-
 gat 204.
 Mortis causa 283.
 Motionis variæ corporum leges tres
 508.
 Motionum corporis auctor 377.
 Motus activus 252.
 ——— causa prima quæ 507.
 ——— celeres 113.
 ——— corporis pravi qui 258.
 ——— corporis vitales ab anima ad-
 ministrantur & reguntur 578.
 ——— ——— voluntarius quo pacto
 fiat 568.
 Motus duplex inservit actionibus cor-
 poris vitalibus 574.
 ——— extraordinarii requiruntur ad
 materiam noxiam expellendam
 584.
 ——— in mundo decreverunt 507.
 ——— instrumentum quod 568. 569.
 ——— natura qualis 507.
 ——— non fit tractu 507.
 ——— passivus 252.
 ——— perverso sanguinis circuitui suc-
 cedens non provenit a materie
 pravitate 578.
 ——— præposterus plures morbos
 corpori inducit, quam humorum
 intemperies 582. *seq.*
 ——— principia 507.
 ——— quid efficiat 116.
 ——— quid fit 573.
 ——— quo pacto de integro instau-
 retur 507.
 ——— solidorum corporis sunt du-
 plicis generis 509.
 ——— *sympliciticus, reflexivus & suc-*
cessivus qui 515.
 ——— *tonici* adacti faciunt ad san-
 guinem diminuendum 584.
 ——— *tonicus* quid in corpore effi-
 ciat 575. *seq.*
 ———, *spasticus & convulsi-*
vus quomodo inter se differant
 577.
 Motuum animalium principium &
 causa quæ 508.
 ——— complures species recenset
Stablinus 583.
 ——— corporis duo genera 252.
 ——— maxime hostilium in corpus
 humanum classes tres 536.
 ——— voluntariorum & naturalium
 animalis causa, quæ 509.
 Oooo Me:

- Motuum voluntariorum & naturalium organa quæ 509.
 Movendi actionum symptomata 258.
 de Moyse Rabbi judicium 300.
 Mucum narium quis conficiat 424.
 Mucus narium copiosus unde fit 348.
 Mulier in coitu a viro etiam tartarum suscipit 387.
 Mulieres quare præ viris crebrius convulsionibus torqueantur 234.
 Mulomedici veteres Methodicorum placita sectabantur 155.
Mumia quid, natura, vires &c. 395.
 Mundus quadruplex quid *Paracelsus* 368.
 Munimentum fictum *Flud* 461.
 Musculi contractio quo pacto contingat 517.
 ————— voluntaria & propria quæ *ibid.*
 ————— dolentis indicia 241.
 ————— ex quibus constructi 509.
 ————— in partium distensione sunt extensi 576.
 ————— motus ubi ordiatur, & intermittat 518.
 Musculis est potentia duplex 517.
 Musculorum actio insita 253.
 ————— actio qui a de *Moor* exponatur 568.
 ————— constructio 516.
 ————— distensio qui contingat 569.
 ————— genera tria 516.
 ————— motionum differentie quot 253.
 ————— motus ope mechanice expositio est res ardua & difficilis 518.
 ————— qui fiat 239.
 ————— potentiam quo modo explorent *Mathematici* 526.
 ————— proprium 515.
 Myrrhæ usus apud veteres *Ægyptios* 324.
 Mysterium magnum est quadruplex 367.
 ————— *Paracelsi* quid 367.
 N.
 Nani abs quibus sunt progeniti 368.
 Narrandi opportunitatem *Macrobius* censet esse *Nepenthes* *Homeri* 595.
 Natura purgationis humorum auctor 306.
 Natura quando pro ægroti salute decernat 438.
 ————— quid 36. 218.
 ————— quid ad mentem *Alberti* 579.
 Naturæ contemplatio quænam supervacua 144.
 ————— vocabulum irridebat *Julianus Methodicus* 152.
 Naturalia quænam ab *Empiricis* dicantur 139.
 Naturalium functionum symptomata unde oboriantur 258.
Nesforeni qui 368.
Necesso per Decanos quamlibet corporis valetudinem collegit 322.
 Necromantie auctores qui 238.
 Nepenthes alii herbam alii medicamentum vocant 596.
 ————— Augusto regnante *Diospoli* in usu erat 596.
 ————— quid sit, est incertum 594.
 ————— videtur quædam medicamenti compositio fuisse 605.
 Nepenthi simile electuarium *Benjaminis*

- nis Indis etiam nunc in usu 609.
 Nepenthis efficientia 592.
 ——— verbi per tropum explanationes 595. & deinceps.
 ——— vocabulum quid significet 594.
 Neptunum equestrem colebant veterinarii 8.
 Nervi intorti qualesnam dolores inferant 241.
 ——— puncti symptomata, & ratio, quare ea eveniant 544.
 ——— qui inepti fiant ad motum 293.
 ——— unde fiant 172.
 Nervorum humor ex quibus compositus 516.
 ——— igni ad motus condenseset se *ibid.*
 ——— liquidum ex quibus constat 538.
 ——— liquor ex quo oriatur 445.
 ——— liquorem cerebro &c. inesse *Willisus* varie argumentatur 495.
 ——— liquoris munus 495. *ibid.*
 ——— officium 245.
 ——— origo 293.
 ——— principium 202. 242. 250.
 ——— læsum quid efficiat 244.
 ——— resolutionis causa 197.
 ——— succus qualis sit 538.
 Nervus a digito sinistrae manus ad cor tendit 321.
 ——— ex quibus coaluit 543; 516. 212.
 ——— tubulos habet humore repletos 516.
 Nicander quæ scripsit 310.
 Nili aquam Ægyptii recentiores credunt facile in sanguinem mutari 327.
 Nitrum putrefactionis auctor 392.
 Noni dogmata 288.
 Notiones rerum sunt nobis ingenitæ 406.
 Nucii inventa anatomica 129.
 Numerum parem imparēve observabat Hippocrates 181.
 Nutritioni inservientes facultates 58.
 Nutricatus quo pacto fiat 532.
 Nutrimentum rusticum quale 376.
 ——— unde homini suppetetur 375.
 Nutritio in quibus consistat 496.
 ——— quid 53. 574.
 ——— quomodo fiat 250. 53. 220.
 Nutritioni apta res non coagulatur 375.
 ——— quis inserviat 291.
 de Nutritionis modo opinio *Erasistrati* 212.
 Nutritionis negotii utilitas 574.
 Nymphæ unde sint 368.
- O.
- Occasus regio ubi in homine 373.
 Oculorum } hebetudo } unde sit 242.
 } obscuritas }
 Occularum rerum indagationem ab re esse censebant Methodici 155.
 Oedematis causa 266. 284.
 ——— descriptio ad mentem *Flud* 467.
 Oenopiæ radicis efficacia 601.
 Oenotheræ plantæ descriptio 600. *seq.*
 Oenotheræ radicis efficacia 600.
 Officinæ digestionum admodum complures in corpore 480.
 Olei potentia 202.
 Onuris planta 601.
 Ooooo 2
- Opil

- Opii bonitatis signa 603.
 — confectio & collectio 602.
 — destillatio 404.
 — efficacia 610. 510.
Opobrotos quid 294.
 Opium cuiuspiam daturus climatum
 caeli rationem habeat, necesse
 est 611.
 — multarum compositionum præ-
 cipuum constituens est 610.
 — numne sit *Nepenthes Homerii*
 602. 604. 606.
 — omnibus fere medicamentis
 virtute longe præstans 610.
 — quare stupesciat 403.
Opprimecholium quid 394.
Opuntia fructus urinam rubicun-
 dam reddit 64.
 Opus quid 57.
 Organa corporis cur aut majora aut
 minora evadant 263.
 Organorum corporis morbi quot 255.
 Organorum corporis morborum
 causæ 262.
Oribasii de doctrina iudicium 282.
 — dogmata *ibid.* & deinceps.
 Orientis regio ubi fit in homine 373.
 Oris halitus foetidus quid indicet
 314.
Oromazan bonus Deus apud *Per-
 sas* veteres 90.
 — ex quo ortus *ibid.*
 Ossa ex quibusnam principiis con-
 crescant 172.
 Ossium lassitudo unde proveniat
 280.
Osthanes Magiam propagavit 92.
- P.
- P**ædotribæ munus 117.
Pæon Medicinæ inventor 4.
Palastræ species 115.
- Palladii* dogmata 290.
 Palpitatio qui fiat & causâ ejus 267.
 205.
Pamphilus fabulosissime de planta-
 rum collectione scripsit 93.
Pancreaticum quid 115.
Pancreatici succi efficacia quæ 485.
Pancreatis succi ex quibus com-
 ponatur 486.
Pancreatista qui 115.
Panis bolo sanguis, caro &c. infunt
 374.
 e *Papavere* colligitur opium &
 conficitur meconium 603.
Paracelsi decreta 367. usque 396.
 — doctrina, mores &c. 365. seq.
 — de rerum principiis opinio 34.
 — de sectatoribus variis iudi-
 cium 410.
Paracelsus abutitur vocabulis va-
 riis 393. 394.
 — de Deo præclara atque e-
 gregia sentit 394.
 — gloriosus 356. 366.
 — habet multa superstitiosa 380.
 — num fuerit plagiarium 370.
Paradoxon paralyseos genus 213.
Paralytis causa 286.
 — qui oboriatur 446.
 — quid 431.
Paranochia quomodo exoriatur 481.
Pararythmus quid 209.
Παρυσπρωτος quid 213.
Παραξίρεως 191.
 Pars simularis quare bene aut male
 se habent 317.
 de Parte affecta dissentiant per sæpe
 medici 183.
 Partes corporis non simul fiunt 249.
 — instrumentales *ibid.*
 — inter principes consortium est
 292.

Partes

- Partes similes 249. & quot 317.
 ——— ex quibus concreverint 317.
 Partis movendæ requisitum 517.
 Partium corporis considerationem inutilem judicantur Methodici 150.
 Partium } Morbus in quibus confi-
 } Sanitas stant 317.
 ——— similiarium morbi quot 255.
 ——— morbi unde sint 255.
 ——— morborum d. iſſentia quot 317.
 ——— ſolidarum motus eſt duplicis generis 575.
 ——— tonus cur ſæpenumero varius & diſpar ſit 577.
 ——— tonus remiſſus vel adſtriſtus quid faciat 576.
 Paſſio & ſymptoma in quibus diſferant 257. 147.
 ——— quid 254.
 Patbos quid ad mentem Methodi corum 177.
 Patroclus Medicinæ peritus 5.
 Pecqueti inventa Anatomica 129.
 Pelopis jaſtantia 182.
 Πέλοπος quid 115.
 Pentathlus quis *ibid.*
 Πενταθλητής qui 124. 198.
 Perceptionem nullam eſſe animæ inſitam 219.
 Periamma ſuperſtitioſum adverſus hæmorrhagiam lippitudinem 92.
 Periodi morborum difficiles explicatus habent 199.
 Periodus quid 187.
 Perioſtii dolentis ſignum 241.
 in Peripneumonia quænam pars afſiciatur 184.
 Peripneumonia quid 205.
 Peripneumoniæ ſecundum Metho-
- dicos definitio 153.
 Perſæ a Medicis Græcis præcepta Hippocratis didicerunt 331.
 ——— veteres in Medicina clari 331.
 Perſarum recentiores medici doctrinam Avicennæ ſequuntur *ibid.*
 Perſpiratio quid ſecundum veteres 219.
 Peſtem prædixit Hippocrates 166.
 Peſtilentia magna 73.
 Peſtilentiæ deſcriptio ſecundum Flud 467.
 Peſtilentiam rogis accenſis arcere quinam oſtenderint 166.
 Peſtis definitio Paracelſi 393.
 ——— quænam atrociffima 238.
 Pharmaceutici qui 24.
 Pharmacia caſu inventa 3.
 Pharmarus magicas artes docuit 91.
 Pharyngotomiam quis primum inſtituit 225.
 de Philagrio judicium 285.
 Philaretus an pneumaticorum de familia 236.
 Philoparaboloſ quid 229.
 Philoſtha Medicus, Antonii affecta; non erat ſervus 279.
 Philoſtha ſophiſma *ibid.*
 Philothei dogmata *ibid.*
 Philotheus num idem, qui Philoſtha vel Theophilius 279.
 de Philumeno judicium 285.
 Philoſophi veteres Medicinam tractabant 164.
 Phlegmone quid 265.
 ——— unde fiat 289.
 Phlegmoneſ cauſa 265.
 Phonafcus 114.
 Phreneſis unde oriatur 309. 245.
 Phrenetici quare delirent 174.
 Phreneticorum delirium unde 448.
 Phrenitidis cauſa 286. 289. 154. 222.
 O o o o 3 Phre-

- Phrenitidis descriptio 205.
 — species & causæ 315.
 Phrenitis ut fiat 469.
 Physicæ in Medicina usus 133.
 Pilarum species 113.
 Pilei plumbei usus 55.
 Pinguedo ubi maxime in homine 375.
 Pisces quomodo respirent 185.
 — unde sint 368.
 Pituita quot modis immutetur 251.
 — quotuplex 251.
 Pituitæ facultas 260.
 Pituitam quænam producant 485.
Pivoliçur quid 113.
 Placitum quid 140.
 Plantæ cujusvis virtus singularis unde sit 306.
 — cur vires peregrinas contrahant 306.
 Planetæ hominem sustentant 321.
 — morbos inferunt 107. 108. 329.
 — quinam salutare ad partum 97.
 Planetarum efficientia generalis *ibid.*
Plato quomodo naturam saporum explicuerit 89.
Platonis error de origine urinæ 62.
 — opiniones de morborum causis 195.
 — sententia de respiratione 186.
 Plenitudo morbum producens quo modo cognoscatur & curetur 352.
 Plenitudinis duo genera 261. *seq.*
Plethora ad $\left. \begin{array}{l} \text{vasa} \\ \text{vires} \end{array} \right\} \text{quæ 261.}$
 — non est continens morborum causa 224.
 — quando cognosci possit 262.
 — quid 261. *seq.* 544.
 — unde progignatur 213.
 Pleuriticis in quibus regionibus *V. S.* non convenit 226.
 Pleuritis quo pacto fiat 309.
 in Pleuritide qui *V. S.* instituenda 192.
 — quis locus patiat 183.
 Pleuritidis causa 222.
 — descriptio 205.
 Plexus retiformis in corpore utilitas 531.
Plinii suppositii de scriptis iudicium 311.
 Plumbo quot morbis *Paracelsus* auxilium attulerit 396.
Pneumaticæ sectæ auctor 232.
Pneumaticorum placita *ibid.*
Pneumaticos laudat Galenus 233.
Pneumatosis ubi contingat 451.
 Podagra quid secundum *Helmontium* 428.
 — — — — *Paracelsus* 390.
 Podagræ, chiragræ &c. causæ 445.
 in Podagræ curatione quid advertendum 429.
 Podagræ remedium superstitiosum 93.
 — species 316.
Podalirius celeberrimus in medicina 5. 7.
Polybii de scriptis iudicium 198.
 Pori corporum non sunt uniusmodi 503.
 — foris intro & intus foras spectantes 504.
 Pororum nulla est differentia in corpore 529.
 Portæ vitæ efficientia 339.
Posidonii placita 244.
 Potentiæ vocabuli descriptio 56.
 Potentiarum vitalium usus 297.
Poussi Indi Meconium vocant 603.
Poussi false dicuntur pauperes ab Indis

- Indis ditioribus 604.
 Præcepta Methodicorum morbos curandi reprobantur 155.
 — quæ secundum *Empiricos* 139.
 — quinque *Stablii* de morborum curatione 590.
 Præceptum quid 140.
 Prædestinatio quid secundum *Paracelsum* 371.
 — — — *Severinum* 400.
Praxagoræ placita 202.
 — temeritas in Ileo 203.
 Prædictio ex morbo convalescentis quænam bona 272.
 Praxis medica circa quæ versetur 296. 312.
 Pressura est omnis generis humorum secretionum causa 571.
 — sanguinis qua ratione demonstranda 565.
 Pressuræ sanguinis in corpore efficientia 564.
 Priapismus ex quo fiat 290.
 Primas quodnam viscus teneat 292.
 Principia corporum ad mentem *Hippocratis* 168. seq.
 — quot secundum *Tachenium* 477.
 — rerum ab *Hermetis* discipulis demonstrata, quæ 398.
 — rerum intestinalia quæ 335.
 Principii vitalis nomina varia 399.
 Principiorum non idem numerus in scriptis *Hippocratis* extat 168.
 — varii ordines ad mentem *Flud* 455.
 Principium ætiosum est in corpore, quod cuncta gubernat 579.
 — non est simplex 398.
 — primum & universale rerum quod 507.
 — quid 27.
 — simplex & absolutum quod 454.
 Profluvium foeminarum quis expellat 577.
Promethæus Medicinæ inventor 4.
 Prudentiæ auctor quis 313.
 Puella ex cuiusnam generis femine gignatur 172.
 Pueri cur minus pleuritidi obnoxii 235.
 Puerulus ut ex parentibus nascatur præceptum *Hippocratis* 172.
 Pulices, araneæ &c. ex quo nascantur 379.
 Pulsus ratione sexus non in eadem manu explorandus 329.
 Pulmo quasnam corporis partes prosignat 337.
 — voci & sono imperat 348.
 Pulmonares vermes 561.
 Pulmones quare ex opinione *Chinensium* metallis sint assimilés 339.
 — sanguinis officina 524.
 — vitæ initium 337.
 Pulmonis ab aggregatione spirituum morbus 350.
 — vena arteriosa, & arteria venosa unde sit 221.
 Pulmonum cum variis rebus consensio & dissensio 338.
 — ope chylus in sanguinem mutatur 524.
 — præstantia 337.
 Pulsationem in affectibus capitis efficit dura meninx 514.
 Pulsui quomodocunque prave constituto medentur *Chinenses*. 354.
 Pulsuum exteriorum nomina & quot 355.
 — genera secundum *Brachmanes*

- nes 329.
 — interiorum nomina 355.
 — modos quomodo *Brachma-*
nes vocent 329.
 — tria genera & nomina 335.
Pulsus causæ 473. 207.
 — celar qui 361.
 — cordis, hepatis, pulmonis,
 stomachi qualis sit 356.
 — cum *monochordo* comparatio
 474.
 — cur in febricitantibus alteretur
 502.
 — de curatione generali præce-
 pta *Chinensium* 354.
 — deficientes quinque, quid in-
 dicent 350.
 — definitio ad mentem Flud 473.
 — dextræ dextram, & levæ fi-
 nistram, corporis partem male
 affectam ostendit 355.
 — dextræ quænam viscera affe-
 cta &c. prodat *ibid.*
 — exteriores qui & quid signifi-
 cent 357.
 — extraordinarii novem 358.
 — inæquales 208.
 — in quibus locis a *Chinensibus*
 observetur 354.
 — interiores qui & quid signifi-
 cent 358.
 — levæ quænam viscera male
 constituta &c. indicet 355.
 — lethum significantes qui 360.
 — loca trina ternis corporis re-
 gionibus respondent 355.
 — monstrosi qui & quot 359.
 — naturæ congruens quis 361.
 — notitiam medico esse neces-
 sariam judicant *Chinenses* 354.
 — ordinarii quindecim 355.
 — qualis cuilibet elemento sub-
 jectus 356.
Pulsus quare varii sint 356.
 — qui cadant sub cujusvis plane-
 tæ ditione 373.
 —, qui proprio e loco egre-
 diuntur, 359.
 — quid secundum *Paracelsum*
 373.
 — quinam mutationem subeant
 356.
 — quo modo fiat 207. 233.
 — quot contingant naturaliter
 spatio unius respirationis 340.
 — quot fiant intra diem unam
 341.
 — quot sub cujusvis elementi di-
 tione sint 356.
 — renum qualis *ibid.*
 — scientia est obscura 209.
 — secundum varios auctores dif-
 ferentiæ 206.
 — septem in homine & in mun-
 do majori 373.
 — tardi qui & quid significant
 360.
 — variæ variorum descriptiones
 205.
 — variantratione anni tempesta-
 tum 357.
 — vitiosi quinque 357.
 — utilitas 434.
 de Pulsu iudicium *Celsi* 209.
Punctura acu instituenda utuntur
 sæpissime *Chinenses* ad morbos
 prestigandos 333.
Purgandi vis unde medicamento sit
 305.
Purgantia bifariam negotia sua agunt
 554.
 — non trahunt peculiare humo-
 res 215.
 — numæ singularem humo-
 rem

- rem trahunt 61.
 Purgantia peculiarem humorem at-
 trahunt 307.
 — quo modo febrem inferant
ibid.
 — quo pacto agant 227.
 — singula singularem humorem
 educere negabant Methodici 160.
 — singularem humorem edu-
 cunt 274.
 Purgantibus raro utebantur metho-
 dici 160.
 Purgantium agendi ratio ad calcu-
 los vocatur 554.
 — usum numne sustulerit *Ascle-*
piades 226. 228.
 — quare aspernaretur *E-*
rasistratus 215.
 Purgare ante triduum non licebat
 Medicis Ægyptiorum 325.
 Purgatio per alvum cur Naturæ
 magis congruens 307.
 Purgatione ante triduum uti apud
 Ægyptios interdictum 22.
 Purgationem fortiolem reprobabant
Chrysippus & Erasistratus 214.
 Purgationem magni faciebat Hero-
 phylus 226.
 Purgationes foeminarum mensrua-
 les quare suas vices & tempora
 observent 549.
 Pus ad putrefaciendum denuo haud
 aptus est 586.
 — quid sit *ibid.*
Pusilla quid 391.
 Putredinis materia & causa 264.
 — natura 263.
 — proprium 264.
 Putredo cujusmodi perniciem san-
 guini & partibus solidis faciat 586.
 — vera quo pacto in corpore
 oboriatur *ibid.*
- Putrefactio quid 376.
 Putrefactione remediorum vis mani-
 festatur 395.
 Putrefactioni quænam apta 264.
 Putrefactionis necessitas in homine
 381.
Pylori & bilis consensus 419.
 — præcellentia *ibid.*
Pythagorici Medicinæ operam nava-
 bant 20.

Q

- Quadrivium quid 500.
 Quæstiones inanes fugere Me-
 dicum oportet 167.
 Qualitas frigida & calida ex quibus
 ortæ sint 456.
 Quali { compositas } quænam res
 tates } simplices } producant 260.
 Qualitates manifestæ medicamentor-
 um quæ 87.
 — occultæ medicamentorum
 quæ *ibid.*
 — primæ non sunt simplices
 368.
 — — vel simplices 247.
 — primas negat *Hippocrates*
 morborum mortisve causam ef-
 se 169.
 ex Qualitatibus primis aliæ aliis cor-
 poris humoribus conjunguntur
 53.
 Qualitatibus secundis quid peculiare
 85.
 Qualitatum compositarum genera
 quatuor 247.
 — primarum loco *Flud* utitur
 quatuor ventis cardinalibus 458.
 — — notitia non spectat
 ad medicum 375.
 — — origo 478.

P p p p

Qua-

- Qualitatum primarum sedes in homine 53.
 — secundarum compositio unde fit 248.
Quell-sand Terra primigenia 413.
 Quinquentium 115.
Quinti Sereni de scriptis iudicium 310.
 Quotidianæ intermittentis causæ 316.
- R.
- R** *Achitis* morbus novus 74.
 Ratio dogmatica in qua differat ab *Empirica* 143.
 Rationalis sectæ medicorum auctor 164.
 — fundamenta *ibid.*
Realgar 393.
 Recidivus quando morbus 27 1
 Recorporatio quæ 156.
 Reiapidæ singulæ singulas vires tribuerunt veteres 88.
 Remedia cuncta quid in morbis profligandis moliantur 552.
 — extrinsecus perraro adhibent *Chinenses* in morborum curatione 354.
 Remediorum apparatus ad quæ maxime dirigatur 552.
 — genera non multa sunt *ibid.*
 — virtutes quot modis sint explorandæ 556.
 Remedium morbi non adeo facile est ad inveniendum, ut aliqui putant 487.
 Renes ex quibusnam rebus producuntur 172.
 — inter corporis partes primum actuosi 337.
 — quales partes producant *ibid.*
- quid fecernant 293.
 Renum dolentium signa 242.
 — munia 250.
 — proprietates variæ 338.
 Rerum complurium veteribus notatarum cognitionem perdidimus 606.
 — facies prima quo modo erat 402.
 — mixtarum affectiones & vicissitudines unde sint 335.
 Res herbaria ut a Brachmanibus tractata 328.
 — hominem lædentes 170.
 — naturales quæ & quot 296 312.
 — quare ita appellantur 312.
 — non naturales quot 297.
 — præter naturam quot 312.
 Resolutio membrorum qui fiat 213.
 — quid 242.
 Resolutionis membrorum causa 431.
 Respiratio a quibus pendeat 525.
 — quoties fiat naturaliter intra diem 340.
 — quo modo peragatur 257.
 525. *seq.*
 — quoties intra xxiv. horas contingat 329.
 de Respiratione variorum opiniones 185.
 Respirationis necessitas 566.
 — utilitas 186. 251. 435.
 Resumptivus circulus quomodo institutus 158.
 Revulsio quid 193.
 Revulsio ut instituat 191.
Rhasis placita 295.
 Rheumatismi causæ 316.
 Rheumatismus ex qua causa 154.
 — qui fiat 310.
 — quid 583.
- Rhythmus

Rhythmus quid 209.
 Rinares vermes 561.
 Rigor quid 233. 263.
 Rilus caussa 348.
 Rogerii placita 450.
 Rudbeckii inventa anatomica 129.
 Ruptura vasii qui accidat 267.
 Ruyschii inventa anatomica 129.

S.

S Al cujusmodi morbos faciat 383.
 — quid *ibid.*
 — quot modis invertatur 384.
 — resolutum ubi in corpore secer-
 natur 381.
 — { calcinatum } quos morbos
 — { reverberatum } faciat 384 411.
 — { resolutum } 412.
 — virgineum 458.
 Salaces quonam planetarum con-
 gressu gignantur 96.
 e Sale, sulphure & mercurio fiunt
 omnis generis concretiones 458
 Salem quando Ægyptii cibus non
 admiscerent 324.
Salernitana scholæ de auctoribus
 judicium 315.
 Salis in homine genera quatuor 370.
 — proprium *ibid.*
 — spiritus potentia 389.
 — sulphurisque gubernatores qui
 370.
 Saliva quid, & ejus efficacia 523.
 — ubi & ex quibus fiat 487.
 — nimia unde fit 348.
 Salivæ vis 484.
 Salium spiritus quales sint 237.
 Salsamentum quid 156.
 Salsitudo ubi in homine 375.
 Saltus species exercitationis 113.
 Sanatio quid & quomodo instituen-

da 269.
 ad Sanationem quot modis perveni-
 ri potest 269.
Sanctorii industria in transpiratione
 insensili indaganda 219.
Sanctorius quo modo proportionem
 corporis excretionum invenit
 539.
 Sanguificatio quid 225.
 Sanguinariū vermes 561.
 in sanguine quare omnis generis par-
 ticulæ deprehendantur 530.
 Sanguinei, qui ita nominentur 538.
 Sanguinem arteriis non inesse cen-
 sebat *Erasistratus* 216.
 — ne corruptelam contra-
 hat, quomodo inhibere oportet
 585.
 Sanguini copiosum sulphur inest
 492.
 Sanguinis calor & motus abs qui-
 bus dependeant 494.
 — circuitus est mensura vitæ
 534.
 — circuitus inventor 129.
 — num *Hippocrati* no-
 tus 174.
 — præposterus quid ma-
 li corpori inducat 578.
 — quomodo fiat secundum
 doctrinam Chinesium 341. *seq.*
 — respondet cælorum
 conversioni 341.
 — utilitates variæ 577.
 — color rubicundus unde fit
 492.
 — commixtio quomodo fiat
 524.
 ad Sanguinis confectionem complu-
 ria viscera adjuvant 525.
 Sanguinis de profluvii differentiis
 non conveniebat inter ceteros 267.
 P p p 2 San;

- Sanguinis dimotio quæ 545.
 — ebullientis vapores quid mali creent 309.
 — extra arteriarum orificia propulsionis causæ 528.
 — facultas 260.
 — fluor unde fit 250.
 — in animalibus utilitas 249.
 — in arteriis cujusdammodi resistentia magnum usum affert ad vitam corporis 566.
 — locus primarius in homine 375.
 — missio in quibus instituenda 226.
 — — quando instituenda 109.
 — — quare ad scorbutum non utilis 545.
 — — ut in variis affectibus instituenda 192.
 — — missione quare frequentissime recentiores Ægyptii utantur 327.
 — — missionem cur non adhiberent *Chryfippus & Erasistratus* 214.
 — — nauci faciunt Indorum Medici 330.
 — — quare *Chinenses* vilipendant 333.
 — — quinam veteres flocci fecerint 210.
 — — scrupulosius *Asclepiades* observavit 161.
 — — missionis utilitas 294.
 — — motus progrediens quo modo fiat 576.
 — — — varii recensentur 533.
 — — multitudinem natura molitur imminuere 584.
 — — multitudinis signum 202.
 — — multitudo quid mali inferat corpori 583.
 — — — quomodo imminuenda 215.
 — — procul a vena incisa eruptionis causæ 565.
 — — profluvium quot modis fiat 267.
 — — quidam circuitus ante 4000. annos *Chinensibus* innotuit 340.
 — — quomodocunque constituti causæ 484.
 — — receptaculum 245.
 — — viæ 341.
 Sanguis cum Lunæ lumine augetur 97.
 — est animatus 493.
 — est aqua microcosmi 480.
 — & spiritus animalis quid uterque agat in musculorum motione 569.
 — ex quibus fit concretus 249. 492.
 — — facit ad prudentiam 173.
 — — fit per chyli attritum 525.
 — — in variis morbis iusto fluidior 482.
 — — non fermentat 534.
 — — quando mittendus 554.
 — — quantum iter faciat intra diem 341.
 — — quare in serum mutetur 578.
 — — quare ob sanguinis multitudinem lentescat 551.
 — — quo modo ab arteriis capillaceis perveniat ad venas capillaceas 576.
 — — quo modo in corpore attenuetur 291.
 — — quo pacto in varios humores mutetur 529.

San-

Sanguis quot modis præter naturam effervescat 493.	Sceptici & methodicici convenientia 152.
— quoties intra diem per corpus circumeat 341.	Sceptici quibusdam verbis utebantur indifferenter 153.
— ubinam fiat 250.	Scepticorum & Medicorum consensus <i>ibid.</i>
— ubi maxime incalcescat 578.	<i>Scheunemanni</i> placita 410.
— ut per corpus distribuatur 291.	Scholæ Medicorum primæ & vetustissimæ 10.
Sanitas athletica periculosa 253.	Scientia artis quomodo acquirenda 246.
— & vita in quibus sint sita 530.	— hominis duplex 374.
— in quibus consistat 540. 147. 177. 253. 260.	Scientiam hominis quare <i>Paracelsus</i> tincturam vocet <i>ibid.</i>
— perfecta quæ 541.	<i>Scindapsion</i> qualis humor 251.
— quid 253. 460. 66.	Scirrhi causa 266.
— ut a <i>Flud</i> describatur 462.	Scorbuto non conducit sanguinis missio 545.
de Sanitate sententia <i>Erosistrati</i> 212.	Scorbutus quid <i>ibid.</i>
Sanitatis causa secundum <i>Aselepiadem</i> 222.	Scripta Medicorum multa falsis titulis superbiunt 194.
— definitio <i>Hofmanni</i> 540.	Secretio humorum qua ratione fiat 531.
— duo genera 253.	Secretionis causa sola meatuum magnitudo est 575.
— varæ definitiones 48. 49.	— & excretionis negotium in quibus consistat 574.
Sanus perfecte est nemo 541.	Sectæ cujuslibet character 151.
Sapientia triplex homini 378.	— definitio 24.
Sapores Geometricè exposuit <i>Democritus</i> 89.	— Medicorum quinque secundum <i>Paracelsum</i> 394.
— produnt qualitates primas primatum tenentes 53.	Sectarum æmulatio 234.
— quot 303.	— ambitio 183.
— varii quo modo exoriantur 303.	— quarumlibet professores de quibus olim consentirent 151.
Saporis qualitates quot 248.	Semen quid 399.
Saporum per qualitates primas expositio 88.	— genitale est inconspicuum 374.
Saturni admirabilis invidia 378.	— mares habent tantum 233.
Saturnus qualesnam morbos cum Luna producat 107.	— unde defluat 322.
Scabiem efficientis humoris sedes 284.	P p p p 3 Semen
Scabies unde proveniat 289.	
<i>Scayolæ</i> quid sint 369.	

- Semen genitale unde fiat 199.
 ——— utriusque sexui duplex 172.
 Semina elementis coherent 400.
 ——— sunt inconspicua 400.
 Semine corpora quaelibet referta *ibid.*
 de Semine genitale variae variorum
 opiniones 43.
 Seminis efficientia 399.
 ——— profluvii causa 287.
 Seminum numerus incredibilis 400.
 Senectus quid, & ejus causa 268.
 ——— quo modo fiat 436.
 ——— quo modo retardanda 268.
 Senes quare maxime spasmo tententur 234.
 Sensatio quando tollatur 546.
 Sensorii communis symptomata quae 258.
Sensorium commune non constat in
 ulla corporis parte solida 569.
 Sensuum fons quis 422.
 ——— & motus proximum instrumentum
 quod 569.
 Septenarii efficientia 199.
 Septentrionalem plagam incolentium
 robur unde 221.
Serapionis de scriptis iudicium 309.
Sermonis lepos secundum *Athenaeum*
 & *Plutarchum* est *Nepenthes* Homeri
 594. *seq.*
 Serum sanguinis ex quibus constat
 578.
Severini placita 398. *seq.*
Siamensium Medici in Medicina
 hospites 330.
 Siccitas quo modo corpori inducitur
 260.
 Sidera quaelibet quibusnam corporis
 partibus dominantur 105.
 Sideratio qualis affectus 242.
 Signa curandi rationem indicantia
 305.
 Signa demonstrativa 305.
 ——— exteriora & interiora corporis
 aegri 305.
 ——— inter & accidentia nulla est
 differentia 305.
 ——— majora quae 304.
 Signa praesignificativa 305.
 Signaturae ars quae 373 404.
 Signorum genera quot 271. 304.
 Signum quid 150.
 ——— recordativum quod 304.
 Simiae est corpus ridiculum 248.
 Singultus causa 348.
 Sirenes unde sunt 368.
 Siri quid 315.
 Sitis unde oriatur 245. 220.
 Soda quid 308.
 Sol & Luna multum pollent ad
 qualemcunque corporis conditionem
 273.
 ——— soli non sunt variarum
 anni tempestatum causa 110.
 ——— pestilentiae causa 5.
 ——— quid sit 369.
 Solida morborum causas censebat
Aesclepiades 222.
 Solidi naturam mechanici tantum
 declarare sciunt 510.
 ad Solidi vitiati & corrupti Medicum
 potius, quam ad fluidi curationem
 incumbere oportet 551.
 Solidis corporis partibus quales affectus
 proprii sunt 543.
 in Solidorum & fluidorum curatione
 quanam advertenda 552.
 Solidorum natura a posteriori nobis
 innotescit 520.
 ——— quatuor classes 542.
 Solidum quid 506.
 ——— valis minimi ultimum, quale &
 quantum sit 542.
 Solium vermis 562.

Solu5

Solutio unitatis est morbus communis 263.	Splenitici qui maxime evadant 323.
Solutione & coagulatione omnia fiunt 480.	Spleneticorum signa <i>ibid.</i>
ad Solutionem liquidorum quatenam res maxime faciat 531.	Splenis dolentis indicia 242.
Solutionis signum 154.	— usus in corpore animali 292.
— unitatis morborum causæ 263.	250.
Somniare caliginem, tenebras, vel incendium quid significant 270.	Spiritibus animalibus est duplex motio 539.
Somni profundioris causa 570.	Spiritum animale singularem singuli homines habent 313.
— vis 173.	— abs quo homo hauriat 336.
Somnus abs quo oriatur 570. 220.	Spiritus animales cujusnam sint naturæ 538.
de <i>Sorano</i> Ephesio judicium 281.	— animales male constituti quid moliantur 489.
<i>Spagyris</i> in stomacho residet & e. jus munia 479	— quo modo contaminentur <i>ibid.</i>
<i>Spara</i> quid 389. <i>seq.</i>	— unde generentur 486.
Spasmi ad mentem Medicorum descriptio 153.	— — — — — nutriantur 251.
— efficientia varia in corpore humano 536.	— animalis a nervis omnifariam afficitur 291.
Spasimum quæ res inducant corpori 546.	— — — — — menti inservit 290.
Spasmus quid 536.	— — — — — munia 313.
— quo pacto fiat 205. 446.	— — — — — natales 252.
Spasticus motus cujus generis sit 577.	— — — — — quare ita nominentur 252.
Spermatoci vermes 561.	— — — — — ratione membrorum variat 292.
Spermatosis ubi fiat 452.	— — — — — ubi locorum sit 313.
Sphacelus perraro hominis corpus corripit 582.	— — — — — ubi progignatur 421. 291.
— qui producat 586.	— — — — — unde sit 211.
Sphacelus quid 586.	— — — — — bifariam agunt 495.
Splen in ciborum digestionem ventriculum juvat 418.	— — — — — corporis, ratione mensium variant 345.
— quid rerum ad se attrahat 277. 293.	— — — — — duo sunt homini, & cujuslibet natura 377.
de Splene <i>Egyptiorum</i> absurda opinio 323.	— — — — — duplicis generis corpori insunt 312.
Splenem frustra formatum judicavit <i>Erasistratus</i> 212.	— — — — — ex quo procreetur 216.
	Spiri.

- Spiritus hominis unde originem ducit 177.
 — in corpore humano munia 232.
 — instauratio unde 435.
 — in unoquoque homine est diversus 480.
 — liber & infixus qui 434.
 — mechanici quid valeant 400.
 — melancholicorum varie affectus, varia effecta producit 448.
 — naturalis munia 291.
 — — ubi fiat 291.
 — — ubi sit 252.
 — nitro aërii efficientia 239.
 — non uniusmodi est in singulis hominibus 377.
 — potentia 312.
 — quid sint 492. 312.
 — quilibet ut vitietur 292.
 — quomodo constitutionem spasticam acquirant 498.
 — quo modo in corpore immutetur 452.
 — quo modo in homine gignatur 377.
 — quo modo producantur 494.
 — quomodo universum per corpus distribuatur 336.
 — quo pacto e pulmone attrahatur 217.
 — sedes caput 434.
 — fiderii hominis variae nominationes 405.
 — — vis incredibilis 406.
 — sunt sanitatis causa 237.
 — triplex in homine 378.
 — ventriculi qualis sit 291.
 — vitalis in arteriis inque corde 211.
- Spiritus vitalis nutrimentum quod 313.
 — — proprietates 421.
 — — quid agat in corpore 291.
 — — quo modo progignatur *ibid.*
 — — ubi gignatur 252.
 — — unde oriatur *ibid.*
 — — universum per corpus distributio 216.
 — — unus in corpore 434.
- e Spiritu solo nullus morbus oritur 444.
- Spirituum ad musculos dimissio quomodo perficiatur 568.
 — affectiones quot 237.
 — aggregationis morbi qui 349.
 — animalium præstantia & munia 538.
 — — qualitas 486.
 — — usus 297.
 — copia ubi in corpore sit 495.
 — corporis quot sint 291. 297.
 — genera quinque 369.
 — in corpore confectio ubi 402.
 — principium & materia 291. 297.
 — quot species 252.
 — validior commotio quid efficit 275.
- Stablii* præcepta & instituta Medicinæ 571.
- Stablii* hæret in hypothese de spiritibus 578.
 — quænam reprehendit ut supervacua in studio Medicinæ 591.
 — quomodo Medicinæ studio operam dederit, & quantos in eo progressus fecerit 591.

Sen.

- Scannar quid 371.
 Stella hydropica 393.
 Scenonis inventa anatomica 129.
 Stimuli varii quo modo agant, & quid efficiant 553.
 Et mulorum præposterus usus quid mali inferat corpori 554.
 Stimulus quid ad mentem mechanicorum 553.
 Stomacace morbus Romanis primum incognitus 74.
 Stomachi ab aggregatione spirituum affecti indoles 350.
 Stomachos multos finxit *Helmontius* 420.
 — plures finxit *Paracelsus* in corpore 387.
 Stomachum habent quælibet corporis viscera 376.
 Stomachus cum quibus consentiat aut dissentiat 339.
 — morborum sentina 426.
 Stramonium 602.
 Stricturæ accidentia 154.
 Studia liberalia quæ 15.
 Stultitiæ auctor quis 313.
 Stupor digitorum vel aliarum partium unde oriatur 421.
 Stuporis definitio insolens *Flud* 467.
 Substantia rei tota quæ 317.
 — rei tota quid valeat 274.
 — tota rerum singulari virtute dotatarum est causa 274.
 Substantiæ totius de morbis *Sennersi* iudicium 318.
 — morbi { manifesti } qui 318.
 — totius morborum differentiarum quot *ibid.*
 — occulorum differentiarum tres 318.
 — morbus quis 317.
- tres præclaræ quænam secundum *Chinenses* 334.
 Sudatorium Laconicum 121.
 Sudor Anglicus olim Medicis incognitus 74.
 — duplex 378.
 — quando utilis 316.
 — quare falsus 197.
 — quid secundum *Dioclem* 201.
 — sulphureus varii generis 379.
 Sudoris instabilis causa 348.
 Suem cur *Ægyptii* oderint 323.
 Suffocantur interdum homines a vapore &c. 214.
 Suffocatio mulierum ex quo oriatur 393.
 Sulphur congelatum, resolutum, coagulatum 411.
 — quos morbos inducant 412.
 — in homine quadruplex 369.
 — putrefactum quos morbos efficiat 383.
 — purissimum quid 457.
 — quales morbos producat 383.
 — quid *ibid.*
 — ubi in homine fecernatur 381.
 Sulphuris proprium 370.
Sutan qualis morbus 76.
Swammerdami inventa anatomica 129.
 Sylvestres unde sint 368.
Sylvii dogmata 483.
 — hypotheses tenens facile morborum quorumvis causas dare potest 487.
Sylvius quem modum tenuit in Medicina docenda 482.
 Symmetria quid 253.
 Sympathiam terrestrium cum celestibus ponunt astronomi 96.
 Symptoma quid late quid stricte signi-

- significet 257.
 Symptoma quod 254. 256. 257.
 70. 298.
 Symptomatis & *Epigemenie* differ-
 entia 256.
 Symptomatum curationem superva-
 cuam duxerunt Methodici 149.
 ——— differentia 70.
 ——— } genera } quot 257.
 ——— } species }
 Synanchis secundum methodicos
 definitio 153.
Syndromes quid 140.
 Syncrimata quæ 146.
Synocha amphemerina unde 316.
Synovia quid 389.
- T.
- T**Abis causa 387.
Tachenii placita 477.
 Tænia species vermis 562.
 Tarantulæ icus infert ideas salta-
 trices 237.
 Tartari ciborum & potus differen-
 tia 386.
 ——— cognitio Medico necessaria
 387.
 ——— curatio quo modo instituen-
 da 389.
 ——— generationem quæ inhi-
 beant 388.
 ——— indurati causæ 386.
 ——— magnus numerus 385.
 ——— materia 386.
 ——— quatuor genera 385.
 Tartarum *Paracelsi* reprobat *Hel-*
montius 427.
 Tartarus chronicus, mansuetus, mor-
 talis, præteriens, qui & quid ef-
 ficiant 385.
 Tartarus cujus generis maxime no-
 xius, vel minus 386.
 ——— innatus multiformis 387.
 ——— medullæ, stomachi, inte-
 stinorum, bilis, hepatis, & urinæ,
 quos morbos inferant 388.
 ——— *Paracelsi* plane diversus est
 a tartaro vini 427.
 ——— pulmonum subtilior 388.
 ——— qualis morbus 385.
 ——— quid *ibid.*
Tavardillo qualis morbus 76.
 Temperamenta ex quibus oriuntur
 49. 53.
 ——— sunt morbi nativi, &
 cacochymie varie species 537.
 Temperamenti inventor Hippocra-
 tes 50.
 de Temperamentis doctrina num e
 Medicina ejicienda 52.
 ——— sententia, quem usum
 in Medicina habeat 54.
 Temperamento Saturnino dotati ho-
 minis signa 52.
 Temperamentorum cognitionem
Paracelsus censet supervacuum
 375.
 ——— numerus 49. 537.
 ——— quatuor diversitas in
 quibus sita 580.
 ——— signa 283.
 Temperamentum biliosum, melan-
 cholicum, & pituitosum quo
 modo in corpore exoriantur 537.
 ——— cholericum, melan-
 cholicum &c. 51.
 ——— Saturninum, Joviale
 &c. 52.
 ——— quid 49. 269. 459.
 580.

580. 537.
 Temperari æqualiter quid secundum
Galenum 259.
 Tempora morborum indicant 150.
 quot 150. 243.
 universalis, fin-
 gularis, quæ 270.
 Tempestates anni cur annuatim inter
 se differant, 101.
 veteres medici ob-
 servarunt, 110.
 Tempus morbi & auxilii simul in-
 cidunt 150.
 Temulentorum quorundam juve-
 num mira & incredibilis per ali-
 quot dies deliratio 598.
 Tendo musculi unde oriatur 568.
 Tenebræ quid efficiant 455.
 Teretice quæ 135.
 Terra ex aqua 413.
 primigenia quæ 413.
 Terræ producta quæ 368.
 Terrarum situs plus, quam Lunæ
 tractus, ad nascendum valet 103.
 Testium utilitas 297.
 Tetano auxiliantur clysteres acerrimi
 227.
Thalassomeli quid 229.
 Thebæ Ægyptiæ & Diospolis est
 eadem urbs 596.
Themison Methodicæ sectæ auctor
 145.
Theodorus ut medicamentorum vi-
 res exposuerit 311.
 Theombrotion Plinii 610.
Theophili dogmata 277.
Theophrasti de morborum causis
 sententia 196.
 Theorema quid 140.
 Theoremata secundum Empiricos
 quot 140.
 Theoria complura verisimilia habet,
 quæ praxis erronea esse ostendit 482.
 medica circa quæ verietur
 296.
 medica quæ 312.
 Theoriæ medicæ divisio 312.
 Medicinæ fundamenta duo
 571.
Therapentice quid complectatur
 279.
Thermometri Flud usus admirabilis
 476.
Thermometrum ad mentem Flud
 470.
Thessali Trall. Superbia 146.
Thesalus Hippocratis filius 198.
Trall. methodicæ perfe-
 ctor 145.
Trall. plurimos habuit
 discipulos 146.
Tiranes quid 294.
Thetbalassomenon quid 229.
Teuslophace quid 228.
 Ton qualis morbus 76.
Tonica tensio 213.
Tonicus motus cujusmodi fit 577.
 Tonillæ quare sæpe inflammentur
 285.
 Tonus quid 516.
 Tophus differt. a calculo 428.
Tosorthus Ægyptiorum rex pro
 Esculapio habitus 320.
Tralliani de doctrina sententia 286.
Trallianns Alexander accurate signa
 morborum tradidit 287.
 Transfatio de simili ad simile quid.
 138.
 Translatio quid 252.
Transpirationem corporis qui inve-
 nerunt 219.
 Transplantatio morborum ut pera-
 gatur. 95.
Trarames proprium 372.

- Tremor membrorum unde fiat 293.
 Tremoris causa 203.
Tribunus quæ 140.
Tribo quis 164.
Tribonius qui *ibid.*
Tritemporaria notatio 204.
 Triumviratus quid *Sylvio* 484.
Trixopus *enclitici* 204.
Tijeru-cansjava planta quædam 609.
 Tumorum varietas unde fit 266.
Turban magna quid? 372.
 Tussis siccæ origo 446.
 Tympanites quid. 68.
 Typi unde nomen habeant. 188.
 Typorum genera & differentia. 187.
 — *seq.*
 — — implexus ut investigandus 188.
 Typus februm cur non sit uniusmodi 499.
 — — quibusnam morbus sit 187.
 — — quid. *ibid.*
- V.
- V**acuitas morbum inducens qui cognoscatur & curetur 352.
 Valetudinis adversæ causa 204.
 Valetudo bona aut adversa in quo consistat 491.
 — — qualiscunque unde fit? 371.
Vallesius in demetiendis remedium viribus curiosissimus 84.
 Valvularum in venis inventor 128.
 Vapor concretionis corporum causa 371.
 Vapores calidi & acres ad caput delati quid efficiant 242.
 Variolæ unde oriuntur 315.
 V. fa corporis non differunt inter se figuræ ratione 529.
 — corporis quando opera sua moliantur. 533
 — lactifera invenit *Erasistratus* 128.
 Vena num in hæmorrhagia incidenda 72.
 — portæ bifariam vitium concipit 587.
 Venæ cujusmodi dolores excitent 241.
 — incisio quando utilis 554.
 — non eadem in quibusvis affectibus incidenda 294.
 — portæ constructio 587.
 de Venæ sectione mire inter se digladiabantur *Brissotus* & medici Lusitani 193.
 — sectionem Arabes aliter ac Greci in variis morbis instituerunt 193.
 — sectionem negligebant *Cbriffippus* & *Erasistratus* 214.
 — tantum sanguinis receptacula 216.
 Venam incidere cur *Chinenses* detrectent 353.
 — portæ inter & cervicem uteri communio est 587.
 — tangendi præcepta *Chinensium* 361.
 Venarum principium 245. 250. 292.
 Venena quæ dicantur 304.
 Venenum quid? 306.
 — — quid *Paracelsus* 381.
 — — quo modo in homine generetur *ibid.*

- vaporiferum qui agat 318.
 de Venis opinio *Philarethi* 236.
 Venter quare hyeme fit calidior 280.
 Venti quatuor cardinales ubi sint in homine 372.
 Ventorum cardinalium qualitates 452.
 Ventriculi facultates quatuor 250.
 — munia 250.
 — orificium superius sensationum fons 422.
 Ventriculo & abdominis musculus quanta vis fit cibos atterendi calculo mathematico demonstratur 521.
 Ventriculum proprium quælibet corporis pars habet 480.
 Ventris vocabulo, complures corporis partes nominantur 280.
 Ventus quid *Flud* 459.
 Verborum controversia quo pacto devitanda 254.
 Vermes in corpore humano omnimodos affectus excitant 563.
 — extra intestina 561.
 — ubique sunt 560.
 Vermiculus genituræ quo pacto fiat homo. 45.
 Vermium duæ classes 559.
 — in corpore humano natorum novem classes *ibid.*
 — in homine natorum duo genera 560.
 — qui intestinis insunt, tria genera 562.
 Vertiginis causa 197. 242. 235.
 Vertigo ex quo nascatur 289.
 — quo pacto a re gyrante efficiatur 242.
 — ut a purgatione exoriatur 308.
 — ut fiat 445.
 Verum quodnam in Medicina 483.
Vesalius Galeni anatomica reprehendit 129.
 Vesica humoribus dominatur 348.
 Vesicæ dolentis signa 242.
 — efficacia varia 338.
 — morbus quid efficiat 350.
Vesiculares vermes 561.
 Veterinarii veteres methodicorum vocabulis utebantur. 157.
 Viæ corporis extraordinariæ octo 342.
 — ordinariæ duodecim 341.
 Viçtus de consuetudine historia 284.
 Viçtus ratio quibus inserviat 279.
 — recta homini ad salutem necessaria 179.
 Villi contractionis causa 512.
 Villo est duplicis generis contractio 512.
 Villus corporis quantum in dies expiret 539.
 — ex quibus constet 512.
 — quid *ibid.*
 Vini efficacia 597. *Seq.*
 — facultates 229.
 de Vini proprietate sententia *Dioclis* 207.
 Vini vires a quibus dependant 404.
 Vinum sitne *Nepenthes* *Homeri* 597. 599.
 Vir est *Limbus* ad mentem *Paracelsi* 373.
 Virium & motuum corporis origo quæ 534.
Virfungus quid invenit in re anatomica 129.
 Virtus quid ad mentem gymnastarum. 215.
 Q999 3. Wis

- Vis elastica quæ 510.
 — lethifera 201.
 — naturalis, vitalis & animalis fe-
 des & munia 531.
 Viscera corporis primaria quot 296.
 — varia cujus generis particulas
 a sanguine segregent 575.
 Visceri cuilibet singularem sonum
 tribuunt Chineses 348.
 Visceribus quinque male se habentibus
 quo pacto medeantur Chi-
 nenses 351.
 — singulis proprium pulsum
 esse statuunt Chineses 356.
 Viscidum ubi maxime in homine
 375.
 Vita humana abs quibus pendeat
 563.
 — indefinite longa quæ 541.
 — maxime sana quæ *ibid.*
 — quid 435. 493. 510. 512.
 — quid secundum *Helmontium*
 421.
 — quid secundum *Stablium* 572.
 Vitæ conditiones variæ secundum
Paracellum 377.
 — definitio de *Moor* 563.
 — cum intervallis musicorum har-
 moniacis comparatio 475.
 — initium & finis 337.
 — — unde fit 491.
 — instrumenta quæ 574.
 — natura in quo sit posita 573.
 — principium 249.
 — corporis principium quoddam
 47.
 Vitalitatis causa præcipua quæ 511.
 — conservatrices præcipuæ quæ
 578.
 Vitia quinque quæ corpus lædunt
 347.
 Vitiliginis { albae } causæ 284.
 { nigrae }
 vitium corporis mixtum unde oria-
 tur 154.
 Ulcera rotunda quare difficulter
 coalescant 502.
 Umbilicales vermes 562.
 Unguentorum quorundam mira ef-
 ficacia 504.
 Vocabula abutrusa in usu habebant
 Methodici 157.
 — quænam definire oporteat
 254.
 Vociferatio species exercitationis 114.
 Volvuli causa 243.
 Vomitiones damnavit *Asclepiades*
 225. 227.
 Vomitus quando ad affectus capi-
 tis conducit 109.
 Vox rauca quid significet 314.
 Urina esu betæ rubræ &c. rubi-
 cunda facta 64.
 — humorum cruditatem indicans
 272.
 de Urina opinio *Flud* 472.
 Urina pressu ad pelvim & urethe-
 res mittitur 571.
 Urina quænam bona significet in
 morbis 271.
 Urina ubi fiat 277.
 Urinæ cur oleum supernet *ibid.*
 — definitio *Roberti Flud* 473.
 — inspectionem nauci faciunt
Chineses 354.
 — secretio ut peragatur 62.
 — de secretionem variæ opiniones
 62.
 — se- { servorum simile } unde
 dimen- { fursurosum } sit
 tum { similaginis instar } 277.
 Urtionem ad plurimorum curatio-
 nem

nem morborum adhibent *Cbineses* 333.
 Uteri dolorum signa 242.
 — inflammationis causæ varia 285.
 — situs facit ad profluvium fecundarum 548.
 Uterus morbos proprios habet 423.
 Vultus & faciei colores, quos morbos ostendant 362.
 Vulvæ strangulatus quid & ex qua causa oboriatur 545.

W.

Welfchii curiositas in morborum curatione 104.
Willisii dogmata 488.
Willisus cuiam viæ insitit in tradenda Medicina 482.
Wirdigii hypothefes 236.

X.

Xερδαψος 200.

Y.

Yλν quid 171.
Yliadam quid 371.
Yliastrum quid 382.
Yleidum quid 371. 382.

Z.

ZEdos quid *Paracelso* 393.
 Zephyrus ubi in homine 373.
 Zodiaci signa quænam homini gratissima 465.
 — signorum partes Decani varii singulatim possident 322.
 Zodiaco complures non eadem signa tribuerunt 106.
 Zodiacum non eodem modo variæ gentes partiuntur *ibid.*
 Zonæ torridæ incolæ ad summam vivunt senectutem 221.
Zoroaster duo principia æterna posuit 91.
 — duos Deos statuebat 90.
 — Magiæ auctor *ibid.*
 — primus cultum ignis ostendit *ibid.*
Zoroastris scripta *ibid.*



ERRA

E R R A T A.

P Ag. 15. lin. 4. pro *medico* lege *amico* p. 17. l. 17. lege *servitudine* p. 19. l. ult. pro *in est* . l. in *vita* p. 21. l. 23. *tudes* l. *rudes* p. 41. l. 10. *ingurgitandum* pag. 43. error in numeris ratione notarum citationum. Nam lin. 4. a *compositione* ponendus est numerus 9. & post *Stagyritam* 10. & sic deinceps usque ad 17. , qui convenit cum nota 18: 19. vero numerus indicat Harvæi tractatum de gener. &c. p. 45. l. 21. l. unum. p. 81. l. 5. l. *alligari* lin. penult. l. *propinacata* p. 98. l. 17. l. *alterationes* p. 103. l. 26. l. *prædictiones* , quas *eventus* probavit pag. 104. l. 20. pro *puncto* pone *comma* , & dele *Tum* p. 132. l. 3. l. *carra* p. 134. l. 28. pro *neu* i, non p. 136. l. 20. l. *caussa* . p. 163. in nota 2. pro *arvas* . l. *narrat* . p. 166. in nota 9. l. 7. l. *facri* p. 178. l. *antepen* . l. *corrigeret* . p. 245. l. 15. post *involuta* pone *punctum* , & dele *in* p. 280. in nota 20. l. 2. l. *Ὀστέωγος* . p. 289. l. 5. l. *illam* . p. 291. l. 14. l. *jecoris* . p. 299. l. 1. l. *distribui* p. 301. l. 1. l. *duplio* . p. 323. l. 6. pro *procedura* , l. *producere* p. 330. l. 25. l. *abstineat* . p. 331. l. 19. l. *egregium* . p. 339. l. 5. l. *quiete* . p. 343. l. 7. l. *feratur* . p. 351. l. 11. pro *est* l. *esse* . p. 364. l. 5. pro *autem* l. *artem* p. 365. l. 3. l. *excogitatam* p. 393. l. 3. l. *primam* p. 413. i 15. post , *cum* *ita* *sit* , *in* *ferre* , *statuit* . p. 442. l. 19. l. *crisis* p. 459. l. 15. l. *alteratorum* p. 465. l. 2. l. *gratissima* p. 472. l. 1. l. *haberer* . p. 489. l. 13. pro *effectus* l. *affectus* p. 506. l. 12. dele *corpus* p. 511. l. 11. l. *inventurum* p. 545. lin. 1. post *definit* , pone numerum 63. p. 558. l. 9. pro *aque* l. *equa* p. 566. l. 4. l. *interioremp* . 571. l. 23. l. *persequi* . p. 579. l. 19. l. *arbitrium* . p. 638. l. 16. col. 2. lege *Empiricorum scripta cur deperdita* pag' 639. l. 35. col. 1. lege *exonerantur* , p. 660. col. 2. l. 36. lege *habeat* .

